

RESPON S I O

A D C O N V I T I A

MARTINI LUTHERI, CONGESTA IN
HENRICVM REGEM ANGLIAE, EIVS NOMINIS OCTAVVM,
PER THOMAM MORVM CONSCRIPTA. ANNO DOM. M. D. XXIII.

Qua tempestate cum liber emissus erat, Thom. Morus, procaci ac scurrili Lutheri libello, eodem orationis filo paradam responsonem iudicauit, ipsumq; eiusdem quibus intemperatissime vñs erat in Regem, coloribus vicissim depingendum, vt si quid male loquendo voluptatis cepisset, id rursum male audiendo amitteret. Ceterum quum haud quaquam personam, dignitatemque suam lasciuos iocos & quandoq; etiam immodestos decere intelligebat, non suo, sed Guilielmi Rosse alieno nomine librum

exire voluit. Guilielmus Rosseus

Ioanni Carcellio suo

S. D. P.



I T V mi Ioantes bene vales, bene est: ego quidem valeo. At vereor ut satis valitus fuerim: ni propere me ex vrbe protulissent rus. Cœperat enim non oriri modo peccatis Romæ, verum etiam grauiter inualefcere. quum ego vix adhuc bene collocatus ibi, rursum trepidus ac sollicitus, huc me egor subducere, ad lapidem plus minus vicecum, exceptus atque inuitatus, ab hospite omnium humanissimo, in quam paternum genus refert animo, quantum vix quisquam credat benigno. Hic dum versor, hospes quodam die, en, inquit, Rossee librum quandam ex vrbe reces mitum mihi: quæ te opinor valde videre velle: vt quo Lutherus vestro respondeat regi. Ain vero, inquam, nihil profectò legerim libentius. Nam principis libellum, iam ante annum legi ac relegi Venetijs: qui non vni mihi talis vñs est: vt opinionem cõceperim, nunq; tam stolidum fore Lutherū: vt respondendo redderet manifestum: quâm improbam atque absurdam causam tueretur: quæ nullum defensionis colorem, qui quidem probabilis videretur, omnino posset admittere: simul hæc dicēs, quide corripi ac resigno librū vbi legere incipio, proh Deus bone, quantum furoris barathrum, quantani furiarum voragini reperto. Dispeream, si inter densas ac perpetuas phreneseos Lutheranæ tenebras, vñlum inuenire quivi sanioris animi interuallū. Nugatur, rixatur, seurratur, ac rideat: sed rideat planè sardoniu, cōscius nimirū, nō in libello regis inuenire se, sed in capitello suo quod rideat. Nam interim deprehendi eum, quædam, in quæ falsus videri posset, affingere. Hospes igitur, vbi me legentem auscultasset diu, non sine crebra interim atque aperta significatione stomachi (erat enim neq; alienus à literis, & animi cum

civiliter honesti tum in primis pīj) quid tu, inquit, mi Rossee nebulonem istum blasphemias istas patieris inultas ferre? qui non modo Regem tuum stultis incessit conuicijs, sed in Cæsarem quoque ac Pontificem, in principes omnes Germaniæ, in bonos atque eruditos viros omnes, iti omnes denique diuos impius furcer obscenissimis obprobrijs inuehitur? Hunc tu scurrram talia patieris inulta ferre? Inulta ne inquam, quo pacto, qui omnium vice vlciscitur ipse sele? Nam quæ grauior vltio poscit optari, quâm quum eo dementie sit adactus, vt impie conscientie furij agitatus, mentis inops, & ad insaniam dissimulandam impotens, ita sibi vi abreptus sit, vt sua manu per omnes paginas atq; omnes propemodum parietes perscribat, insanissimū nebulonem, atq; impudentissimum scurrum esse Lutherum. Nam Princeps meus, in quem præcipue nebullo seurratur insanus, augustioris est animi & altioris consilij: quâm vt demetissimi seurræ deliramentis quicquam moueat. Neq; dubito, si Lutheri liber haberet aliquid quod sit responso dignū, quin rex illustrissimus pro egregia illa eruditione, quæ illi ad reliqua regie maiestatis ornamenta velut præcipuum quodam lumen ac decus accessit, facile sitita respositurus homini: vt mortales omnes intelligent, seruata dignitatis suæ reverentia, & causam piam strenuè, & impium nebulonem lepidè, ab optimo atq; eruditissimo principe esse tractatum. Quam rem Lutherus, quum ex eo libro quem scripsit in eum Rex, magno bonorum omnium plausu, magno malorum dolore, didicisset: de industria sic adornauit istū libellum suum, vt sperare posset neminem fore mortalium, nedum principem, qui nerias tam insanias esset villa recriptione dignaturus. Atq; ita vltimus pugnæ restaret ipse: nimirum vlet victor ac triumphator esse videretur. At ego, inquit, hospes illum sua spe falsum velim. Quorsum istud, inquam? Quid faciet qui rescribet? aliud ne, quâm explicabit orbi, Lutherum esse scurrum sycophanticum? At istud

K iii iamdu-

iamdudum conclamauit ipse. Nam quid aliud aduersus Catharinum? Quid aliud aduersus doctos alios, aduersus scholas publicas? Quid aliud aduersus Germaniae principes? Aduersus Cæsarem, Regem, Pontificem? Quid aliud è turre sua Babilonica, velut ex altissimo suggestu proclamauit in totum orbem: quām esse fēse deo utū inferis, inuisum superis, humano generi nebulonem noxiū, ac denique mortalium omnium petulantissimum, & pestilentialissimum scurrā? Itaque, mihi mire placet prudentissimi cardinalis illius, sanissimum consilium: qui Pontifici huic verē omnium sanctissimo suasit, vt Leonis successoris sui sententiā, de supprimendis Lutheri libris ita moderaretur: vt eorum lectionem librorum, qui sanctitatis & modestiæ fuso latenter insertas hæres, bonis ac simplicibus viris commendant, Ecclesiæ penitus interdicret. Babilonicam verò, & qui sunt eiusdem furfuris: qui nihil habent aliud: quām verē scurrilia iurgia, & bonorum omnium auribus abominandas hæres, profstare pasim legiū: permitteret. Neque enim periculi quicquā fore, ne bonus quisquā libello corrumpatur eiusmodi: qui sine ratione rixetur, & numeret magis quām probet improbissima quæq; & orbis christiani consensu damnatissima dogmata. Illud verò prouenturum commodi: quod pesimus quisque, quem à legendis hereticorum scriptis, nūlsum potest edictum cohibere, definet incautis imponere: quibus nunc persuadent callide, quicquid sentiunt bonis odio esse, id vel non scripsisse, vel non ita sensisse Lutherum: sed hominem innocentem, per emulorum inuidiam, falsam subire calumniam. Nam quæso te, quisquis hūc ipsum leget libellum, quo regi respondet nebulō, quum nihil in eo reperiet rationis: quum omnia principis argumenta constare videbit: quum istum cernet depravare multa: mentiri multa: dissimulare fortissima: scurriliter tractare omnia: quid illum putas esse sensurum? An adhuc desideraturum esse responsi quicquam: quod verberonis ostendat amentiam, tanquam lucernam accendi postulet: cuius ope conspiciat solem? Accedo, inquit, mi Rossee tibi, rē non egere responso, si quis in vtrāq; partem intendat oculos. Sed quotum quemq; futurum putas, qui quum Lutheri librū perlegat, ea sit futurus diligentia: vt inspecto contra libello principis, collatis vtrinque verbis ipsis, eruat Lutheri sycophantiam, ac non potius ex alterius opere, de vtriusque ferat sentiam: persuasus nemine ēss tam impudentem scurrā: vt (quod isti perpetuū est) aduersarij verba de industria deprauet. Nam eo minus istud suspicamur: quod ea res & facilè posse coargui: & semel reprehēsa probrūsummū atq; indelebile dedecus inurat authori. Proin tu, si me audies, non respondebis modo: verū etiam respondebis ampliter. Citabisque, & conferas vtriusque verba fideliter: deinde red-

des oratione tua virtutes Lutheri conspicuas: vt locus nullus non sit illustris, in quo vel erat imprudens, vel studio calumniatur, vel dissimulat stolidē, vel scurratur nebulonice, vel bacchatur scurriliter, vel mētitur impudēter, vel rixatur improbē, vel blasphemat impīe, vel ridet phreneticē, vel dolore ringitur, vel ira disrumpitur, vel madidus indormit, vel ebrius altum stertit, vel sobrius ac vigil insanit. Nec istud mi Rossee, quicq; est quod metuas ne dūstercorea Lutheri scripta, velut Augei stabulū exhausit, & sua in eum stercora regeris, tuum simul nomen impures: atque in periculum venias, ne non satis habuissē videaris honestatis & modestiæ rationem. Etenim tam immodestum nebulonem, qui nec aduersus homines, nec aduersus superos téperare sibi potest à scurribus conuicijs, si quis non contra tractet ex merito: sed modice modelteque respondeat: nullus erit mihi crede lector equus, & pius, cui non ista videbitur & nimis ambitiosa, & prorsus immodesta modestia. Nā istud scio te floccifacere: si calamum nebulō conuertat in te. Sanè verò, inquam, neque enim adeō despicio: vt magis mihi censē laudi fore, si lauder à laudato vino, quām si in me bacchetur illaudatus, atq; eodem ricu latret in me, quo rabidus latrat in superos. Quin tu ergo, inquit, rem Deo fretus aggredere: facies quod malos vrat, oblectet bonos: nec officium tantum declarabis in tuum principem: cuius ingenii, eloquentiam, eruditio, prudentiam, corporis incomparandas dotes, animi virtutes excelsas, Christianus orbis velut absolutum regiæ sublimitatis exemplar admiratur ac suspicit: Verum etiam apud seruatorem Christum, magnam inibis gratiam: cuius iste scurra nomē, fidemque sub assertionis hypocrisi, penitus molitur extingue. Quid vis amplius, mi Joanne? non deſiſt impellere, donec perpulit. Itaque promisi me facturum: feci, ostendi. Supra meritum modumque laudauit Oravit me, vt vni atque alteri ex eruditis amicis suis: sibi liceret ostendere. Concessi, modo ne sine permisso meo quisquam properaret edere. Nam decreuissē me, rem seruare mihi menses aliquot integrā: quū vt exactius tractarem quādā, quod opus ruri subito sine librorum auxilio conferceram: tum quod interea superuenerat exemplum epistole: quam rex ad Saxonie duces scriperat: ex qua subuereri cœpi, vt latus eset princeps: si quis ex Anglis a plus cū isto nebulone contenderet. Rem recepit meæ futuram potestatis. Aufert, ostendit, reddit, horretur ne cunctēt edere. Viros, quibus ostendisset eruditissimos instetisse vehemēter apud se, vt me vel ignaro, vel nūto maturaretur editio. Sed fidem suam liberasse: ceterum suadere, monere, rogare ne doctorū virorum vota suspenderem: néve nebulonem paterner diutius simplicium hominum ignoratione atq; inscitia abuti. Si qui forte forent quibus

IOANNES CARCELLIUS
GVILIELMO ROSSEO
SVO S. D. P.

quæ absurde scripsit, aliquid esse viderentur: ego me pollicitus istud curarurum, statui protinus librum ad te mittere: vt cuius confilium multis in rebus alijs, mihi sensisse, utile, eius prudentia in hoc etiam opere, vel edendo vel premendo fruerer. Itaque librum Hermano Pragensi tradidi iuueni olim studioso tui, quū istic inserviret magistro. Nam is, quod Anglia viderat non sterilem fuisse præceptoris suo: quum nec honestum videretur nec utile, subinde solum vertere, certus atque obfirmans animo istic sedem figere, instituit in Britanniam remigrare. Aliquot ergo menses ab eius discessu, pendebam animi: expectans indies de mea re responsum tuum. At ubi ex literis, quas x. Calendas Iunias, huc misisti, librum sensi nō esse perlatum, nec istuc delarum gerulū: metuens aliquid accidisse iuueni (nam de fide eius ne adhuc quidem dubito) parabā rursum exemplar: quod, ubi primum liceret commode, istuc mitteretur ad te quum ecce interim affertur hue, prostare iam librum meum: & (quod miror) inuērum esse: qui libellum tam illepidum agnōrit, atque adornārit pro suo. Quæ res eo fortasse facta est cōfidentius, quod ego, quoniam ad te mittebam, notus ad notum, nomen meum operi non præscriperam. Eoq; factum arbitror, vt velut ignorati patris expositorum puerum, homo misericors exceperit atq; educarit pro suo. Verum nunc te quæso mi Ioannes: effice vt puer cognoscatur istic non pater: quoad interim diligenter obseruatris, quam de se spem parenti præbeat. Nam si aut parum probetur bonis, aut princeps & quo animo non ferat, ab Anglia quenquam amplius, cum isto scurra committi: sine fruatur qui sustulit. Sin ita, vt optamus, doctis probisque placeat, & regem olfacias non indignaturū: à nobis quoque bene verberatum verberonem: tum te mihi Ioannes obsecro, vt gnatum meum non exppositum vnquam, sed nescio qua fortuna in aliquod ignotum littus eiectum, tu mibi denuo, absque villa eius, qui velut orbum exceptit contumelia, vindices ac restituas patri. Vale ex vrbe, nam heri,
huc rerum mearum ordinandas causa remigraui.

Iterum vale & sal-

ue. 3. Nonas

Augu-
sti.



D III. Idus Septembri, redita sunt nobis à te literæ: quas ego & libentissimus accepi: & diligenter etiā atq; etiā perlegi. Quæ quidē tuæ literæ, nunquā non grata ad me perueniunt. Verū hoc tempore, quantum mearum rerum statu, ferebat, etiam iucundæ fuerunt. Tum quia significarent ea, quibus mihi nihil optatus potuit accidere: id est, te mortalium omnium mihi charissimum saluum esse & incolumem, tametsi nonnullo metu perturbatum, grassantis istic & ardescantis passim morbi pestilentis: atque iam in Italia quoque reperiisse, qui istas tuas virtutes perspiciant, & admirentur, ac merito fauore prosequantur. Tum quia longo desiderio cognoscendi quid rerum generes ipse, quo ante torquebar, iam veluti diuturnasiti, expleto, his perlectis literis paulum animo aquieci. Male enim timueram, nequid aliter ac vellem tibi contigisset: propterea quod abs te tot mensium spacio, nihil quicquam accepérā. Siquidem annus paulo minus agitur, ex quo tempore, illam recepi abste epistolam: qua me tui Romam itineris certiore fecisti. Atq; ab illo tempore, nunc primum ubi sis, quid agas, ac quid valeas audio. Quæ res sane tam mihi molesta fuit quām pro mutua nostra charitate esse debuit. Eoq; magis eram sollicitus de te quod neque ab istis publicis internuncijs aliquid discere licebat: quum tamē alios nostrarētes propemodū omnes, narrare mihi possent, quo quisque loco ageret. Quin, neq; Hermannus cui te scribis literas & librum ad me dedisse, huc venit, nec quid de eo sit factum audiui vnquam post eius à nobis discessum, qui fuit statim ab obitu præceptoris sui: cum tamē sēpe de illo quesierim ex ijs, qui cum eo vna ministrabāt (adest enim hic unus & alter Lōdīni). Etenim amabam prorsus iuuenem, ob egregios mores, eruditonē non spernendam, ac vel in primis, ob singularem & spectatam fidem. Propter quam præceptoris fuit charissimus. Inueneramq; ei (si aut remansisset hic, aut redisset) conditionem aliquam non pœnitēdam. Vereor quæ iam, ne quid grauius fuerit in causa cur fidem non præstiterit, quām quod nollet, iuuenis quantius precij. Ceterum tandem perlatus est liber tuus (vtinam prius) qui magno stupore vt vere dicam, animum verberauit meum: quod iam alienum nomē omniū opinionibus, quotquot opus viderat, nedum meæ infederat. Qui, etiam cum schedas tuas in manibus tenerem, vix demum potui Rosseum meum in illis agnoscere. Ac quemadmodum, qui ingenti aliqua rei, seu bona, seu malæ, ac inopinata nouitate, repente sunt percussi, diu pendent in dubio: nec cito possunt animis suis

K iiiij per-

persuadere, id quod aut ægrius est, quā vt verū velint, aut iucūdus, quā vt sperare possint: ita huius pulcherrimi facti nomē, tā prēter expectationē mēā, tā subito in nouū hēredē trāscriptū, idq; in eū quē vt maximē optabā, tam præclarī facti autorē existere, cū patriæ cōmuniter, tum priuatim nostrā amicitiae causa, ita minimē expectabā: magnā mihi admirationi, ac pene res incredibilis est visi: nō qui te lōge etiā maioribus parē, adeoq; superiorē & ego norim & alijs existimant, sed vt dixi, quod alter tā astute in hanc se possessionē, veluti dērictā, insinuarat: vt iure optimo eius esse videatur. Iā quod ad ipsum spectat opus, tale profecto est omnī doctōrū atq; proborū sententia, quibus ostendi cōpluribus, vt summo omniū studio sit apud nos excusum denuo. Mihi vero ita placuit (si quid meo tribuis iudicio) vt, quoniā erat cōtinua oratione cōscriptū, in capita diuiserim: titulis adiunctis cuiq; scholaq; in spacio marginali a scripsérī, indicēq; apposuerim: quo facilius singula lectruris occurrēt. Proinde ista te libero cura, quē sit doctōrū de eo sententia futura. Quippe qui non minus sedulo me ad eius emissionē sunt hortati hic, quā, ex tuis literis intelligo, te istic incitatū Nonnulli etiā vltro pollicentes pecunias in sumptū eius, quoniā typographi grauatum quicquā aggrediuntur, nisi si quis eos volet indēnes prætitare. Porro de rege nihil est, quod vereamus: qui vt est eruditione singulari, limatissimocq; iudicio: ita non dubito, quin idē sit de libro tuo sensurus, quod cæteri præstantes eruditione viri. Quanquā, cū primū huc alatus esset, Lutheri aduersus se libellus, eiq; cōmonstratus, nihil ille quidē aliud quā irrisit, stulta verberonis ac scurrilia conuicia. Cūque rogaretur, quid de illo nō solū impio, sed etiā, tū furēte sentiret: respondit sibi quidē videri dignū Lutherū: qui pro petulātia ac nequitia sua, preciū ferret: quiq; in omnibus conuiuijs produceretur: vt conuiuias oblectaret morio. De respondendo autem ad eius meretricia iurgia, se nec ita fœdaturum personam suam, vt conuiicij cum eo velitaret, nec ita ineptijs operam & oleum perditurum: vt cum eo rationibus modeste ageret: qui omni rationi & modestiæ bellum indixisset. Sed nec coiquam authorem fore, vt cum ipso manum amplius consereret: si quis tamen vellet eius insaniā retaliare, infreniq; linguae frenū injicere, non prohibiturū se. Itaq; curauilibrum tuo nomine edendum, & cōpositori suo tanquam postliminio afferendū. Tū exemplari eo, quod abs te accepi, diligenter cum alteris collato vbi quid aut mutatū aut insuper additū per te comperimus quod in exēplis nostris non habebatur adiiciendū curauimus. Iam quæ ipse, in eo elaboraueram de ijs nihil mutauit: ne aut typographo aut mihi tantæ perirent impensē. Nec mutabo posthac, si tibi meū hoc factum probatum fuerit. Sin aliter tibi videbitur: ego

quicquid tu statueris confirmabo. Præterea quam ad me epistolā dedisti: quaq; mihi librū donas (qui tuus est amor erga me) p̄fessionis vice anteposui, eiq; nostram hanc adiunxi: vt posteri quoq; intelligent, quantum tibi debeā. Vale, & cōmunes illic familiares nostros ex me saluta. Iterum bene vale, Londini. xv. Cal. Octobris.

JOANNIS VITALLI LONDI-

nensis carmen in Lutherum.

M̄l̄sus ab extremis liber iste Luthere Britannis,
Venit in exiūm tela secunda tuum.
Maximus, Henricus rex, & fortissimus heros,
Corporis insignis, ingenijq; bonis,
Et vere fidei defensor acerrimus idem,
Concussit vitres ante Luthere tuas.
Fūsus & afflūtus (frustra tamen) vsq; repugnas:
Et victor dici, dein male sane petis.
Non aliter quam qui superatus ab hoste palestra,
Victoris collo pendet ab ipse sui.
Ac se dieclūm minime, contendit ab illo:
Succumbat quamvis iam resipinus humi.
Destruit hāc technā Rōsus tibi, neu modo quisquā
Tam stolidā falli posuit ab arte facit.
Hic ita consilium tibi detegit ordine totum,
Imo adeo insani propositum cerebri:
Ut vide ant quā sis stolidē sceleratus, & omnes
In stolidū iactent talia verba caput:
Ecce triumphali Luther hic sublimis ab axe,
Fertur, io, festis spargite stercoribus.
Dignus bonus homini, qui fede vincitur: & se
Victorem bucca buccinat ipse sua.

NICOLAI PACHETI AD LV-

therum Carmen admonitorium.

A Cipe, quo tutus mihi iam videare, Luther,

Accipe, quo solo viuere posse modo:
Vndiq; si potis es patios occidere fines,
Intret vt ad mystas ne liber iste tuos.
Nam tua traducit sic dogmata falsa libellus,
Sic aperitq; tuos iste Luther dolos,
Vt semel in tota fuerit si plebe receptus,
Hæc in noticiam prodierintq; tuis,
Non nullus precibus tibi sit locus inde relictus,
Quo minus à populo dilaniere tuo.

LAVRENTII NEVVLI EPITA-

phium in Lutherum omnibus bonis

iam mortuum.

Qui stetit in cælum quondam cæliq; parentem,
Iecit & in sanctos qui maledicta patres.
Qui leges hominum contempfit, & omnia iura,
Et nullo voluit viuere consilio.
Sed quantum libuit, tantum licuisse putauit
Ac nil pro sancto, nil habuitq; pio.
Contegit hæc cinerem factum breuis urna Lutherū,
Tartara pro meritis incolit ymbra suis,

P R A E F A T I O

L V T H E R I S C R I P-

TA AD QVENDAM NOBILEM BOHEMVM:
QVA SVAM IPSE INVIDIAM AC LIV-
REM, TVM IN PONTIFICEM, TVM
in ipsum Cæsarem, ac Germania principes viros vniuersos, prodit:
quos omnes improbisimis conuictis & contume-
lijs improbus incexit.



G E N E R O S O E T N O B I L I

V I R O, D. S E B A S T I A N O S C H L I K C O M P-
T I I N P A S S V N, D O M I N O I N
Elbogen. etc. suo in Christo maiori Martinus
Luther Ecclesiastes VVittem-
bergensis.



Verissi-
me dictū
Cæsari
notā per
fidei cō-
tēnere.
Gyantes quid? Toto hoc triennio, non est inuentus
vnuis, qui ad nos VVittembergam concederet, & co-
ram nobis etiam staret, cum & certissimi sint de si-
de & iutela(nempe sub Cæsaris sui presidio acturi
omnia) adhuc audent homines effeminati & ex-

RATIA & pax in cordes sperare triumphum mea fuga, fudissimā suā
Christo, tertius & ignominiam honestatū, qua toto orbe celebrantur
amplius annus agitur sese prae ruditate & paurore animi, non audere in cō-
(generose comes) quod spectū vnius Lutheri prodire. Quid putas he fragi-
lures Papistarum, furiosus Papistarum
populus me insimulat fuga ad Bohemiam,
idq, mirum in modum
stit audire, scilicet ho-
mines bellī, hac sola fama triumphaturi, gloria-
turi, & clamatur: Vicimus, hereticus fugit ad
hereticos. Sic enim vecors illa & indocilissima pa-
pistici corporis belua, postquam videt sese eruditio-
& veritate victam, nec posse stare totam colluaciem
suorum asinorum aduersus vnum Lutherū, torque-
& vritur, vnicum hoc respiraculum suspirans,
vt fugiam in Bohemiam, vt satlein opprobrio alieni
nominis sese solentur, & terribiles. Erim sese
singant, qui præ sua inficitia & mala conscientia,
nullubi audent comparere. Apparui ego iam ter-
tio, coram eis, denique VVormatiam ingressus sum,
etiam cum scirem nibi violatam esse a Cæsare fi-
dem publicam (Nam didicerunt principes Germa-
nidie imnia, olim de fide laudissime gentis, nunc in ob-
pingit ne sequium idoli Romani, nihil magis quam fidem
bullo per fidiosissi-
mus. Frī-
cipes Ger-
maniae
fidei cō-
tēnere.
Gyantes quid? Toto hoc triennio, non est inuentus
vnuis, qui ad nos VVittembergam concederet, & co-
ram nobis etiam staret, cum & certissimi sint de si-
de & iutela(nempe sub Cæsaris sui presidio acturi
omnia) adhuc audent homines effeminati & ex-

Lutheri
fauor in
Bohe-
mos.
Omnes
heretico-
sū, tamen hactenus abstinui & abstinebo, nō quod
opprobrium nominis metuam, quod celeberrime na-
tioni, vilissima hominum sex, papiste cum summa
perfidia & iniuria inuaserant. Nam inuisissima cau-
sa, Bohemi homicidas istos, & Antichristos papistas
deruerant, postquam innocentem virum Ioannem
Hussum, ipsi septies heretici exuferunt, & vtramq;
speciem a Christo institutam sacrilege damnaue-
runt. Ha enim cause odij papistici in hanc gen-
tem, nec aliquando purpurata iſius meretricis
ſpurij, agnoscunt ferale suum homicidium, &
dammati Euangelij sacrilegium, quin pergunt fu-
rorem suum tueri, & opprobrium, quo ipsi coram
Deo insignes sunt, alieni & innocenti nationi
imponere. Non ergo opprobrium Bohemici no-
minis metuo, que gloria est coram Deo, sed quod
C H R I S T V S me hic posuit: ut torqueam papi-
stica monstra, dum nibil inuenire in me possunt,
quod iacta-

quod iactare vellent, in sue incredibilis inuidia respiaculum, Crucificari Christus su*a* ipsorum inuidia, & dirumpi propria malitia. Expecto igitur eos hic & expetabo impotentiissimam eorum inuidiam, egregie irritatus & torturus donec vixero. Si autem me occiderint multo maxime cruciaturus. Sic enim datus sum illis in portentum a domino meo Christo, ut siue me viuiscent, siue occidant, nihil gratia, nihil pacis, nihil solatij, habitura sit furiatis eorum conscientia, ut duplice contritione conterantur, & praesentis inuidiae cruce, eternam mereantur gehena torturam. In stat enim mors papatus abominabilis, vrget eum ineluctabile suum fatum. & (vt Daniel ait) ad sine sui venit, & nemo auxiliabitur ei. ut a concurritus virinq*ui*, illi extremo furore, ego summo contemptu, & vincet audacia mea in Christo nouissimam illorum, & iam pallentem furiam. Altam vero fugam in Bohemiam non meditor, ne nihil veri vaticinentur sibi papistici Pythones, sed de qua maiorem compunctionis spiritum sint passuri. Hac est, iuxta illud Moysi: Prouocabo eos in non gente, & in gente stulta irritabo illos. Nam tantu*m* meis libellis breui (proprio Christo) efficiam, ut Bohemi a suo opprobrio liberri, soli autem papiste sint nomen abominationis in orbe terrarum, ut maledictum & anathema sit, esse papistam. Non quod omnia Bohemorum probem, cu*m* eorum res ignorem, & sectas esse inter eos audiam, sed quod papistus

Cacodæmonem se fore cōminatur.
Contēp-torem & audacē profite-tur le ho-mo pius scilicet
Quā pru-denter laudat dū studet adulari.

turba illis cōparata, fector & nausea futura sit in toto mundo, qui nihil nisi secta sunt ipsi, adeo ut soli Frāciscani inter se se serme sex sectis scīsi sint. Hac autem ad te scribo heros generose, ut mibi initium huius fugae captem apud te, qui regnas in Bohemia initio confinis Germaniae, ut per te, tuamq*ue* ditionem procedam in totam Bohemiam. Rex laicus scripsit ad sacerrimum suum pontificem. Ego Alieni-simus quondam miseratione papa clerus scribere debui quiske ad chrisitianissimum laicum. Audio enim te incredi-bili studio seruere in puram Euangeliū veritatem, et ab eccl^e sia Lu-teri chri-stianis-ationes et scandala Romane peccantie, vni-diq*ue*; è tuo dominio profligare. Macle virtute claris-fime heros, sic abolebitur opprobrium Bohemici no-minis, & redibit meretrici in sinum suum, sentina illa mendaciorum & fornicationum suarum, ut reuulentur pudenda eius orbi terrarum ad sempiter-nam ignomini*t*. Hoc sit initium fugae mee, hac spes optimi exempli, quod imitentur reliqui Bohemi he-roles & magistratus. Sic nō modo in Bohemiam fugero sed & habitauero in ea, etiā si hic me exussit il-laudata meretricis furor. Inuidia tamē eius simul et succederet et vicero in Christo. Nihil erit illi amplius prosperum. Christus sic statuit, Amen. Gratia domini nostri Iesu Christi seruet & augeat te optime heros in ater-num. Amen. V. Vitteberge.

v. Iulij.



RESPONDET VR

AD EPISTOLAM LVTHERI INITIO
LIBRI SCRIPTAM.

C A P V T I.

Iusta ista spirat epistola, Thrasoniam Lutheri gloriam & in dignitate Romanę sedis, liquidam nebulolis inuidiam. Qua nunc intabescēs, Bohemis quorū dānatas hæreses nuper execratus est, nūc execrabilis vicissi, & suo ipsius iudicio dānatus, applaudit, & fingit se hæreses eorū ignorare, homo aut tā iniquus, vt eorū res ignoratae ante reprehēderit, aut tā infirmæ memoriæ, vt que tā nup tā acerbe redar gemit, eorū oīm subito iā sit oblitus. Et tamē cū illis maxime conetur adulari, post laudes aliquot homo sapiēs promittit tādē, bone Deus honorē qualē. Sodomē scilicet et Gomorrah gloriā. Nā vt illorū mores iustificati sunt cōparatione Hierusalē, ita Bohemorū hæreses iustificabit Lutherus collata cū illis nimirum fide Christi. Quam, quo licētius inuadat, atq; blasphemet, appellat vbiq; papisticā, substituēs pro fide Christi perfidiā suā. Nā cū reijciat Iudaicā, rideat gētiū, nutet in Bohemica, vix admittat Turcicā, dānet omnino catholicā: quid reliqui fecit tandem, quod esset ratum ac stabile, præter infidelitatē suā? In qua tā superbus exultat, atq; insultat omnibus, vt dubitari non posuit, quam totus ex inferis illius spiritum spirat in terras, quē similis ad inferos superbia deiecit ē cœlo. Sed illius epistole pretiū operæ fuerit magnificas ampullas expendere. Protinus ab initio cōouitiatur Cæsari, & Germaniaꝝ principibꝫ: gloriatur de sua fortitudine, qui sit ausus ire Vvormatiā, gnarus sibi violatā esse fidē publicā, videlicet homo animi destinati martyrio, propter infidelitatem sine charitate sine qua nec pro vera fide, Paulo teste, valuisse martyriū. Insultat magnifice omnibus, contra suā sententiā sentientibus, hoc est bonis omnibus: quod homines nō audeant ire VVittembergā, & corā ipsius sese maiestate sistere: videlicet quū certissimi sint de fide & tutela, nē pe Cæsaris præsidio (vt ait) facturi omnia: quasi nihil esset latronū in via, qui fere soli sunt Lutheris satellitiū, qui eodē animo in suā factionis gratiā nō dubitēt disputaturos amoliri per insidias cōtra fidē publicā, quo aio spoliāt ac trucidāt viatores, lucri sui gratia cōtra legē publicā. Ille quū veniret Vvormatiā, non habebat, quod metueret. Venerat enim, quod fatetur, fide publica, quā si, vt mētitur nebulō violasset Cæsar: quo tandem præsidio fraterculus, omni supplicio dignissimus, aduersante

Cæsare, prudentibus, vt queritur, Germaniæ principibꝫ, tot milliū iter emēlus, in curru, via publica, palā, interdiu, sic euasisset incolumis? Nimirū de se scriptū videri vult illud: Angelis suis Deus mādauit de te, ne forte offendas ad lapidē pedē tuū. Imo mali malo fauebāt, & boni fidē violare nolebant. At aduersus illū venturis, mali dūtaxat & perfidi metuēdi sunt, qui nullo fidei vinculo cohibentur à scelere: nullo disposito præsidio, tā lōgo itinere satis caue ri possunt. Quā quū ita sint, mirū est profecto Lutero venire aiso nullo suo periculo Vvor-matiā, in conspectū principū, vt furoris obstinati triūphū tutō reportaret domū ad cōpoto res suos: neminē audere contrā, cū vitæ suæ periculo, venire Vittēbergā, tanto præfertim fructū, nēpe vt cū nebulone certet in eius ip- hil fructū suis theatro, dispositis nebulonum cuneis, qui habeat hæresiarchæ suo, scripturæ verba in adulteriū cū Luthe nū sensum torquēti, doctōrū omnīu antiquo- rū autoritatē irridenti, publicā tot ætatū fidē disputa- exibilati, atq; omnia execranti sacra, ad singu- re. Quā ni- las blasphemias applaudat, atq; ingeminēt eu- deat pe- verbū, voce, vultu, pede, manu obſrepāt, ex- sputatu- plodat, exſibilent. Cōtra quā, si durabit oīa, rus cum & clamores ratione vicerit, digressum deniq; Lutherō perimāt. Neq; enim nunc eadē rerū est condi- tio, atque oīm fuit, quum disputabat Eccius. Tum enim res adhuc in eo fuit statu, vt valde suę ſectę fauerent, nec dū planē ſcīrēt, quā ma- lá cauſam fouerent, eo quietius, & cupidius au- diebāt, quōd ſe audituros ſperabant, quē valde audire cupiebāt: Sed ea disputatio quū nō vnde- aquaq; responderit ipsorū ſpeii: quum tamen eſſent quādā in ſpeciē non prorsus improba: & nunc eum cernant poſt per furorem adie- cīſe talia, quā nullo poſſit colore defendere: desperata rationis vīctoria, triumphū collocāt in amentia, non audituri quicquam æquis au- ribus, quod aduersetur iniquis animis. Neque tamen nego, in eadem vrbe, in qua ſibi de legit latibulū, multos eſſe viros honestiſimos, mul- tas mulieres bonas ac pias, ſed in re ſeditioſa, magis eminet inſana tumultuantū turba, quā numerus etiā maior bonorū & ſedatorū ciuijū. Lutherus igitur quū doleat libellis æditis, ita Cur Lu- vietas ac reuictas suas inſanas hæreses, vt nun- therus p- quā apud ſuos ſe vīctorē audiat, quin interim vocet, vt excarnifetur intus opprobrij ſui conſcientia, dispu- gnarus omnibus vndiq; gentibus, ex libellis tur corā vtrinq; inter ſe collatis, clarissima luco patere, quā turpiter euersus, ac proſtratus iaceat, per- tēſus tādē ac phorrefcēs iudiciū publicū, pug- naturus, velut gallus prouocat in ſuum ster- quilinium,

cuiusmo
di laudē
Bohemis
tribuat
Luther.

Inſtitia
Lutheri.

THOMAS MORVS

Cur scri- quilinium, vbi coram gallini suis cantitet. Ve-
pto poti- rum neminem opinor esse tam insanum, vt in
quā corā locum veniat, quo eum hostis vocat ad pug-
nit dispu- nā, quum non possit æquior esse planicies, in
tandum. qua dimitetur, aut minus insidijs exposita, quā
libellis æditis conflctatio, in qua neutra pars
causari potest, aut perperam quicquam exceptum à notarijs, aut pōst corruptum à falsarijs,
aut sibi quicquam non prouisum calore subi-
tariae disputationis excidisse. Sed quod, ex cau-
ſe meritis per oculum quicquid potest, instru-
ctissimum protulerit, id syncera fide prodibit
in publicum. Ex quibus & nunc clarissimè patet, & indies magis magisq; patebit, quam for-
dido cæno prostratus iaceat, oblitus luto, atq;
obuolutus itercore, gloriōsus vīctor ac triumphator Lutherus. Quæ res quum regio libel-
lo tam egregiè facta sit, vt nunquam quicquā
æque Lutherum adegerit in furorem, efficiam
hoc libello, vt omnes Lutherani sentiant, quā
stolidum habeant hæresiarcham, qui sua sapientia
nihil effecit aliud, quam infixum ab ad-
uersario telum, suis ipse manibus infixit altius. Sed priusquam aggrediar librū, libet pau-
lis per cum Luthero rursus redire Vvormatiā.
Cuius magnifica commemoratione quiddam
michi rededit in memoriam, ex quo uno to-
tus potest orbis iudicare vanissimi nebulonis
& ingenium stolidum, & mentem gloriæ cu-
pidate dementem.

Detectetur Lutheri stulta ambitio ex honori-
ficientissimis de se, sub alieno nomine,
predicationibus.

CAPVT II.

Exstat libellus excusus hoc titulo: Acta et
res gestæ D. Martini Lutheri Augusti-
niani in comitijs principū Vvormatię.
Is libellus quo loco sit excusus non dicit, quo
authore compositus tantundē. Sed liquet pla-
ne ex ipsa narrationis serie, fuisse: liquem illius
valde studiosum. Verum non ab ipso tamen
factum Lutheru, certissima sunt argumenta
scilicet. Nam quum Cæsar nominetur vbi que
simpliciter Carolus: nunquam nominatur Lu-
therus, nisi reuerenter D O M I N V S
M A R T I N V S literis maiusculis, videlicet
magnus heros. Interdū sic: H O M O D E I
L V T H E R V S. Et quum ij. qui contra lo-
quuntur, prorumpere dicuntur in verba viru-
lenta, de ipso ita scribitur. D. vero M A R-
T I N V S pro incredibili humanitate & bo-
nitate sua, benigne respondit. Et sic: Pater
clementissimus modestissime respondit. Et
tanquam gloria patri totum illius psalmi librū
claudit hac coronis. Deus igitur hominē pi-
entissimum, tuendo & docendo euangelio na-
tum, diutissime seruet ecclesiæ suæ, vna cum
suo verbo, Amen. Quis ita suspicax vñquam
theri glo- natusest, vt suspicari posset, qui talia de Luthe-
ria. Thraso- nica Lu- ria scripsit, ipsum fuisse Lutherum? Quis enim

Thraso tam gloriōsus fuit, quem non puderet eiusmodi vel cogitare de semet. At nunc, ob-
secro, lector vide, quam penitus homini me-
moriam, ac mentem, inanis gloriæ titillatio ex-
cuserit. Quum totus liber ita sit tractatus, vt
videriposet ab alio quoquis esse compositus,
subito suo forex indicio prodit se. Oblitus
enim sui, quodam in loco sic ait:
His dictis, orator imperij, increpabundo similis, di-
sit me non ad rem respondisse, nec debere in dubiu-
vocari, que olim in consilijs essent damnata & de-
finita: ideo à me peti simplex, non cornutum respon-
sum, an velim renocare, vel non? Hic ego. Quando
ergo Cæsar, maiesi, etc.

Hic vides lector ex rebus Vvormatiæ gestis, Mode-
incredibilem illam clemētissimi patris mode-
stiam, qui sub alieni tubicinis larua, suas ipse cheri-
laudes tam modeste buccinet. Vides admiran-
dam prudentiam, qui non potuit cauere sibi
in tam exiguo libello, ne tam stultum institu-
tum proderet, cuius puderet etiā morionem.

Ea cecitate & amētia percussit dominus noster Je-
sus Christus, vnuersum istud regnum ab homina-
tionis papistice, vt iam totum triennium, cum uno
Luthero ipsi infiniti vulgi Cyclopes belligerantes,
nec dū intelligere possunt, pro qua re mibi cum ip-
sis bellum sit.

Aperitur Lutheri insanum inflitu-
tum & consilium.

CAP. III.

AIT omnes, qui cognoscunt pontificē:
hoc est omnes Italos, Hispanos, Gallos
Germanos, & quicquid est vsquam po-
puli Christiaui: quos omnes appellat Cyclo-
pas, tam diu belligerantes cum uno Lutheru,
Vlisse videlicet omniū prudentissimo, ita per-
terebratis esse oculis, tanquam Polypedium, Luther'
vt quanquam libris ab illo tam multis æditis,
adhuic non possint cernere, quorsum ille ten-
dat. O rem difficilem, & quæ non exoculatum
Cyclopa, sed Argum aliquem oculatissimum
requirat, ac lynceū, qui Lutheri vias vestiget.
Esset fortasse res difficilis colubri viam vesti-
gare super terram, nisi odore pestilentissimo,
quaqua versus serperet, erumpente, ac terras
lue teterrima insiciente, ipse se nimium prode-
ret. Neque enim nunc horum Cyclopū quis-
quā est adeo cæcus, vt non artes eius, & astu-
tias deprehenderit, quam inani commento fu-
gam paret ex Ætna, vt ex hac Cyclopum, vt
vocat, elapsus insula, recte tendat ad inferos. *Quo tē-*
dat Lu-
Sed vnde nullus eum reducat Tyresias.
therus
Non intelligāt, inquit, frustra tot libellis à me adi-
Verba
tis & palam testantibus, hoc solum à me queri, vt Lutheri.
diuina literæ sole regnent, sicut dignum & iustum
est: humana vero inuentiones & traditiones è me-
dio tollantur, ceu nocentissima scandala, aut execro
veneno, & euulso aculeo, id est vi cogendi & impe-
randi, &

Vide il.
Iud.

Thraso-
nica Lu-
ria

vandi, & conscientias illaqueādi erepta, libere & indifferentes tolerentur, ceu quelibet alia peccatis, aut infelicitas mundi. Nam ipsi perpetua insanitia percitti, contra me nihil mouet, nisi statuta homini, glossas patrum, & facta seu ritus seculorum, ea ipsa scilicet, que nego & impugno, quae & ipsimet contentur infida esse. Ego de iure disputo, & ipsi de facto mibi respondent. Ego causam quero, ipsi opus exhibent. Ego interrogo, in qua potestate hoc facitis, ipsi dicunt, quia sic facimus, & sic fecimus. Sit proportionate voluntas: pro autoritate, ritus: pro iure, consuetudo: idque in rebus Dei. Est apud eos ipsos in scholis suis vicioſissimum genus, disputandi, quod vocant petitionem principij. Hoc dicunt & docent usque ad canos, usque ad sepulchrum, tot sudoribus, tot sumptibus miserrimi homines.

Et de rege paulo post,

Hic vero Deus noua sua diuinitate mirum in modum insolescens, ac certus quicquid dixerit fieri oportere, aut factum esse, id ex professo etiam testatur, velle se dimittere capitale fundamentum meum, & alijs relinquere expugnandum, ac solum edificium labefactare, id est, stipula & feno contrarupem verbi Dei pugnare, ut nescias, an ipsa maria sic insanire posset, aut ipsa stoliditas tam stolidas sit, quam est caput hoc Henrici nostri, forte vt verū faciat prouerbium, Aut regem, aut satum nasci operatur. Quis morio enim sic diceret, Ego afferam septem sacramenta, sed intactum relinquam principale robur aduersari? Crederes ab insigni hoste regis, hunc librum editum in regis perpetuam ignominiam.

Proponuntur in summa, quae sunt tractanda in toto opere.

CAPVT IIII.

HE C ipsa Lutheri verba lector, in quibus tam impense sibi Lutherus placet efficiam paulo post, cum ad illius responsum, vt ille vocat generale, perueniam, vt facile cuius intelligat, ex regis libello sumptis probationibus, non solum esse falsissima, verum etiam vix tot habere verba, quot vitia. Præterea nebulonem istum, non hominū tantum traditiones omnes tollere, et eas quibus deberet obediens, sed etiā tollere traditiones Dei. Nec eo tamen contentum, illas ipsas Dei scripturas, pro quarū regno se pugnare simulat, quibus potest machinis oppugnare. Quo in loco faciā perspicuū, quam insulse rideat eū disputandi more, vt contra unius auctoritatem securae, regia maiestas opponat auctoritatem tot sanctorum patrū, tot seculorum consuetudinē, & publicā fidem totius ecclesie. Simul & illud cōstare faciā, vitiosum illud disputandi genus in petendo principio, quod tanta cū insultatione deriuat in alios, solā ipsi atq;

vnicam fere disputandi formā esse. Idq; ipsū illi accidere in his ipsis locis maxime, in quibus illud maxime obiectit atq; improperat alijs: tūc Falci cōparat Lutheri do- gmatā. ista verba, quibus extra locū se iactat, vt legētibus offundat tenebras, nos loco ad id idoneo ventilabimus: & paleas istas, quas pro tritico laborat vendere, vento sparsas dissipabimus. Nam quod homo lepidus videlicet ac facetus irridet regem, quod asserturus sacramēta testatur ex professo se capitale fundamen- tum Lutheri alijs expugnandum relinquere, ac solum quod superstuxit edificiū labefactare, tangetur eo loco, in quo solo conuenit: vbi Lutherus idē rursus simili semper conditū sa- le repetit. Nēpe vbi tractabitur, quod missa bo- num opus, oblatio, aut sacrificiū Lutherū non potest esse, propterea quod sit (vt zit) testamē- tum. Ibi videbis lector, hominis tam festiue dicacis infacetas facetas, in solum Lutherū lu- dere. Atq; hæc quæ nūc promitto tibi, ideo di- stincte posui, vt eorum quodq; suis à me locis possis exigere. Quorū ita me debitorē consti- tuo, vt nisi in hoc libello persoluā oīa, nihil omnino videar persoluisse, contentus, vt Lu- therus in me decantet illud Horatij: Quid di- gnū tanto feret hic promissor hiatus?

Respondetur ad id, quod Lutherus fingit se non cre- dere librū regis ab ipso esse rege compositū, & simul ostendit, quos & quā pracla- ros authores habeat liber

Lutheri.

C A P . V.

INterea paulisper ea illa percutram, quibus obiter obiectis ei, sic homo se sapiens expli- cat, vt id corando magis ac magis implicet atq; inuoluit. Sed prius mirifice se putauit sci- licet irritatūrum regem, si se simularet non credere librum à rege editum, ipsius esse regis; sed Lei videlicet, aut alicuius (vt ille vocat) pituitosi sophistæ: quasi quisquam Luthe- rā pituitosus esset, culis pituitam non p̄e optet quisquis non planè furit, quam furiofam bi- lem tuam. Male torquet nebulonē istū, quod notior est, & non in sola Britānia celebratior, eruditio eximia regiæ maiestatis, cum in alijs plerisque disciplinis omnibus, tū p̄ecipue in re theologica, quā vt cuiquā possit persuadere stolidus, alieno libro voluisse venati gloriam regem sapientissimum, ex furioso fraterculo, eum quo magis duxit, opinor, inglorium con- tendere, quā gloriosum vincere, præserit in talire, quē cū per se clara nunquā nō esset, eam tamen factam sciret aduersarij stultitia clario- rem. Nec scripsisset, opinor, omnino quicquā aduersus talentū securā princeps, nisi pro Christi honore nihil sibi duxisset in honorū: sed ve- luti pro Christi nomine pugnam detrectare nollet, aduersus infidelium (si fors ita ferret) vilissimum, sic pro Christi fide, calamo certare dignatus est, aduersus hæreticorū stultissimū.

L Verum

Summz
princi-
pis boni-
tas.

Verum video, quid Lutherus velit: optat id quemq; credere de libello regis, quod ipse sibi conscientius est, & nemo factū nescit in suo. Nam quis ignorat, illius responsionē non vnius cuiusquā labores esse? Quod enim vnum caput potuisse tñquā tantū stultitarū parere? Ipsa mediustidius frenesis assiduo tot neniarū partu fuisse effæta. Sed multæ (quod plane cōpertū est) insanissimorum nebulonum libidines Lutheri factū hunc informē ac monstruosum genuerē. Et sicut in compotationē solent suū quisq; symbolum conferre, sic in libellum istum stultitarum farraginem, communī consilio suum stultorum quisq; nugatorum stulte dictum contulit.

Nā quū Lutherus regis accepisset librū, atq; aliquid eius delibasset, vitiato gustui cēpit salutaris cibus amarescere. Quē quām deuorare nō potuit, iā potando cupiens amaricē eius eluere, cōuocauit compotorū suorū senatum. Ibi quanquā opus illud maluisset perpetuis tenebris abditū, tamen quoniā celari nō potuit, quum calicibus eptis bene firmasset animum grauatim profert librum. Legi ceptus, asininas auriculas cēpit mordaci radere vero. Claudūt igitur, ac mox resonant rursus, & iam carptim vertunt, si quid forte reperiant, quod ratione possint carpere. Nihil occurrit commodum calumniae. Iam vt in rebus difficilibus exqui-

Bicias portator pri
mo ænei
dos.
Proposi-
tū Luthe
ranorū.

runtur sententiæ. Nam & mestus esse senatus cōcepit, & Lutheru res ad restem vergere, nisi quidam eum dextre sic esset cōsolatus Bicias. Quid ipsorū referret, quid scripsisset rex Angliae, aut quid omnino de fide sentiendum esset, qui nihil proposuissent sibi, nisi per tumultum facta seditione, ipsi tanquam capita factionis inclaresevere? Vt & ex seductis simplicibus pecuniam, & ex irritatis eruditioribus caperent voluptatē. Qua in re quid nocuerit, quam vera scribat rex, aut ipsorū hereses quā acute refellat. Rescribat tantum Lutherus, & solita sibi insistat via: strenue conuictetur, ac rideat. Quotus enim quisq; futurus sit ē vulgo simplici, quibus imponere, apud quos regnare fuerit satis, qui rem totā ab initio aut velit repetere, aut repetitam posuit expendere. Proinde ne deficiat animo: neu sic desipiat tamen vt decernat ratione certandum: probra tantū & conuictia per omnes paginas, hyberna niue densius, ingerenda: quorum inexhaustus fluuius Lutheru scaturiret ē pectore. His armis tutum Lutherum fore, quibus & ferire possit, & referiri non poscit. Nam generosum regis animum indignaturum, talia in se dici à talibus: honestorum omnium animis indolitum, tantum impune licere nebulonibus. Si rescribat quisquā grauiter & seuere, contemnet vulgus: quæ res Lutheru fuerit satis. Sin instituat quispiam Lutheru digna regerere, ridicule fecerit: frigebit enim dictum, quod in illū dicitur, cuius fædior omni criminē persona est. Sed nec parē quēquā Lutheru fore, qui

satis fuerit vñus, aduersus decē loquacissimas, & iurgiosissimas meretrices. et tamē ipsos pro sua quenq; virili, nō defuturos: atq; ita facile victoriam ipsi fore. Isto consilio dato, Lutherus animum reuocare cōcepit, qui iam fere per posticum fugerat. Verum, quoniā supra solitum sibi morem opus vidit esse iurgij, (quādoquidem in disputationē nihil habebat aliud, quod prorsus posset afferri) hortatur eos, vt eō quisq; properet pergere, vbi stolido rū iurgiorū, & scurrilū scōmatū, quā venari plurimā materiam quirent: quarum rerum, vt quisq; collegisset sarcinā, protinus ad se conuherent: ex illis enim refarsurum se responsoris suā farraginem. Cum his mandatis dimitit concilium. Illi igitur abeunt, alius alio, quo quemq; tulit animus: & se per omnia plaustra, vehicula, cymbas, thermas, ganea, tonstrinas, tabernas, lustra, pistrina, latrinas, lupanaria diffundunt: illic obseruant sedulo, atque in tabellas referunt, quicquid aut auriga sordide, aut seruus verniliter, aut portitor improbe, aut parasitus scurriliter, aut meretrix petulanter, aut leno turpiter, aut balneator spurce, aut cacator oblique loquutus fit. Atque hēc quum aliquot fecissent menses: tū demum quicquid vnde cunq; collegissent conuitorum, iurgiorum, & scurrilium scōmatum, petulantia, spurcitia, sordidū, lutu, cœni, stercorū, omnem hanc colluuiem in foedissimam cloacam Lutheri pectus infarciant. Quā ille totam, in libellum istum suum conuictarium, per os illud impurū velut comesam merdā reuomuit. Inde tibi lector aceruus ille spuriissimorum latratuum, quibus solis stultissimus libellus impletur. Nam quum de re conatur aliquid, detrahe tantum ornatiſſima illa scurrilitatis emblemata, statim videbis lector, ē tanto verborum cumulo, quam exiguis rerum restet manipulus, & ille tamen ipse corruptus. Quod, vt tibi magis fiat perspicuum: age, excutiāmus (vt facturus eram) ea vitia, quæ paucis obiter obiecta, multis verbis cōtentit rejicere. Etenim facilius erit conigere, qualem se prebeat in oppugnando altero, qui tam belle defendit se.

Reuincit impudentem vanitatem Lutheri, qui falsoscribit regē nullū eius repugnantiam proferre, sed verbo duntaxat afferere, ilū sibi esse contrarium.

CAPVT VI.
P Riusquam, inquit, ad rē ipsam veniamus, pri- Verba
mū diluam duo crimina, quæ mihi rex Thomi- Lutheri
sticus, p̄e impotentia sua muliebri imponit.
Quorum alterum est, esse videlicet me mihi ipsi
contrarium.
Hoc igitur crimen vt diluat, tanquā magna
innocentia cōscientia magnifice recēset, ædi-
torū ab se librorū catalogū, ne quis eorū ve-
nenorum nesciat nomina, quibus veneficus,
con-

Senatus
combi-
bonum.

Bicias cō-
filiū stre-
num.

Apposi-
ta cōpa-
ratio.

Ambro-
sius Cata-
rinus.

Impudēs
callidi-
tas Lu-
theri.

Verba
Lutheri.

En scur-
rilitas ne
bulonis.

vanitatis
omnis
antistes
Luther.

cōnatus est Christianū vulgus inficere . Quos ipsos libros quisquis diligenter inspicerit, tam multas, tā apertas, tam absurdas inueniet repugnantias, vt ei nihil aliud hac librorum re-censione Lutherus fecisse videatur, quā si hominē iugulasset inspectatē populo, deinde vocatus in iudiciū, eos ipsos omnes innocētię suę testes produceret, qui sceleris fuerant spectatores. Sed hic opinor, aliqua iubebit à me proferri, illarum contrarietatum exempla : & ex illo mari aliquā afferri lagenā, quasi aut opus sit ostēdere, quod nemo nō videt: aut nō olim ei multas ostenderit vir doctissimus Ambrosius Catharinus, & ostendantur in ipso regis libello nonnullae. Quarum si multas hoc loco (vt possum) producerē, Lutherū (quā est hominis verecūdia) nō puderet iterū dissimulare productas, & rursus vt producerentur aliqua flagitare. Nā cū eius generis multas protulerit vir, vt dixi, doctissimus, Ambrosius Catharinus, iam Lutherus in morē simiæ, per cachinnos ad vnum respondeat aut alterum, reliqua

vero tam aperta, vt nec ē scurrilium scommatum diuitijs suis inuenerit ullum, quod posset opponere, per dissimulationem prorsus reliquit intacta: & ad id se conuerit, in quo solo valet, vt virulentissimis conuitijs, & insanissimis iurgijs, impeteret sedem Romanam, morionum more, qui, cum ab alio percutiantur, protinus percutiunt alium. An non simili dissimulatione vtitur, cum nunc ait regem in suo libello, ne vnum quidem locum proferre, saltem exempli gratia, quo Lutheri inconstiam conuincat?

S O L V M. Rhetoricatur, inquit, gloriōsus rex, hoc modo . Lutherus sibi pugnat: quis ei credat? Sic dixisse satis fuit defensori nouo Ecclesie & numeri recens in Anglia nato. Ceterum ostendisse exemplum non fuit opus, ne daretur Lutheru occasio se purgandi, & stultum regem pro dignitate Thominista tractandi.

A N Non ista verba nebulonis impudentissimi, quisquis audierit, si neque Lutherum nosset, neque regis librum legisset, protinus persuaderet sibi regem nullam Lutheri cōtrarietatem vñquā protulisse, sed de industria celasse, vt ea posset licentius dicere, quā Lutheru negaretur facultas defendendi? Atidem si Lutheri legisset opuscula, is regem nihil peccasse fateretur, si rei nemini non cōpertæ probationē nullā proferret. Id si Lutheri nosset vanitatem, non dubitaret, à rege factum, quicquid Lutherus à rege factū esse negarit. Quod si librum regium etiam legisset: cum ibi tam multa videret eorum, quorum ne vnum quidem ibi esse scribit Lutherus, quot quantisque modis damnet necessē est, improbisimē nebulonis mendacissimam sycophantiam. Quā rem vel is vñus locus abunde probauerit: quē primum in medium proferā. Vel ob id, quod

post ista, quā cauillando cōnatur eludere, in quibus se non dissentire dicit sibi, sed mutare sententiam omnium primus existat.

Nam quum Lutherus in captiuitate Baby-lonica dixisset, oībus esse prēceptū, vt eucha-ristiā sub vtrāq; specie reciperen: & non ita multo post, in eadē pagina diceret, neutram omnino speciem cadere sub praecepto: regia maiestas his verbis, quā sequūtur, attingit insignē hominis ita secū pugnantis, amentiā.

A T V I D E quāso, quām vacillet, ac sibi Verbare-repugnet Lutherus: vno loco dicit, Christum gis.

in cōna omnibus omnino fidelibus, non per-mittēdo, sed prēcipiendo, dixisse: Bibite ex eo omnes. Postea vero, timens ne laicos, quibus in sacerdotum odium adulatur, offendere, hæc verba subiungit. Non quod peccent in Christum, qui vna specie vtuntur, quum non præceperit vlla vti, sed arbitrio cuiuslibet reliquerit, dicens: Quotiescumq; hæc feceritis, in mei memoriam facietis, sed quōd illi peccant, qui hoc arbitrio volentibus vti, prohibent vtrāq; dari. Culpa nō est in laicis, sed in sacer-dotibus. Videtis apertè, quod primo dixit esse prēceptū, hic dicit nō prēceptū esse, sed cuiuslibet arbitrio relictū. Quid opus est ergo, nos illi cōtradicere, qui sibi toties cōtradicit ipse?

Quāso te per tuas furias, quid habes hic amīce Luther, quod dicas? Cōtēdes hic te tibi nō esse cōtrariū, & tā impudēs eris aut stolidus, vt idē esse defendas, & vtrāq; specie omnibus esse prēceptā, & neutrā esse pceptā cuiquā? Quod si aut tu tā impudēs esst, vt peteres, aut quisquā tā insanus, vt ista petēti cōcederet, tamē ni

**Luther.
cōvinci.
tur sibi
cōtrari
esse.**
hilo magis posses, ex vanissimā sycophatię tuę laqueis effugere. Nā quā scribis, ideo rege nul-lā cōtrarietatū tuarū exēpli causa proferre, ne tibi purgandi tui detur occasio: perspicuū est desiderare te, nō omnino talem, quā purgari nō posis, sed vel talē saltē, quā aduersarius vo-caret repugnatiā, in qua tibi facultas esset eius vitij notam, si quā posses arte purgare. Ecce prolatus est à rege locus vñus, qui legēti librū mihi primus ē multis occurrerat, in quo tibitu-tā aperte pugnare conuinceris, vt (quāquā tur-piter impudēs es) qui locū vulgo notū, stulto filiōtio dissimules, & improbemēdax, qui, quod alij legūt omnes, & ipse tāto cū dolore legisti, vt ita lectū obliuisci nō possis, id nusquā scrip-tū esse contenderes: adhuc tamen perfričādo frontē non potuisti efficere, vt auderes pro lo-co non pugnāte defendere. Quod si maxime id quidē posses: quanquam sic effugeres, ne teneri pos-ses ex eo vno loco tibi esse cōtrarius, tamē ni-hilo magis vitares, quo minus vincereris im-probisimē planeq; digni vero nebulone men-dacijs, qui tāto cū fastu iactasti, ne vñū quidem locū à rege prolatū esse, vel exēpli certa causa, ne tibi daretur occasio purgandi tui. Quāob-rē cādide lector (vt ad te misso nebulone re-uertar) sufficit hic vñus locus, ad reuincendū (vt dixi) Lutherum impudentissimi mendacijs

L ij qui

THOMAS MORVS

qui negat à regelocum esse prolatum vllū repugnantiae suae, ne sibi daretur occasio purgandi sui. Sed quo magis adhuc vanitas hominis elucescat, accipe lector & alium.

Conuin-
citur Lu
therus si
bi cōtra-
rius.

Verbare-
gis.

Scripsit Lutherus in Babylonica sua, sacramentum ordinis esse quidam nouum, & ecclesiæ Christi ignotum, recenter autem inuenit ab ecclesia papæ: & tamen idem fatetur, esse apud diuum Dionysium, quem non negat esse antiquissimum Stolidissimam ista hominis repugnantiam non præterit princeps. Sed ijs verbis acutissime perstringit.

SI solus ex antiquis patribus Dionysius ordinem esse scriberet sacramentum, vel hoc sati esset ad euertendū Lutherū, qui videri vult inuentionem eius sacramenti nouam esse. Repugnat enim esse nouum, quod ab illo fatetur scriptis cōprehensum, quē fatetur antiquum.

Ecce lector, quid non audebit iste mentiri, quem non pudet fingere, nullum locum protulisse principem, quo dicat eum sibi fuisse contrarium, quando hic vnu locus talis est repugnantia, vt ea prolata, tribus fere versibus princeps totum fundamentum nebulonis euerterit. Neminem vsquam puto tam addictum esse Lutheru, quin sit fastidiosus, vtrumlibet horum locorum sufficere, ad coarguendam eius impudentiam, quem non puduit tanta magnificientia iactare, nullum, ne exempli quidem causa, locum à rege prolatum esse, quo Lutherum diceret, dicere sibi ipsi contraria. Nos tamen, vt hac in parte supersint potius multa, quam quicquam desit, adjiciemus adhuc locū tertium, adiecturi supra decimum, nisi nos pudenter in re manifesta sic immorari. Quū Lutherus vrgeris cerneret apertissimis verbis ex epistola Iacobi, non solum in sacramento inuentionis extremæ, sed etiam in eo, quod eius maledicam linguam, & virulentum peccatum pulchre depinxit apostolus: vt princeps prudensissimus & sagacissime deprehēdit, & elegansissime tetigit, æstuare cœpit infania, & cupiens vlcisci se, primum contempnit epistolam, deinde floccifecit apostolum. Posterioris istud leges, vbi voles, in ipso regis libello. Cæterum illud prius de epistola tangetur à nobis, quam ita contempnit, vt diceret, probabile esse eam non esse apostoli, propterea quod nihil haberet apostolico spiritu dignū. Ea in re ipsa regis verba subscribā, vt videre possis: an rex nullum prorsus attulerit locum, in quo diceret, sibi repugnare Lutherū. Regis ergo verba sunt hæc.

Nū hāc doctrinā cōcio ha-
bes Lute-
rū.

Verba re-
gis.

Obijci-
tur Lute-
rū Luthe-
rus

C E R T E si rationes attulisset Lutherus, quare epistola non esset Iacobi, sed tantum alterius cuiuspam, qui eodem loqueretur spiritu, potuisset vtcung, ferri. Nunc vero dicit esse probabile, quod sit indigna spiritu apostolico. Qua in re non aliū obijciam Lutheru, quam Lutherum ipsum: neque enim Lutheru quisquam aut sēpius ferme, cōtradicit, aut validius, quā Lutherus. Is igitur in sacramento

ordinis ait ecclesiam, hoc habere datū, vt possit discernere verba dei à verbis hominū. Quo modo ergo nunc dicit, epistolā apostolico spiritu indignā esse, quā ecclesia, cuius iudiciū (vt ait) in hac re falli non potest, apostolico spiritu iudicauit plenam? Quamobrem nunc ita sua sapientia constrinxit vndiq, vt aut necefario comprobet epistolā esse apostoli (cuius re. contrarium dixit esse probabile) aut dicat eccliam, in scriptura sacra posse dijudicando falli: quod eam posse negauerat.

QVID hoc loco lector apertius? Quam frontem habet nebulo, quem tam aperta negare non pudet? Quid cum necesse est ab his audire, qui locis ipsis cū illius impudendi mēdacio collatis, vanissimi scurræ scurrilia verba considerent, quando scurratur hoc pacto?

Quando ergo larvam, verbis Larvatis sine ex- Luthei emplo ludere libuit in re tam serua & sacra. Ego verba sine Larva sed aperte dico regē Anglie Henricū ipsū plane mētri, & scurrā leuiſimum mendicis suis magis referre quam regem. Hoc criminē ego Lutherus, Thomistam hunc virulentum palam accuso, & testibus tum libellis tum lectoribus meis per orbem coniuncto. Facebat mibi in hac re maiestas regia & mea humilitas, cum mendace scurra loquor, regis titulis velato de rebus diuinis, quarum iniuriam aduersus mendacia tueri, pertinet ad quemlibet christianum. Si stultus rex sic regia maiestatis obliuiscitur, vt mendacijs apertis in publicum audeat prodire, idq, dū sacra tr. act. at, cur mihi non pulchrum sit, mendacia eius rursus in os eius regerere, vt si quam voluptatem concepit aduersus diuinam maiestatem mentiendo, eam amittat ve- ritatem aduersus suam maiestatem audiendo.

EX P E N D E queso lector æquissimas causas, ex quibus hic venerabilis pater fas esse censem, in regem, veluti suo iure scurrari.

Quoniam rex ausus est dicere, Lutherum sibi ipsi esse contrarium, id dictum regis Lutherus in duo partitum crimina, eademq, valde capitaria. Alterum, quod rex hoc dixerit, nullo, ne exempli quidē causa, prolatu loco, ne ipsi locus esset defendendi sui. Qua in re quā vanus & impudens sit venerandus pater, tertio saltē iā prolatu loco vides. Alterū, quod rex eo dīcto mētitur aduersus diuinā maiestatē. At cū nihil dixit aliud rex, nisi quod sēpe iā probauit delirare, & assidue cū se ipso pugnare Lutherū: necesse vides esse lector, vt si hac in parte mētiatur princeps, aduersus maiestatē Dei, maiestas illa dei sit maiestas Lutheri. Neq, enim de alio Deo locutus est rex: itaq, manifeste vi- des, vt hic reuerēdus pater aperte nobis renūciatur Deus, & ipsius ore sua buccinatur apotheosis. Im posterum ergo cauendum est, ne hunc nouum inferorum Deū, tam irritabilem irriteremus, sed in os cerebrem coniectis offis, conemur placare placentulis: & Stesichori more palinodiā canēdo mitiget rex hoc pacto. Dijuns

Extricta te Luther re.

An ex te nebulo menda- cissim.

Aegre fert Lu- terus vel leuiter si bi cōtra- dici.

Palino- Diuus Lutherus non est sibi contrarius, non
diaconē- inconstans, non mendax, non improbus, non
da regi virulentus, non blasphemus in Deū, non insa-
nus, non nebulo, non hæreticus: sed ipsa fide
fidelior, ipso honore honoratior, ipsa pruden-
tia prudentior, Dei vero diuus ipsis reverētor
ipso candore cādidor, ipsa probitate probior,
Jam arri- ipso pudore pudētor, ipsa cōstantia cōstātor,
ge aures & ipsa veritate verācior. Cuius rei vel hoc fa-
asīne. tis documenti p̄ebet, quod tantis ampullis au-
sus est iactare, nullum locum suae repugnātia
protulisse regem, ne exempli quidem causa, ne
ipsi daretur occasio defendendi sui. Quū ipse
non nesciat omnibus aperte clarere regē pro-
tulisse loca multa, quorum nullum potens de-
fendere, coactus est, impudentissime dissimula-
lare omnia, & negare producta. Qua stolidis-
sima negatione vīctus est multo turpius, quam
vlla vñquam vñcī confessione potuisse.
Quemadmodum ergo Lutherus pro se pete-
bat lector, vt ex eo regis in se tractando fidem
estimares, quod rex nullum proferat contraria-
tatis eius exemplum: ita nunc ego te vici-
sim precor, vt Lutheri vanissimam fidem, ex
hoc tā improbo mēdacio, tā conuicta vanitate
ex impudentia tā pudenda iudices, certissimus
quancūq; partē hominis excusseris, qualē hac
vna in re perspexisti, talem in omnibus esse
reperturum.

*Probat Lutherum parum probe reser-
vere notam leuis inconstitiae,
& crimen stolidae ma-
ledicentiae.*

CAPVT VII.

NAM opere premium est videte, quām
pulchre illā ipsa defendant, in quibus vi-
deri vult, sibi ipsi nō fuisse contrarius.
Quū obiectū esset ei, quod olim moderatius
errasset, & de indulgentijs, & de Romani pō-
tificis potestate: postea vero, correptus ira atq;
inuidia, sententiā mutasset in peius: homo sua-
uis tuerit se Pauli exēplo atq; Augustini, vt
cū illis nemo virtus vertat, quod à malo vertāt
in bonū: stupidus plane fuerit, qui Luthero
non ducat laudi, quod ab scelerato mutauit in
sceleratus. Pr̄sertim cum constet omnibus,
afflante Christo, charitatem illos, & piū erga
Deum studium habuisse in consilio: Lutherū
nemo nesciat, insufflante diabolo, superbiam
immanissimam, odium crudelissimum, inuidia
virulentissimam, consiliarios omnium perni-
cioſissimos adsciisse sibi. Is suasoribus homo
constanter inconstans (vt nemo repēte fit de-
terrimus) à malo primum in peius, post gra-
datim, iam à peiore profecit in pessimum. Et
tamen tanquam via versa, peruenisset ad op-
timum, in arduam illam virtutis arcem subue-
stus, inde scilicet sibi plaudit vni, & subiectum
terrarum orbem despēctans, miseris insultat

mortalibus ac musto tantæ felicitatis ebrios, tam procul è sublimi non sentit, quantos in se
risus è terris excitet eius furiosa stultitia. Quis enim non rideat nebulonem miserrimū, tā fu-
riosas efflantē glorias, quasi federet in Christi
pectore, cū clausus iaceat in culo diaboli? Inde
crepat, ac buccinat magnificas ipse de se victo-
rias. Inde se iactat vicisse papam, episcopos,
monachos, moniales, missas: ac se probasse,
nihil aliud illa esse omnia, quā mera porten-
ta, idola, larvas, mendacia. & ipsissimā abomi-
nationē stantē in loco sancto: & quod furor
sit sacrilegi populi, velle per opera corā Deo
agere, & nō sola fide. Inde se gloriat ecclē-
siā totam calcare pedibus pediculosus fra-
terculus, & se futurum vrsam in via, & leānā
in semita, atq; hostem tam implacabilem, vt
hostilem animum, exustus quoq; (nam eū vi-
tā finem ex hærefeoos conscientia sibi p̄efagit
instare) sit conduplicaturus, & cineribus in
mille maria proiectis, persecuturus, & fatiga-
turus ecclesiam. Eodē nimirū modo, quo fo-
dales eius alij cacoēmones. Obscurō lector,
quis vel ex his furiosi verbis nō videat, furias
omnes inferas, excusso homini cerebro, in va-
cuo sedem sibi fecisse capite? quā adeo demē-
tant eū, vt sentire non sināt, quā ridiculum ac
miserabilē toti orbi se Thrasonem p̄beat, &
quod ex eodē furoris fonte, vnde ista conuicta
iurgia, maledicta, blasphemiae, promanāt, ef-
fluit illa quoq; Stygię paludis vnda, quā sibi vi-
detur homo demens, maledicētē trimē elue-
re, luto nouæ maledicentiae. Nam id erat alte-
rū, quod obiectū sibi conatur hoc pacto pro-
pellere.

A D alterum, inquit, vītiū, nempe mordacita-
tis, quo me sugillat rex, respondēb. Primum ei pro-
bandum fuisse iniquam meam mordacitatē, & pa-
patum innocentem esse. Alioqui cur Christus ipse, le probat
Ma. xxiiij. tanta vehementia scribas & phariseos se nō ini-
mordet & hypocritas, & eos, stultos, plenos immun- que ec-
ditia hypocrisi, homicidas, criminatur? Et Paulus clesię ma-
quoties vehemens est in concisione (vt vocat ipse) ledicere.
fius & p̄sendapostolos, quos adulterantes & cau-
ponantes verbum Dei, canes, dolosos operarios, apo-
stolos Satane, filios diaboli, plenos dolo & malitia,
deceptrōes, vaniloquos, fascinatores & circulatores Horū tu
vocat? An & hos Thomistā laruatus mecum accu- Luther?
sabit inuidia & superbia?

Et paulo pōst.

Rex vero tanquam obtinuisset papatū sanctū
esse, plaustris virulentiae & maledicentiae sue debac-
chatur in meam mordacitatē. Stolidū scilicet caput
quod abunde cognouit, papatum apud me pro Anti-
christi regno haberi.

V I D E amice lector, in quas angustias hic
cōiecit regē, cui prius quā Lutherum argueret qua Lu-
maledicentiae, probādū videlicet fuerit, papa- ther' ex-
tū innocentē esse: nec debuit reverēdus pater igit vide
L iij quum

Cursint
perstrin-
git impia
quādā ac
stolidā
verba
Lutheri:
fodales.

T H O M A S M O R V S

quam vellet blasphemare papatum, probare prius papatum esse nocentem. Hanc ciuilem prudentiam, longo nimis vnu didicit, ex more & consuetudine iudiciorum. Vbi quisquis accusatur aliquod patrasse facinus, illico probare iubetur non fecisse: nec tam amens vnuquam fuit, vt ab illo, qui reum in ius protraxit, facti probationes exegerit. Verum putat fortasse reuerendus pater accusatoris partibus egregie fecisse satis, quod aliquot iam iurgiosis voluminibus, probris, & conuicijs perfudit Romanæ sedis antistites, quos omnes, nisi rex viçissim doceat fuisse prorsus impeccabiles, iniurius fuerit in reuerendum patrem, nisi permittat eum, citra vllam maledicentia culpm, non papis aliquot malis, sed ipsi papatui maledicere. Etiam æquus est, ac peritus accusator, ebrius iste calumniator, vt quia papas aliquot accusauit, ideo perat à iudicibus, vt in eius gratia dignetur, nō illos quos accusauit, papas, sed ipsum dñnam papatum: tanquam si quis probet aliquos esse malos consules, obiurget consulatum: aut propter aliquos senatores improbos, senatum omnem postulet ex omni prorsus vrbe depelli: aut si quis denique propter aliquot Lutheri similes fraterculos, fratru prorsus omnium totos condemnet ordines. Non potest quantumuis impudens Lutherus negare, bonos & sanctos fuisse Romanos aliquot pontifices: nec est propheta tantus, vt certo possit predicere, bonos nunquam futuros, quando nec in præsentis antistitis aut electione sancta, aut inculpatâ vitam quicquaque obijcere: & tamen ex aliquot, quos ipsi libet vocare malos papas, ipsum damnat papatum. Sic igitur arguit nobis reuerendus pater, frater, Martinus Luther. Aliqui papæ fuerunt mali, ergo papatus est malus. Quid, si quis contra sic argumentetur à simili? Fratres aliquot Augustinenses sunt hæretici, seditiosi, schismati, ergo tota fraternitas Augustinensium est hæretica, seditiosa, schismatica. Deinde subsumat sic, sed reuerendus frater, pater, potator Lutherus, est frater Augustinensis, & suppositum fraternitatis illius: ergo frater, pater, potator Lutherus, est schismaticus, & seditiosus hæreticus. Quo pacto posset vestra paternitas ex ista consequentia, quæ tenet per regulam vestrae paternitatis, effugere? Certe non habetis, nisi vnum effugium: quod ante hoc argumentum vobis factum, paternitas vestra vestro fugit ex ordine. Verū tam argutas argutias non intelligit hebes videlicet Thomista rex, sed facile perpendit acutus Satani, Lutherus, quum Christus, & Paulus, tam vehementer arguerint, alter scribas, & phariseos, alter pseudopostolos, in quos potestatem habuerunt: ideo sibilicere scilicet, pediculoso fraterculo, in reges, principes, pontifices, & eorum prætextu, quos ipsi vocare libet pseudopostolos, in apostolatum verum, pro animi sui furiosâ libidine quamlibet impotenter in-

uehi. Nec illum quicquam illa Christi verba commouent, quæ furialem istam eius petulantiam coercere debuerant: quibus populū iubet Christus, vt scribis ac phariseis, quanquam malis, tamen propter Mosi cathedrā obtéperarent, nec sedē sanctā spernerent propter servores indignos. Quin & Paulus ipse per iniuriā percussus à pontifice, quum respondisset, percutiet te Deus paries dealbate, admonitus esse pontificem, excusauit se, quod pro malefacto regesserat maledictū. Et iste nebulo se gloriatur apostolis Christi, atq; ipsi propemodum Christo, parem, dū propter hominum paucorū vulgo iactatū vitiū, in sanctū debachatur officium, & Romani pontificis vere paternā charitatem, furiosi iurgijs & conuicijs retaliat. Vides ergo lector candide, quam præclarè se Lutherus hac in parte gesserit, qui sic ab se maledicentia crimen, & inconstitutia depulit, vt non illa tantum duo sibi retinuerit, sed impudentis etiam stultitiae, ac furoris adiecerit, quæ nunquā ita poterit eluere, quin gloriosum Lutheri nomen infamatura perpetuo corporis, vt ipse vaticinatur, exusti cineribus, & in mille maria proiectis, inhærent.

Refellit Lutheri generale responsum, quo cōtendit nihil certo credendum esse, quod probari non posse evidente scriptura.

C A P . VIII.

HIS igitur criminibus sic ab eo depulsis, vt ventus cæcias à se depellit nubes tandem veniamus autem nunc, inquit, ad ipsam rem. Videlicet postquam ex oœto & viginti pagellis, paginas septem tā exgui voluminis, in tanta re partem quartam ex confessio consumpsisset extra rem: tandem incipit iacere fundamentum, quod haberi vult aduersus omnia, quæ regius aduersus eum liber continet, generale responsum.

Perito logia Lu theti.

Sed hic vide lector, hominis de sua causa male conscijs vane vafrum consilium, quod & prodit disfidentiam, & inani succurrit astutia. Audiuit nōtem esse pro infirmis copijs: eoq; pugnaturus ipse, statim fugit in tenebras. Responsionem comminiscitur, omisis omnibus, ad quæ respondeat, tanquam ad ea singulatim respōsurus, in ea parte, qua se respōdere simulat particulariter. Et tamen quum eo vix est, vix verbum vllum inuenias, cum fide recitatum: Firmissimū vero quodq; mira disimulatione præteritum. Sed in generali isto responso præcipue, nulla prorsus re proposita, quæ rex obiecerat, conatur animū lectoris dūtaxat in se cōuertere, tāquā futuro nemine, qui tā stolidā eius solertiam vnuquā deprehenderet. Nos ergo lector diuersa gradiemur via. Nam serpentem istum cæcum, ē tetris ac tenebrosis latibulis inuitū protrahemus in lucē, & ē libello principis excerpta quædam isti responsi-

Lutheri scionaria chia

fioni

Tradet
hac me-
monæ
lector.

sioni præscribemus. Deinde responcionem ipsam subiungemus, vt quum vtrumq; simul sub oculis habeas, facilius iudicare possis, hac speciosa responcione, quam velut omnium responcionum summam posuit, aduersus illas obiectiones principis, ad quas respondere debuit, quam nihil omnino responderit.

Verba
Begis.

PRIMVM in Sacramēto Eucharistie. Præterea quod in canone Missæ quædā verba velut à Christo prolatæ, recēsent, que nusquam in scriptura sacra leguntur. Et tamen non dubitatur, quin dixerit. Multa enim dicta sunt & facta per Christum, quæ nullus Euangelistarum complectitur. Sed quædam recente memoria, eorum qui interfuerunt, velut per manus deinceps tradita, ab ipso Apostolorū tempore, ad nos vsque peruenierūt. Lutherus non dubitat, Christum in cœna dixisse: Hæc quotiescumq; feceritis, in mei memoriam facietis. atque hæc usque adeō pro comperto habet, Christi verba fuisse, vt inde sumat argumentum, neminem cogi ad recipiendum Sacramentum, sed rem cuiusque relictam arbitrio, tantum ad hoc astringi, vt quoties facimus, faciamus in memoriam Christi. Hæc ergo verba non legit apud Euangelistas, in cœna domini. Nam illic nihil aliud legitur, quam, Hoc facite in mei commemorationem. Vbi ergo legit illa verba: Hæc quotiescumque feceritis: an non in missa? Opinor certè non alibi. Nam apud Apostolum alia sunt. Igitur qui tantum fudit, & vitetur illis verbis, quia reperit in canone: cur nō par ifide suscipit eiusdem verba canonis, quibus Missa oblatio dicitur, & sacrificiū?

Et alibi de Sacramento Confirmationis.

At quum loca quædā Lutherus ipse conmemorat, è quibus (quoniam id Lutherus irridet) habere non absurdè potuerit Sacramentum confirmationis initium, cur tam maligne de tota iudicat ecclesia: quasi temere Sacramentum suscipiat, propterea quod in illis locis nullum legit verbum promissionis, quasi nihil omnino promiserit, dixerit, fecerit Christus, quod non complectantur Euangelistæ. Hac ratione, si tantum Ioannis extaret Euangeliū, negaret institutionem Sacramenti in cœna domini, de qua institutione nihil omnino præscribit Ioannes: qui eodem Dei consilio non tetigit istud, quo multa alia præterierunt omnes, quæ fecit Iesus: quæ (vt inquit Euangelista) non sunt scripta in libro hoc: & quæ totus mundus non possit capere. Ex quibus nonnulla, per Apostolorum ora fidelibus patefacta sunt, & perpetua deinceps Ecclesiæ catholicae fide conseruata. Cui, quare non debet de quibusdam credere (quoniam non legantur in Euagelijs) quum (vt Augustinus ait) nisi tradente Ecclesia scire non posses, quæ sint Euangelia? Quorum si nullum vñquam scriptum esset, maneret tamen Euangeliū scriptum in cordibus fidelium, quod antiquius fuit omnium Euangelistarum codicibus. ma-

nerent sacramenta, quæ & ipsa non dubito Euangelistarum libris esse omnibus antiquiora: ne putet Lutherus efficax argumentum esse frustra suscepit sacramenti, si non reperiat institutum in Euangelijs. Alioqui si nihil omnino recipiat, quod non tam aperte legat in Euangeliō: vt tergiuersandi non sit locus: quomodo credit (si modo credit, qui ferè nihil credit) perpetuam Mariæ virginitatem? De qua, adeo nihil inuenit in scripturis, vt Heluidius non aliunde quam ex scripturarū verbis, arripuerit ansam decernendi contrarium. Nec aliud opponitur illi, quam totius Ecclesiæ fides, quæ nusquam maior est, aut fortior, quam in sacramentis. Ego certè neminem esse puto, qui scintillam vñlā habeat fidei, cui persuaderi possit, quod Christus, qui pro Petro oravit, ne fides eius deficeret: qui Ecclesiā suā supra firmam petrā collocavit: pateretur eam, Argumē tot seculis vñiuersam corporalium rerum signū a probabili.

Et alibi de Sacramento Matrimonij.

Negat vñquam promissam esse gratiam. Negat vñquam institutū esse pro signo. Vnde Fortissimū argu hæc nouit? Quia non legitur, inquit. O rationem fortem, & multarum hæresum parentem. Ex hoc fonte venenū hausit Heluidius. Nullum Sacramentum admittit: cuius institutio- mentum nō legis in libro? Quem librum vñquam scripsit ille, qui instituit omnia? De quibusdā, inquis, credo Euangelistis Christi. Cur ergo de quibusdam, Christi non credis Ecclesiæ? quam Christus omnibus præponit Euangeliis, qui non nisi membra quedam fuerunt Ecclesiæ. Quamobrem si fidis vni, cur diffidis Talis est vñiuersis? Si membro tribuis tantum, cur to- Lutheri. ti nihil tribuis corpori? Ecclesia credit esse sa- na diale- cramentum: Ecclesia credit à Deo institutum, à Christo traditum, traditum ab Apostolis, traditū à sanctis patribus, per manus deinceps, pro Sacramento traditum, ad nos peruenisse pro sacramento, per nos tradendum posteris,

Eo solo
Lutherū
nisi quod
damnat.

Vter ve-
strū hic
trūphat
Luthere?

THOMAS MORVS

ad finem usque seculi, pro sacramento venerandum. Hoc Ecclesia credit: & quod credit, dicit. Hoc inquam, tibi dicit eadem Ecclesia, quæ tibi dicit Euangelistas scripsisse Euangeliū. Nam nisi Ecclesia diceret Euangeliū Ioannis, Ioānis esse, nescires esse Ioannis. Non enim ad sedisti sribentib. Cur ergo non credis Ecclesiæ: quum dicit, hæc Christum fecisse, hæc sacramenta instituisse, hæc apostolos tradidisse: quemadmodum credis ei: quum dicit hæc Euangelistam scripsisse?

A V D I S T I Lector vnum aut alterum locum è multis, quæ scripsit Rex: in quibus ostendit multa dicta, facta, tradita esse per Christum, quæ nullus Euangelistarum complectitur: quæ nullis Apostolorum scriptis continentur. nulla scriptura commemorantur: sed eorum recente memoria, qui interfuerunt, velut per manus deinceps tradita ab Apostolorum tempore, ad nos usque peruenerunt: & Ecclesiam Catholicam, in sacramentis & articulis fidei, à Spiritu sancto & doceri, & gubernari. Atque ista probat, nō ex eo solum, quod alioqui absurdissima quedam sequentur: sed ex apertis Euangelistarum verbis, euidentibus etiam sacrarum literarum testimonij, & ipsius præterea Christi. Quid ad hæc Lutherus obsecro? Semoue paulisper lector iurgia, cachiinos, rufus, & cœvitia: nihil inuenies aliud, quum duas propositiones has, Nihil verum, ac certum esse præter evidentes scripturas: cetera omnia traditiones esse hominum, & cuiusq; arbitrio relicta. Sed interim ad rationes, quas afferit Rex: ad authoritatem Euangelistarum, atque ipsius Christi, quibus probat præter ea, quæ scripto comprehensa sunt, facta, tradita, præcepta fuisse alia, quibus omnino responsum esse oportuit: nihil omnino respondet. Quamobrem qui sic respondet, vt ea, quibus respondere debuerat, omnia relinquat intacta, quid aliud facit, quum planè fatetur se nihil habere, quod dicat. Quæ res, quāquam per se manifesta est, tamen quo fiat magis adhuc dilucida: Lutheri verba recensebimus: & nubes ac nebulas, quibus inuoluit se nebulos, discutiemus.

Lutheri verba. **V E N I A M V S** autem nutte, inquit, ad ipsam rem, & more Aristotelis, qui Thomistarum Deus est, Primo generaliter, deinde specialiter, de causis istius disputationis. Summum generale & unicum robur Henriciane sapientiae, in tam regio libello est, nulla scripture authoritas, nulla ratio vrgens, sed Thomistica illa disputandi forma, Mibi sic videtur. Ego sic sentio. Ego sic credo. Et ut hic mei Amstoriū recorder, sic disputat stolidus Rex, sicut ille recitat soleat, disputasse Lipsenses Theologistas. Vbi quum respondens negasset assumptum opponenti, probabat idem opponens hoc modo Oportet sic esse. Illo iterum negante, Denuo & ille, Et quomodo potest aliter esse? Oportet sic esse, pulcherrime, & Thomisticissime,

quim & Lipsicissime & Henricissime. Sic cum ego in meo libello hoc Thomisticū generale principium maxime impetussem, & diuinas scripturas aduersus ritum, usum, consuetudinem, autoritatē hominum statuisse, Dominus noster rex nihilominus, pro sua Thomistica sapientia, aliud nihil reddit, quam operet sic esse. Vt si habet, Hæc est longa consuetudo, Noli me tiri bone vir. Ego sic credo, Patres sic scriperunt, Ecclesia sic ordinavit etc. Quod si iterum scripsero mille libros, & probauero per scripturas, usum et authoritatem hominum in rebus fidei nihil esse, facile erit & Regi Thomistico, mille libris respondere, & omnis scriptris a me inductis, semper iterare, Oportet sic esse. Vt si habet, Authoritas hominum sic dicit, atque aliud nihil. Si autem dixeris, Vnde probas, usum & Cetera imm. authoritatem humanam valere? respondet, Oportet sic esse, Mibi sic videtur, Sic credo. Nunquid tu doctior es vnu omnibus?

Q V I S non rideat, hominis stolidissimi furiosum, & in ipsius ridiculum caput recidenter risum: quando regem nugatur nihil aliud afferre, quam, Oportet sic esse: Vt si habet: Hæc est longa consuetudo: Ego sic credo. Patres sic scriperunt: Ecclesia sic ordinavit. Qui nemo nesciat, ipsum Lutherum scire, regem illorum omnium fere nihil dicere, sed ista dicere: Hoc probat ratio: hoc tradidit Deus: hoc docuit Spiritus sanctus: hoc dicit Euāgelista: hoc dicit Apostolus: hoc ipse dicit Christus. Ad quæ omnia, nihil omnino dicit Lutherus.

Intelligis ergo lector, stipites istos intractabiles, Verba
hoc tantum querere, vt sibi solis credatur. Ego postulatio, non mihi, sed apertis Dei verbis credi, illi postulant præancidis & veterosis sui cerebri visionibus credi, contemptis verbis Dei. Neq; enim ego vel no. vsum, vel authoritatem hominum in totum negau, sed libera esse volo, & indifferentia, quæcumque extra scripturas sanctas scripta sunt, tanquam articulos fidei necessarios fieri recuso ex hominum verbis. Tolerari volo, quæ bene dicuntur, & geruntur citra scripture testimonium. Tolerari autem libere. At trunci isti, nobis articulos fidei faciunt, ex omni verbo patruin, quod tantum abest, vt sancti voluerint suis scriptis tribui, vt nulla maiore blasphemia offendit possint, quam dum per lethargicos Thomistas, eorum libera verba, & facta, in necessarios articulos, hoc est laqueos mendaces, in perniciem animalium vertuntur.

E C C E Lector, quam dilucide proponit Lutherus, quid postulemus nos: quid ipse vicissim postulet. Nos videlicet stipites intractabiles postulamus, vt solis credatur nobis, hoc est solis Italis, Hispatis, Anglis, Gallis, & deniq; solis omniibus, quæcumq; Christi Ecclesia, aut hodie sit, aut usq; gentiū, vlo vñquā tempore, à Christo passo fuerit. At Lutherus vir æquissimus, nihil postulat aliud, scilicet, quām ut credatur apertis scripturis, quarum apertis.

Summa
libelli
Lutheri.

Imo tuū
magis q
rationē
omnem
refugias

apertissimas passim trahit in dubium: & aper-
te torquet in haereses: & quam vrgetur, audet
contemnere: quæ paulò post faciemus ipsa lu-
ce clariora. Sed interea venientiemus illud, quod
ait, libera esse & indifferentia, quæcunque ex-
tra scripturas sanctas scripta sunt: & tantum
liberè tolerari vult, quæcunque bene dicun-
tur, aut geruntur, citra scripturæ testimonium.
Istud Luthere si verum est: cur ad illa nihil
respondes omnia, quæ tibi obiecit Rex? è qui-
bus nos plura suis locis allaturi, pauca protu-
limus interim: quæ quum supra legerit, qui-
tuum generale responsum istud leget postea,
neque tactum tibi quicquam illorum viderit,

Redactæ
in angu-
stiam Lu-
theri co-
pia.

sed velut surdo dicta, sic præterita, & dissimu-
lata silentio, non poterit ignorare, quanta ref-
positionis idoneæ diffidentia, & verae defen-
sionis inopia præterieris. Sed nos quoniam te
libenter ita fugere videmus, eadem, atque alia
itidem talia, quæ dolenter aspicis, iterum tibi
atque iterum ob oculos ingeremus. Igitur vt
cœpi dicere: si liberè omnia habenda sint, &
nihil certo credendum, quod non sit eviden-
te scriptura comprehensum (sic enim tu non
vno loco confirmas) quid sibi vult illud Apo-
stoli? State, & tenete traditiones, quas didici-
stis, siue per sermonem, siue per epistolam no-
stram. Apostolus, ex æquo seruari iubebat ea,
quæ per sermonem tradiderat, atque ea quæ
per epistolas. Aliiquid igitur traditum est non
tanquam liberum, sed quod citra scripturam
obligaret ecclesiam. Quid ad hoc dicas Luthe-
ri? Quid ais ad illud Euagelistæ? Multa facta
sunt, quæ non sunt scripta in libro hoc. Quæ
quo minus ab alijs Euangelistis dicas esse per-
scripta: negat ea totum posse mundum com-
prehendere. Quid ergo dices, illa omnia dun-
taxat fuisse miracula? quorū etiam multa nesci-
ti poterant absque periculo fidei? Cæterum
sacramenta, in quibus Ecclesia nō posset absq;
peccato superstitionis errare, eorū nihil euau-
gelistas potuisse prætermittere? Istud ne possis
prætendere: vides id: quod etiam tibi rex op-
posituit, Euagelistam Ioannem non tradidisse
Sacramentum Eucharistie. Quod si contenus-
tas, ideo non tradidisse, quia alij Euagelistæ
comprehenderant: ea ratione potius omis-
serat alia, minoris mometi: quæ licet ab illis scri-
pta, tamen ille rursus commemorat. Quam-
obrem negari non poterit, etiam necessarios
articulos inter ea fuisse, quæ scripta non sunt,
sed absq; scripto tradita sunt. Iā Paulus, quum

Frigitiæ. re? Quid ais ad illud Euagelistæ? Multa facta
sunt, quæ non sunt scripta in libro hoc. Quæ
quo minus ab alijs Euangelistis dicas esse per-
scripta: negat ea totum posse mundum com-
prehendere. Quid ergo dices, illa omnia dun-
taxat fuisse miracula? quorū etiam multa nesci-
ti poterant absque periculo fidei? Cæterum
sacramenta, in quibus Ecclesia nō posset absq;
peccato superstitionis errare, eorū nihil euau-
gelistas potuisse prætermittere? Istud ne possis
prætendere: vides id: quod etiam tibi rex op-
posituit, Euagelistam Ioannem non tradidisse
Sacramentum Eucharistie. Quod si contenus-
tas, ideo non tradidisse, quia alij Euagelistæ
comprehenderant: ea ratione potius omis-
serat alia, minoris mometi: quæ licet ab illis scri-
pta, tamen ille rursus commemorat. Quam-
obrem negari non poterit, etiam necessarios
articulos inter ea fuisse, quæ scripta non sunt,
sed absq; scripto tradita sunt. Iā Paulus, quum
Corinthijs eodem de Sacramento scriberet:
Ego, inquit, sicut accepi à domino, sic & tradi-
di vobis. An nō sine scripto, sicut accepit sine
scripto, tradidit? Imo, adeo nihil omnino tra-
didisset scripto, neque Corinthijs, neque Ro-
manis, neque alij cuiquam populo: si quo tem-
pore scripsit, licuisset alloqui coram. Quæ res,
si fors accidisset, istis omnibus derogasset fidē,
quæ nunc in Paulinis legitur epistolis. Cuius,
ut cæterorum quoque Apostolorum, pleræq;

desiderantur: & quæ supersunt, quædam ver-
tuntur perperam: quædam vertuntur ambi-
gue: nec in gemina lingua vsquequaque con-
cordant exemplaria: & de sensu certatur in-
cessanter. Ita, quod solum agis: nunquā deerit
ansa negandi, quod velit: afferendi, quod libet
illi, qui nihil admiserit præter euidentes scrip-
turas. Quid illud quælo, quā vim habet, quod
Christus dixit? Spiritus paracletus, quum ve-
nerit, ille ducet vos in omnem veritatem. Non
dixit, scribet vobis: aut foris ad aurem loque-
tur vobis: sed ducet vos: hoc est, intus inclina-
bit vos, ac flatu suo, corda vestra diriger in om-
nem veritatem. At quos quæso, ducet Spiritus
sanctus in omnē veritatē? an duntaxat Apo-
stolos, quibus tunc ore loquebatur Christus?
Apostolis ergo duntaxat & illud dixit: Ego
vobiscum sum vsque ad consummationem se-
culi. Quis ergo dubitat, illud Christum dixisse
de ecclesia: quod Spiritus sanctus eam ductu-
rus esset in omnem veritatem? Quid illi, qui-
bus dictum est: Ite, prædicate Euangeliū om-
ni creaturæ? Euangeliū prædicabant ex scri-
pto: & nouam legem Christus sic referri iussit
in tabulas: aut in ss inscribi: vt si quid ibi non
legeretur: id protinus omne reiceretur pro
nihilo? Ita ne Dei verbum, ab apostolo quoq;
commemoratū, nihil mouet Lutherum: Ego
dabo leges meas in cordibus eorū, & in men-
tibus eorum superscribam eas? Non dicit in la-
pide: non dicit in lignis, sed vt legem veterem
scripsit in lapide foris, sic nouam intus Dei di-
gito scribet in libro cordis, vt quod minimo
tempore durauit in duriore materia, perpetuo
durare faciat in mollissima. Sic Deo placuit
ostendere potentiam suam. Piores faxe tabu-
le protinus fracte sunt: posteriores quidem
diu durauere: In corde verò quod scripsit, du-
rabit indeleble. In corde igitur, in Ecclesia in cordi-
Christi, manet inscriptum verum Euagelium bus ho-
Christi: quod ibi scriptū est ante libros Euan-
gelistarum omnium. Ibi fidem suam sic inscri-
psit Deus, vt nulla possint hæreticorum præ-
stigia delere, quantuvis afferat ex libris Euan-
gelij scripturas, in speciem veræ fidei contra-
rias. Hinc stetit Christi fides, aduersus hostem
Christi matris, Heluidium. Hinc stetit, aduer-
sus hostem ipsius Christi, Arrium. Hinc stetit
iniuncta, aduersus plurimos hæreticorum cu-
neos, qui eam eodem ariete oppugnabat, quo
nunc Lutherus oppugnat, dum negaret pub-
licam Ecclesiæ fidem e scriptura probari, aut
scripturas esse dicentes fidei cōtrarias. Sed Ec-
clesia Christi nō dubitauit: quicquid Spiritus
sanctus inspirauit Ecclesiæ, id esse procul du-
bio verum, siue comprehensum id scriptura
sit, siue nulla scriptura comprehensum. Imo si
qua scriptura produceretur, in speciem cōtra-
ria, eam fides in corde præscripta docebat, non
satis intellectam esse his, quibus ita videretur,
quum esset certissimum, neque Christum Ec-
clesię suę in articulis fidei deesse, neq; spiritum
Dei

THOMAS MORYS

Dei veracem sibi esse contrarium. Quod si adhuc stolidi persistas in eo, ut contendas, nihil esse factum, ac traditum, praeter scripturas: nec te ab ea stultitia deducant ea scripturarum testimonia, quae ex ipso regis libello memorauit, quibus tu nihil omnino respondisti: velle saltē hoc expediās, quod in tota scriptura sacra, pater nusquā vocatur ingenitus, filius nusquā homius: nusquā satis aperte legitur, Spiritus

Expedi si
potes
hūc no-
dum Lu-
therē.
Theos a-
graptos.

sanc̄tus à patre filioq; procedere: Imo vero sancti Spiritus deitatem ipsam, adeo contenderū hæretici nō satis elucere scripturis, vt eū quod testatur beatus Gregorius Nazianzenus, appellariat theon agrapton: hoc est, Deum de quo nō scribitur: An tu idcirco vetabis, horū quicquam certo credi: & liberum cuiq; statuēs, vt citra salutis suæ dispendium, patrem neget ingenitum: filium neget homusion: Spiritū sanctum neget ab utroque procedere? Quid respōderes ad illud: quod de perpetua virginitate Marie, adeo nihil omnino reperitur in scriptura, vt magno labore probarit Hieronymus, scripturas nō habere contrariū? Quod, quanq; probauit egregie, non tamen tam euidentibus probauit scripturis, vt sustulerit aduersario omnem facultatem disputandi. Sed totus articulus plane p̄det ex Ecclesiæ fide: cui an in hoc articulo pareas, velim aperte respondeas. Ego te interim credo, quanquam sis impius, tamen hac sane parte parere: cui certè si esse putas parentū, aliquid admittis praeter scripturas, contra fundamentum tuum. Quod si tam impius sis, vt Deiparæ virginis integritatē in dubium vocare non dubites: non eris tamen, opinor, tam impudens, vt Eucharistia sacramentum, quod vnum fere nobis reliquisti, nec tamen à sceleratis digitis tuis impollutum: nunc rursus neges esse sacramentum. Nec illud opinor, recantabis: Nullum sacramētum esse, cuius nulla promissio gratiæ, nulla peccatorum remissio legitur in scriptura sacra: quod vnicum delegisti tibi, ad omnia sacramēta subuertēda fundamentum. Age ergo Lutherē: hac saltē parte consiste tecum: turpe tibi fuerit, hoc principali fundamento depelli. Sceleratum negare esse sacramentum Eucharistiae.

At ex his duobus, Rex effecit, vt alterū tibi fuerit, velis nolis, relinquendum. Recognoscere nunc nebula verba illa principis, quorum cauterio, meretriciæ fronti tuae, eam stultitiae notam, atque impietatis inussit, quam nulla disimulatione possis obtegere.

N V N C quoniā ex ipsius Lutheri fundamento probauimus, sacramenta, quae credit Ecclesia, nō aliunde quām à Deo potuisse cōstitui, etiam si nihil inde prorsus in scriptura legeretur: Videamus, an scriptura tam nullam omnino mentionem faciat huius Sacramenti. Omnes una voce fatentur, apostolos in cœna domini ordinatos in sacerdotes. Solus istud Lutherus negat: quum planè constet illic, datam potestatem conficiendi corporis Christi,

quod solus confidere sacerdos potest. At non est, inquit ille, sacramentum, quia non fuit illis vlla promissa gratia. Vnde id nouit Lutherus? quia non legitur, inquit, familiaris est ista Lutherō consequentia: Non est in Euangelio scriptum: ergo nō est à Christo factum: quam colligendi formā infirmat Euangelista, quum dicit: Multa facta sunt, quae non sunt scripta in libro hoc. Sed tangemus tamen Lutherum Observat̄ aliquāto proprius. Eucharistiam concedit esse Lutherē sacramentum: quod nisi fateretur, insaniret. At ubi reperit in scriptura, promissam in illo sacramento gratiam? Nam ille nihil recipit nisi scripturas, & easdem claras. Legatur locus de cœna dominica: nō reperiēt apud vllū Euangelistarum, in susceptione sacramenti promis-
sam gratiam. Legitur à Christo dictum: Hic Nusquā sacramētū legi-
est sanguis meus noui testamēti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Quibus verbis significauit, semet in cruce per passionē redempturum genus humanum. Sed quum dixit ante: Hoc facite in meā com-
memorationem: nullam hoc facienti, id est, sacerdoti consecranti, aut eucharistiam recipiēnti, gratiam ibi promittit: nullam peccato-
rum remissionē. At nec Apostolus, in epistola ad Corinthios, quum interminetur male man-
ducantibus iudicium, vllam mentionem facit de gratia bene manducantium. Quod si quid ex capite sexto Ioannis, gratiam promittat suscipienti sacramentum carnis & sanguinis do-
mini: ne id quidem iuuare Lutherum potest,
quippe qui totū illud caput negat, ad Eucha-
ristiam quicquam pertinere. Videtis ergo, vt
istam promissionem gratiæ, quam pro totius sacramenti fundamento magnifice nobis in
toto promisit opere: non potest in eo tueri sa-
cramēto, quod fere solum reliquit: nisi (quod
necessē habet) praeter scripturæ verba recur-
rat ad Ecclesiæ fidem.

A V D I S T I N hæc Lutherē prius? an Imo ma-
potando lethargum concepisti tantum, vt ista litia p̄-
tibi ad aures inclamata, non audias? Cur ad nequit.
hæc obticuisti: quum tam magnifice te res-
pondere iactites? Hoccine tibi dissimulandum
fuit, quod vnum tibi totum illud fundamentum destruit: quo vno, tu videri vis, sacra-
menta destruxisse omnia? Nam quum hoc
vnum Babylonis tuae fundamentum ieceris,
nullum sacramētum esse, cuius promissio gra-
tiæ non legeretur apertis scripturæ testimonijs: ac nunc idem fundamentum iacias au-
t̄ius, nihil omnino credendum pro certo,
quod non aperte legitur in scriptura sacra:
Eo te compellit princeps, vt aut Eucharistiae
tibi sacramentum sit negandum: quod ante
fere solum cōcēsisti: aut si velis in eo persiste-
re: necessē tibi sit, ab hoc præclaro fundamen-
to desistere: & praeter scripture sacræ verba,
configere ad publicam fidem Ecclesiæ (vt ip-
se vocas) papisticæ.

Quin &
Christū
esse Deū
si libeat,
negabit.

Verba
Regis.

Refellit

Refellit illud, quod si quid preter scripturam verum sit, certum tamen esse non posset: & periculum fore, ne vana pro veris veniant in artulos fidei, & traditiones hominū pro traditionibus Dei.

C A P . IX.

QVID respōdet frater, pater, potator, ad hēc: ebrius dormit: sepultus est in scypho: non audit. An postquam illud villum edormierit: tum ē crapula surgēs istud nobis eructabit? quod quanquam vera sunt aliqua, nullis adhuc scripturis comprehensa: certa tamen esse, & cōperta non possunt. Nam quum plurima liceat confingere: dicet videlicet, quod vera illa, ab ijs quę fingerentur, nulla possemus nota distinguere. Ex quo securum, dicet illud absurdum: vt omnes humanas traditiones amplectamur pro traditionibus Dei. Si istud verum est: homo cautus Lutherus est: sed parum cautus Euangelista: parum cautus Apostolus: qui quum quedā (vt ostendimus) non complectentur scripto: quę necessitate fuit ab Ecclesia seruari: nō viderunt, aut illa posse aliquando excidere ē memoria, aut eorum pretextu, etiam alia, quę ab humana vanitate profici serēt, autoritatem sibi posse cōparare: quasi simili modo traderēt à deo. Et tamē ita sibi fortis videtur hac in parte Lutherus, vt centies illud exclamat nobis: nihil esse pro certo & indubitate tenendum, quod non ex scripturis eluceat, & eisdem etiam manifēstis, atque evidentibus. Alioqui censem ne cessario consequi, vt per errorem obliget Ecclesia sc̄le, ad vana signa, pro veris sacramētis: dū traditiones hominū putet esse traditiones dei: Aut ex ambiguo scripturæ textu, aduersus veritatē falso adhēreat sensui. Nam hūc errorem censem Lutherus invincibilem. Hoc loco opponere aduersus vtrunque possemus, non vnu quempia ex antiquis patribus, aut vnum locum ē scriptura sacra: nisi potius visum est obijcere Lutheru, vnum illum, quę vnum omnibus prefert patribus, omnibus prefert verius. Euangelistis, Lutherum. Quem ipsum nō tam obijcimus nos, quām prolatō loco, lectorē commonebimus, à rege iam olim obiectum. Et quoniam refelli non potuit à Lutheru, per dissimulationem prætermisum silentio. Sic igitur habet Rex in Sacramento Ordinis.

S E D V E L V T inevitabile telum promitt: quod hoc sacramentum nullā habet prōmissionem gratiæ vllibi (vt inquit) positatam: cuius sacramenti, vel verbo meminisse negat totum nouum testamentum: & ridiculū (ait) Lutherū afferere pro Sacramento Dei, quod à Deo institutum nusquam potest monstrari. Nec licet ipsius Lutheri (inquit) astruere aliquod diuinitus ordinatū, quod diuinitus ordinatum nō est: sed conandum est, vt omnia nobis claris (inquit) scripturis sint firmata, Vtrum in nouo testamēto nul-

la prorsus fiat huius sacramenti mentio, post excutiēmus. Interim sic agam cum illo, tanquā nulla prorsus mentio fieret. Nam cōdem telo se sperat omnia ferme sacramenta perfodere. Aduersus quod telum, ego in scutum mihi id ipsum ferrum coniijcam: quod Lutherus ipse fatetur impenetrabile. Sic enim se habent ipsius verba.

Hoc sane habet Ecclesia, quod potest discernere verbum Dei à verbis hominum: sicut Augustinus confiteretur se Euangelio credidisse, motum auctoritate Ecclesiae, quę hoc esse Euangelium predicabat.

Verb
Lutheri
in ea. Ba.
ex quib⁹
manife-
ste reuin
citur.

Igitur quum istud habet (vt Lutherus fatetur) Ecclesia, quod verbum Dei discernere potest à verbis hominum, certum est istud non aliunde habere, quām à Deo. Nec ob aliā causam, quām ne in his erraret Ecclesia, in quibus non erratum esse oporteat. Sequitur igitur ex hoc fundamento, quod nobis substrauit Lutherus, vt Ecclesia habeat à Deo, nō id solum, quod concedit Lutherus, discretionem verborum Dei, à verbis hominum, sed etiam discernendi facultatem, qua in scripturis diuinis, diuinū sensum ab humano discriminat. Alioqui enim, quid profuerit: si Ecclesia (Deo docente) scripturam veram discernat à falsa, & in scriptura vera, falsum sensum non discernat à vero? Denique eadem ratione, & istud sequitur, vt & in his quę non scribuntur, ecclesiam suam doceat Deus, ne per errorē possit falsa pro veris amplecti: quum ex ea re non minus impendeat periculi, quām si vel scripturas hominum teneat pro verbis Dei: vel ē veris Dei verbis, falsum elicit sensum: præsertim si falsa suscipiat sacramenta pro veris, & traditiones hominum pro traditionibus Dei, imo nō traditiones hominum, sed figura diaboli: si suam spem in fictis, at vanis corporaliū rerum signis (quemadmodum magi faciunt) Ecclesia Christi, velut in Christi sacramentis collocet. Liquet ergo manifeste ex eo, quod fatetur Lutherus, Ecclesiam hoc habere, vt verba Dei discernat à verbis hominum: Hoc quoque nō minus habere, vt traditiones Dei discernat à traditionibus hominum: quum alioqui, vtrōbique possit ex æquo vitandus errot exoriri: nec id agat Christus, ne ecclesia sua hoc, aut illo erret modo, sed ne erret villo. Errare verō maiore cum iniuria Christi non possit, quām si fiduciā in illo ponendam solo, ponat in signis nulla prorsus fultis gratia, sed omni bono fidei vacuis atque inanibus. Non igitur errare potest Ecclesia, in suscipiendo sacramentis fidei: non magis inquam, quę errare potest in suscipiendo (qua in re Ecclesiam errare non posse fatetur Lutherus ipse) scripturis. Quę res, si se haberet aliter, multa sequerentur absurdia. Sed hoc in primis, quo nihil potest esse absurdius: quod pleraque omnia fidei Christianæ dogmata, tot stabilita seculis, ad succrescentium hæreticorum libidinem, denuo reuocat-

Num for
midolo-
sus es mi
homo?

Nihil est set obijcere Lutheru, vnum illum, quę vnum hoe vero omnibus prefert patribus, omnibus prefert verius. Euangelistis, Lutherum. Quem ipsum nō tam obijcimus nos, quām prolatō loco, lectorē commonebimus, à rege iam olim obiectum. Et quoniam refelli non potuit à Lutheru, per dissimulationem prætermisum silentio. Sic igitur habet Rex in Sacramento Ordinis.

V e r b a
R e g i s.
Quibus
c o n f u t a t
L u t h e r u
e x v e r b i s
i p s i u s L u
t h e r i.

Ita solet vincere Luther. Inevitabile telum promitt: quod hoc sacramentum nullā habet prōmissionem gratiæ vllibi (vt inquit) positatam: cuius sacramenti, vel verbo meminisse negat totum nouum testamentum: & ridiculū (ait) Lutherū afferere pro Sacramento Dei, quod à Deo institutum nusquam potest monstrari. Nec licet ipsius Lutheri (inquit) astruere aliquod diuinitus ordinatū, quod diuinitus ordinatum nō est: sed conandum est, vt omnia nobis claris (inquit) scripturis sint firmata, Vtrum in nouo testamēto nul-

Luther
suo telo
miserè
cōfossus:

THOMAS MORVS

reuoocarentur in dubium . Nam si nihil haberí pro certo debet, nisi quod scripturis & ijsdem (vt Lutherus ait) claris, firmatum est: non solum non afferemus diuī Mariæ virginitatem perpetuam, sed & inexhausta suggeretur fidei oppugnandæ materia, si cui vñquam libeat aut nouas excitare seetas, aut refuscitare sepultas. Nam paucissimi fuerunt hæretici, qui non reperint scripturas: sed omnes ferè ex eo, sua statuebant dogmata : quòd aut ea contendente esse firma scripturis: aut quum illis videbant rationi consentanea, contrarium non definiri scripturis. Quoniam ea , quæ proponebant aduersus suam sectam, aliter contendeant intelligi, quām orthodoxa intelligebat Ecclesia: & ne clara dici possent , aut alio ex cogitato sensu, aut prolatis aliunde ex eadem scriptura locis, in speciem valde cōtrarijs, omnia sic turbarunt, vt viderentur ambigua . Ita aduersus Arrium nisi publica stetisset fides ecclesiæ, haud scio, an defuisset vñquam de scripturis disputandi materia.

N O N dubito lector, quin, dum legis hęc: & admireris, & detesteris istam nebulonis improbam atque impudentem dissimulationem, qui tanquam surdus eum cantum prætereat, quem nemo non sentit auriculas eius asininas tanto cum doloris sensu penetrasse, vt nec ebrius quidem sensum possit eius doloris executere. Quod enim telū cadere potuit in Lutherum violentius: quām quo factum est, vt suis ipsis verbis vulneratus & confosus iaceat. Raro verū dicit: & tamen idipsum, quod dicit verum, falsitates , quas astruit ipse, concuincit. Quid hic Lutherem comminisceris effugij: quæ stolida stropha laborabis elabi? Conuoca nebulonum, potatorum, scortorum, sciariorum senatum: explicit te ab hoc labyrintho: suadeant, vt quod sāpe fecisti, facias denuo, reuoces atque recantes, si quam vñquā syllabā dixisti bene. Clama pœnitere te, quod hoc fassus es, Ecclesiæ datum, vt scripturas Dei discernat à scriptis hominum. Quod si feceris, id quod planè facies aliquando, simul conce das oportet, incertum atque inualidum esse illud ipsum, quod ore tantum clamas, corde nihil credis, euangelium. Sin non illud reuoces, sed Ecclesiæ concedas, hoc habere datum à Deo, vt non possit errare, in discernendis Dei verbis à verbis hominum: nec eius aliam possis assignare causam, quām peculiarem Dei curram, qua sic gubernat Ecclesiæ, vt in rebus tam magni momenti eam nolit errare, necesse est, illud concedas etiam, quod Deus Ecclesiæ non decriit in scripturis intelligēdis, aut dinoscendis traditionibus, sicubi tale vrgeat periculum ex ignorantia: quale fuerit, si permittatur errare in necessarijs articulis fidei, vel sacramētis: in quibus errare, nihil est aliud, quām fidem subtractam Deo, nō in homine ponere, sed in signis inanibus collocare: quod prope deterrius est, quām vitulum adorare conflatilem.

Hic suc-
currite
cōbibo-
ni vestro
Lutheri
fodaliciū

Quid hic
habes,
quod ob-
gannias
Lutherem?

Qua in re, quantum absit, vt Christus desit ecclæsiae, ipse testatur, dicens: Ego vobiscum sum usque ad finem seculi.

Ostendit Lutherum tergiuersari stolide , conantem controuersum facere, quæ sit Ecclesia Catholica: & simul respondet ad imanes eius logos , qui bus nugatur in Ambrosium Cathar inum de eadem Ecclesia.

C A P V T X.

SED Hic fortassis, vt est impudens, questionem faciet (id quod sāpe facit) de ecclæsia, & totam Ecclæsiæ, quam appellat papisticam, negabit esse ecclæsiæ illam Christi. Qua in re, ne quid deesset, nebulonē istum & verē & acutē prudētissimus princeps attigit. Nam in Sacramento ordinis, quum recitat, let hæc verba Lutheri, ex captiuitate Babylo nica. Hoc sacramentū ordinis Ecclæsia Christi Verba ignorat, inuentumque est ab Ecclæsia Papæ: Lutheri. subiungit princeps.

HÆC pauca verba, non paruum habent Verba & falsitatis & absurditatis aceruum . Nam & Regis. Ecclæsiam Papæ discernit ab Ecclæsia Christi: quum Papa sit eiusdem Ecclæsie Pontifex, cuius & Christus. Ait Ecclæsiam inuenisse, quod nō inuenit: sed accepit institutum. Ait Ecclæsiam Christi, hoc ignorare sacramentū: quum satis constet, nullam fere mundi plagam esse, quæ ritè profitetur fidē Christi, quin ordinem habeat pro sacramento . Nam si posset obscurum aliquē angulum reperire (quod, opinor, non potest) in quo nesciatur sacramentū ordinis: tamen angulus ille nō esset cum reliqua comparandus Ecclæsia, quæ non Christo solū subest, sed & propter Christum, vñico Christi vicario, Papæ Romano & ordinē credit esse sacramentum . Alioqt̄ si perflet in eo Lutherus, vt Ecclæsiam Papæ discernat ab ecclæsia Christi: & apud alteram dicat ordinem haberi pro sacramento, non haberi apud alteram: proferat illam Ecclæsia Christi, quæ contra fidem papalis (vt vocat) ecclæsiae, ignorat sacramentū ordinis. Interim certè perspicuum est: quum dicat, hoc sacramentum ignorari ab Ecclæsia Christi, & de Christi Ecclæsia, dicat eos, quibus præsidet Papa, non esse: vtraque ratione ab ecclæsia Christi eum segregare non Romam tantum, sed Italiam totam, Germaniam, Hispanias, Gallias, Britāniam, reliquasq; gentes omnes, quæcunque Romano Pontifici parent, aut ordinem pro sacramento recipiunt. Quos populos omnes quum de Christi tollat Ecclæsia, necesse est: vt aut Ecclæsiam Christi fateatur esse nulquam: aut more Donatistarum, Ecclæsiam Christi catholicam, ad duos aut tres hæreticos redigat, de Christo suffrante in articulo.

VID E S lector, eo rem redigisse regem, vt si Ecclæsia, quam vocat Lutherus papisticam, non

Cuius. **Lutheri-**
cam non sit Ecclesia Christi : necesse sit , aut
nisi quam esse Ecclesiam Christi , aut illic esse
tantum , vbi cunque sint duo vel tres haeretici ,
de Christo susurrantes in angulo .

Quid ad hęc respondet Lutherus ? tacet : sa-
tis laudat : agnoscit sic intelligere se , Christi
verba , dicētis : Vbi cūq; sunt duo vel tres con-
gregati in nomine meo , ibi & ego sum in me-
dio eorum . Neque meminit , quicunque sepa-
ravit ab Ecclesia eos , etiam si cōgrentur ,
ac loquantur de Christo , conciliabilium esse
diaboli . Vna est Ecclesia Christi : extra quam ,
nulla est Ecclesia , nisi malignatium . Atqui , ni-
hil miror , Lutherum nihil ad ista respondisse
regi . Nam is perpetuus homini mos est assidue
inculcare sua : sed interim semper omnia tran-
fere , quę obijicit aduersariis : quemadmodum
in hac ipsa quęstione fecit , dum responderet
Ambroſio Catharino , quem quātuus irrideat
is , qui in eo libro Theseus Lutheruſ fuit in ex-
hauriendis infaciis facetijs , tamen is quoque
& ingenij , & eruditio in dīgo , quām ha-
beat Lutheruſ in cerebro . Cui quum respon-
deret iste de potestate pontificis , & Ecclesiæ :
nihil omnino respondit ad ea , quę Catharinus
obiecerat . Quę quisquis aequus , & incorrup-
tus legerit , & cum Lutheri scriptis contulerit ,
pronuciabit Lutherum egregium esse nugo-
nē , qui tacitis omnibus quę dicit is , cui respon-
det , nihil responderet aliud , quām nego omnia
quę dicis . Nolo distinctiones . Nihil credo prę-
ter scripturas . De scripturę sensu , non credo
sanctis patribus : nam errauerunt omnes . Nolo
allegationem inconvenientis . Allegatio incon-
uenientis non soluit argumētum : & mille nu-
gas eiusmodi .

Nam , quum Catharinus , id quod necesse
est , Ecclesiam istam militantem distinguat à
triumphante : quōd in altera promiscue viuat
mali cum bonis , in altera duntaxat sancti , non
vult distinctiones Lutherus , non distinctus
est , vī video , inter electionem , de qua Chri-
stus ait . Multi sunt vocati , pauci vero electi , &
electionem illam , de qua dicit idem , Nonne
duodecim elegi vos , & vnuſ ex vobis diabolus
est ? At , ne manifeste se nugari fateatur , iu-
bet distinctiones ex scriptura probari : velut
tum demum crediturus , & tamen idem nihil
ominus irridet distinctionem , qua fides chari-
tate formata distinguitur ab informi .

Verba
Lutheri. *Vos finxiſſis commentum omnium nequissimum
illud , in formis fidei : quo facilius & tutius sacri-
legia veſtra , in ſcripturas Dei ſeu latrones Moab
mitteretis . Nobis autem Paulus dicit . Que ſo-
cietas lucis & tenebrarum ? Que conuentio Christi
& Belial .*

VID E S ut hanc distinctionem , velut ex
authoritate Pauli , pronunciet eſſe non ſolum
ſicutam , ſed etiā nequissimę ſicutam . Sed interim ,
dilſimulat quōd Apoſtolū ipſum nequitiae in-

ſimulat nebulo . Quid enim frequentius in ore Hic refel
Pauli , quām hęc diſtinctio ? Quod multis in litur Lu-
locis inculcat , quām multum interſit inter eam therus
fidem quę caret charitate & bonorum ope- ^{tuidētē}
rum vita , & eam qua per dilectionem opera- ^{ſcriptuā}
tur . Sed Lutheruſ iatis fuit , alterum clamare ,
alterum diſsimulare silentio .

I A M , quum Catharinus allegaret inter-
dum quędam : quę diuinitus Ecclesiæ tradita ,
ſcribunt omnes sancti patres , & totus credit
Christianus orbis : clamat Lutheruſ nihil reci-
pio præter euidentem ſcripturā . Cæterū quod Nō om-
omnia ſcribi curarit Christus , quę vult Chri-
ſtianos credere , id conſtanter negant fideles ſcriptu-
omnes : nec adhuc vlo ſcripturę verbo pro-
bat Lutheruſ .

Q V M de cuiuspiā ſcripturę ſenſu ver-
teretur quęſtio , & Catharinus pro interpreta-
tione quam aſſeret ipſe , cōſtantem aſſeret ſcriptu-
sanctissimorum patrum , antiquissimorū inter-
pretum , eruditissimorum virorum cōſensum ,
clamat Lutheruſ nō curo sanctos patres : non
curo veteres interpretes : non curo doctos il-
los doctores : omnes errauerunt , vt homines :
nec interim fere quicq; aſſert pro ſe , niſi quōd
clamat verum eſſe quicquid dicit : & quod ipſe
non errat : nec errare poteſt , vtpote nō homo ,
ſicut erat sancti patres , ſed extra ſortem huma-
nam infaſibilis asinus .

Q V M Catharinus probaret ex Luthe-
ri poſitione , multa ſequi absurdia , & inconue-
niētia , clamat Lutheruſ : Allegatio inconueniē-
tis non ſoluit argumentū : quum deductio ad
inconueniens fortissimū ſit & probandi genus ,
& confutandi . Sed Lutheruſ nihil dicit , etiam
ſi quis ex eius dogmate probet cōſequi homi-
nem eſſe asinū . Non magis proſecerit , qui pro-
bet iſtud Lutheruſ , q; ſi quis idē probed asino .

Q V M Catharinus diceret , in illis verbis ,
Matth . 16 : Tibi dabo claves regni colorum ,
promiſſas eſſe claves , non dataſ : ſed ex eo pro-
bari neceſſario dataſ eſſe : quōd dubium non
fit quin Christus verax impleuerit promiſſio-
nem , respondet Lutheruſ , etiam ſi promiſſa
Christus , non eſſe credendum , quōd promiſſa
preſtiterit , niſi in ſcriptura legatur impleuiffe .

Nam , opus eſi locum , personam , & tempus ex- Verba
hibite promiſſionis , non noſtra ſuſpicionē , ſed illius Lutheri .
teſtimonio nobis certiſſicari . Si enim in ſcripturis iſta
exhibito clavium non poterit oſtendi , in hodiernum
uſque diem erimus incerti : quo tempore Petrus eam Praeclar.
accepereſt . Abſit autem , vt noſ Christus ſic incertos Lutheri
reliquerit : vt neſciamus , quo tēpore , quo loco Petrus
claves accepereſt .

O MAGNVM periculū , ſi neſciamus ,
quo tempore , quo loco Petrus claves accep-
erit . Nam iſtud neſcire , profecto nō multo mi-
nus periculi fuerit , quām ſi quis neſciat quo
die , & quo loco Petrus baptizatus ſit .

P R A E T E R E A , quā Lutheruſ interdū
M ſcripturę

THOMAS MORVS

Quam
iniquus
sit Luthe-
rus præ
studio
suae par-
tis.

scripturæ textum quempiam detorqueret in partem suam, Catharinus eius interpretationem falsam refellens, quum veriorem sensum suffragantibus antiquis interpretibus confirmasset, refert ex abundanti, alios etiam sensus: quorum quemlibet ostendit esse magis probabile, quā sit ille quē Lutherus solum verū euidetēq; cōtēdit. Istud verō Lutherus sic eludit.

sentit, qui consentit tecum: sed contra veritatem quā Deus tot sanctis suis inspirauit, consentit mendaciorum patri diabolo, qui pēr te veritatē conatur interuertere. Nam quum tu pro tuo more, scripturam detorqueas, dicens: De quo enim angelorum aliquando dixit? hunc audite! quasi ex illo verbo, nihil debebas credere, quod quisquam dicit alias: Curnon illius etiam verbi meministi, quod Christus ipse dicit Apostolis, ac per illos ceteris, haud dubie sanctis, quibus ipse dignatus est suum spiritum infundere? Qui vos audit me audit. Quem spiritum suum, quum abūde Christum constet inspirasse sanctis Ecclesię doctoribus: quorum & doctrinam, & vitam multis compobauit miraculis, etiam si nemo vnum non aliquando sit lapsus vt homo, quod tu quoque prædicas ipsiſ contigisse Apostolis, tamen in quo tam frequentes per tot ætates conspirauerit, non est dubitandum, in illud eos diuini spiritus aspiratione cōſensuisse, qui facit vnam in domo: & te, quum eorum consensum spernas, & ſaþe blasphemus exclames: Nō curio cētum Hieronymos, nō curio mille Cyprianos, Augustinos, Ambrosios, in illas Christi minas impingere: Qui vos spernit, me spernit

Verba
Lutheri.

*Non tibi permitto ut scripture plures quam vnu
sensem tribuas. Nihil apud me valet: quod toties
tentas. Potest etiam sic dici: potest etiam sic intelli-
gi: potest etiam sic responderi. Potest mi Catharine:
hac omnia sunt argumenta falsitatis, & mera ef-
fugia, & planè robora mea sententie.*

S C I L I C E T Luthere. Quid ni? ut si quis ostendat, te proferre talem pro sensu, indubie, vero, qui sit è multis minime verisimilis, quo pluribus modis ostenderis esse stolidus: eo vicissim magis glorire tu, velisque multo videri sapientior.

**Verba
Lutheri.**

Sic dico, Hoc sic, & non aliter intelligi debet: ut afferas unum consonantem simplicemque sensum scripture: sicut & ego facio, hoc est enim theologi, sicut illud sophiste.

Quod Lu
therus so
phistæ
vocat fa
cīn' ma
xime ess
theologū

ius encere, rem in medio relinques expenden-
dam. Nimirum, arbitrati sunt tutum illud esse,
& modesti vereque Deo digni theologi, non
sophistae quemadmodum scribis officium. Istud
vero, quod solum tu clamas theologi esse offici-
um, theologi illi veteres & veri, partes exi-
stimatoribus esse, verè mereq; stolidi, superbiique
nebulonis temeritatem: qui sensum scripturae
dubium, & inter eruditos controuersum, aut
ex suo sensu solo commentum, solum conten-
dat esse genuinum. Cuiusmodi stultorum ge-
nus admonet, ac taxat sapiens ille quum dicit,
Ne innitaris prudentiae tuae, & ne sapiens vi-
deri velis in oculis tuis. At Lutherus in oculis
suis solus sapiens, exclamat.

Verba
Lutheri

Nolo Catharine vsum longum, & multitudinem
tecum sentientium inuoces, verbum Christi hic me
virget. Huic credendum est vni p̄e omnibus sanctis,
etiam angelis.

CR E D E N D V M est procul dubio Lu
therè plus vni Christo,quàm sanctis omnibus,
& omnibus angelis.Verum, quí Deus loqua-
tur in sanctis suis,juxta illud: Nō eftis vos,qui
loquimini:fed Spiritus sanctus qui loquitur in
vobis: quum tot sancti, tam docti consentiát,
verba Christi nō in eam dicta sententiá: quam
tu folus,contra tot sanctos, tam doctos con-
tendis,iām non quod tu iactas , Christo con-

Q V M Catharinus ei concessit, verum id quidē esse, quod Christus sit vera & solidā petra, & verum caput ecclesiæ, sic tamē ut Petrus etiā, & petra sit & ecclesiæ caput sub Christo, hoc mirificè sibi plaudit Lutherus : & sibi videtur perquam festiuſ scurrari.

Non sentit stolidum hoc caput: quod si mea dis-
putatio uno aliquo sensu vera conceditur, praesertim
in spiritu, quod mibi coedit Catharinus, iam planè
vici etiam aduersarij accidente calculo.

DE IN D E pergit homo festiuus facete
scurrari, iactitans cralsè sibi philosophandum
esse, coram crasso & pituita laborante capite:
quia nihil esset asinus ad lyram, & ideo Ca-
tharinum Lutherus, omissa lyra lepidus illudit
literis, & velut puerum, docet per A. & B:
tanquam demonstratione Geometrica rem
probaturus, sic enim scribit:

Quod si A. disputet cum B: & eo res procedat: ut Verba
A. concedat B. optime, & in spiritu locutum esse, se Luther.
vero alium sensum externum sequi: & tamen hoc
ipso facto, A. glorietur se viciisse, illumq; confutasse,
deinde conuicq; totum agat triumphum: Quid hic
spectator iudicabit? An non Bacchus, aut Coryban-
tes insanire putabitur?

H A. H A. H E, facete, laute, lepide Lu-
there, nihil supra. Catharinus plane perditus.
Risu omnes q. audiūt emoriri. Deniq; metuūt
omnes iā te. Sed, queso te Lutherē bona cū ve-
nia tua, liceat nobis hominibus crassis , istā de-
mōstrationē tuā, vt ipse fateris crassam, crassius
adhuc excutere. Fac igitur disputēt inter se A.
& B: & dicat A. Molen fuisse ducē filiorū Is-
rael ex Ægypto: B. verò illud oīno perneget.

Deinde dicat ipse B. Deum fuisse ducem, & id ei cōcedat A. & fateatur ipsum B. in hoc optimē & verissimē dicere, & maximē in Spiritu, & tamen id nihilo minus verum esse, quod dicit ipse A. videlicet ducem filiorum Israel fuisse Moysem. Iam si B. propterea quod A. concedat ei verum illud esse, quod dicit ipse, & maximē in spiritu glorietur ex eo se viciisse, & cōuicijs totum agat triumphum, quid hic Lutherus spectatores sentient? An non verē bestiam esse? B. an non fuste dignum sentient eius vere crassum & pituitosum caput?

I AM, quale est illud, quos ait. præsertim in spiritu? Nuper dicebas non spiritualis sensum, & mysticum probare quicquam, sed literalem tantum. At nunc subito quum tibi Catharinus cōcederet verū esse spiritualiter, quod Christus sit petra: sed Christū tamen illo apud Matthæum loco, non de sua præcellentia locutum: sed de præficiendo suo gregi vicario, placet illico tibi sensus spiritualis, & ad rē probandum præfetur literali. Nam ex eo quod te cōcedit, aliquo sensu verum dicere, præsertim in spiritu, concludis eum falsum dicere: quum sanctorum patrū calculis obfistat tibi subuenti literam. Nam etiam si verum sit, vt est: quod Christus est verissima & solidissima petra, verissimum caput Ecclesiæ, & verissimum Ecclesiæ fundatum lapis angularis, qui fit utrūq; vnum: tamen in illo loco nō de sua præsentialia locutū Christū, sed de substituendo in Ecclesia sua primatu, nō solū sancti testātur, & Christianus orbis consentit, sed etiā ipse cōtextus literē apertē videtur ostendere: neq; enim admodum belle quadrare videtur sensus, quem aſignas ipse: tanquam Christus ita loqueretur. Tu es Petrus, & ideo ego ædificabo Ecclesiam meam super me ipsum.

AT non est, inquis, nisi vnuſ sensus, ergo si meus est verus, falsus est Catharini. Ipſe nō negas alium interdū esse mysterij sensum, alium literæ, quem tu ſolum dicas efficacem ad probandum. Hunc igitur sensum aſsentientibus interpretibus plerisque omnibus, Catharinus afferit ſibi, tibi concedit mysticum: qui nihil præiudicat literæ. Sed hic rursus obblateras, & clamare non desinis.

Verba Lutheri. Tu Catharine non negas meam disputationem esse in aliquo ſenu veram: ergo tua eſt falſa. Nam si aliiquid eſt verum quod ego dico: totum eſt falſum quod dicas tu. Nam aut mea funditus & in totum nega aut tua funditus inania eſte concedas.

Quām æquam legem offers Luther. An non apud Vergiliū, aliiquid veri dixit & Synon. & tamen magno ſterit Troianis qui veris illeſti crediderint affutis mendacijs. Nihil ne contra te dicit, niſi qui tua onnia funditus & in totum sustulerit? Ergo ſi tuis mendacissimis dogmatis intermisceas Apostolorum Symbolum: aut negandum eſt, quicquid illi dicunt veri, aut ſimul concedendum

quicquid ipſe metiris. O acumē Lutheranum-

SE D illud videlicet eſt ineuitabile telum, & gladius fortunatus, quo Catharinum confodias: quod etiam ſi Petrus Ecclesiæ primas institutas fuerit, Papa tamen nō possit primas eſſe, nec Petro ſuccedere poſit in officio, niſi qui Petro ſuccedit in morib⁹. Hic regnas, ridet, gemit, illudis, & omisſis omnibus sanctis viris, qui in ſacrosancta ſede præfederunt, velut coruus & vultur, ſola inuolas ac depaſciſ pu- trida: niſi quod non raro sanctiſſimos quoſque velut rabidus canis arrodis, & dente tabifico, melipum & antidotū, tibi vertis in venenum. Sed altum interim tibi ſilētum eſt, de illis omnibus: quę tibi ad illa responderat ante Catharinus: qui tibi probauit evidentissime ſic ſe- inuictam eſſe cauſam hominis, & officij, morum & magistratus, virtutis, & potestatis, vt malis etiam & flagicioſis viris quamuis tollatur in cœlo vita: quam Deus deſpondit virtutibus, in terra tamen non tollatur authoritas, quam Deus coiuinxit officio. Quamobrē Luther ſi vir videri viſ, abeas oportet prius atq; ad illa reſpōdeas Catharino: cui poſtquā noī more ſimij gesticulis & nugamentis, ſed quod hominē decet ſolida ratione responderis: tum deum redreas licet ac rideas ad Calendas Graecas. Interim profectō insanus, & Aiakis riſu furiosior eſt iſte riſus tuus, quo tacitis, & diſſimulatis aduersarij rationibus, tanq; nihil audires, nihil respondes: ſed nugariſ tantum ac velut amēs, & insanus irrides, & mirificē te facetum putas, dum in id iocaris, nugariſ, ſcurrariſque: quod si Petrus dici poſſet petra, qui sanct⁹ erat ac pius, aliquis ita deſiperet vt petrē nomē puer in Papam quēpiam poſſe cōpetere, qui Petri non repondeat virtutibus. O perplexum nodū, & explicatu difficilem. Quum Christus, Petru propter fidei ſuę firmitatē, tanq; petram aliquam ſibi ſubſtitueret Ecclesiæ ſuę caput, & primatem, non qui immortalis eſſet, vt aeternū potiri poſſet officio, ſed in quod per vices multi ſuccederent, nec omnes equalis meriti etiam ſi petrē nomen in illos non quadraret, an ideo non eſt eadem potestas officij? Quid ſi ſic dixiſſet Christus? Ego te Petre bonum & sanctum virum ob egregias virtutes tuas, Ecclesiæ meę primum præficio, vt tu ſis exemplum cuiusmodi velim tibi ſuccelfores ſuffici: certè ſi ſuccelfor eius aliquis eſſet talis, de quo neque boni, neque sancti nomen poſſet prædicari: tamē eadem eſſet authoritas in officio: niſi nemo fuī ſacerdos in Israel poſt Moysen & Araonem: niſi qui vitrumvis eorū equiparari ſanctimonia: aut niſi nemo ſit episcopus, qui non ſit omnino talis, qualē deſcribit Apoſtolus: certè Paulus ipſe detulit episcopo etiā impio, & Caiphæ ſcribit Euāgelista, & impio, & ignorant, prophetiæ datum ſpiritum, poſter epifcopatus officium: Quin Christus ipſe quū pronunciat Scribas & Phariseos, viros nimirū impios & improbos: qui aliorū humeris

THOMAS MORVS

graues imponerent sarcinas, quas ipsi digitō
fuo nolebant attingere, sed interea supine vi-
uebant & male, Christus tamen, vt dixi propter officium iussit illis obtemperare populum.

Quid
magis ri-
diculum
hac op-
nione.

Quām validum & illud, quod tibi videtur absurdum, vt petræ vocabulum, qui significabat pium, in eum aliquando competenteret, qui sit impius. Opto tibi mentem, vel tantisper sanam, dum possis perpendere eam rem quām ridicule derides. Nam quās te Lutere, petræ nomen sanctius ne censes esse quām Christi? At Christi vocabulum etiam in malū competebat, & reprobum, nisi Lutherò sit ridiculus Daud, qui de Saul dixit peccavi tangens Christum domini.

M I R O R Lutherò tibi, qui solus videri vis legisse scripturas, adeo videri noui, si quod figuratum vocabulum diuersis interdū rebus competit. Rogo te an non gygantes in scriptura sacra, velut superbi & violenti vitio dantur: & tamē Christus ipse gyas dicitur? Quid serpens, quoties in scriptura designat diabolum? An nō idem exaltatus in deserto, figurabat Christum: etiam si non nesciam cuidam & ex doctissima & sanctissima classe theologorum, videri serpentem, ibi quoque designare diabolum: quod in Christi cruce sublatus, affixus & mortuus venenum & nocendi vires amiserit. Sed mihi fortius est, quod ad se figurā Christus traxit ipse, quū dixit: Sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, sic exaltari oportet filium hominis. Iam illud opinor non est ambiguum, leonis vocabulum non semel in scripturis inditum esse diabolo: & tamen nihil minus de Christo dicitur. Vicit leo de tribu Iuda. Electus & Apostolus an non sancta sunt nomina: & tamen vtrunq; competebat in frātrē tuum Iudam, etiam tum cum in eū competebat nomen diaboli: vt videoas quām argutias, qui disputes absurdū esse, vt aliquid petra dicatur nisi sanctū: quum videoas Christum dici, qui non sit sanctus, & Apostolum dici, qui sit diabolus: & idem vocabulum & Deo datum & dæmoni: & eiusdem animalis figura sit designatus & Seruator & Sathanas. I nunc Lutherò, & gloriare cum tuis: quod de primatu Pontificis, Ambrosio Catharino fortiter & festiue respondeas.

Nūquid
Lutere
& Chri-
stus ipse
hic errat.

M I H I Lector non erat propositum hoc in loco, de pontificis quicq; potestate tangere: nec tam hoc illexit me libido docendi, qua similis semper sit Lutherus sui: quām pertraxit inuitum confusane viri tractatio, qua sic intricauit Ecclesiæ questionem, cum questione pontificis, vt ei respondere de altero non potuerim, nisi aliquid de vtroq; attingerē. At de Ecclesia, quæ nam sit hic in terris, quum vel maximè res tractari postulet, non erat consiliū eorum quicq; intactum præterire, quæ Lutherum senserā, nec sine Theseo ea de re tam acutē tractasse, vt nullo vsquam loco aut sèpius glorietur aut impudentius. Nam & hoc quoq;

habet perpetuum, vt semper glorioſissime triumphet verbis, vbi re ipsa turpissime se victum videt. De Ecclesia igitur tractaturus abstinere voluisse libenter, non solum à causa pontificis, sed etiam à quo quis alio Lutheri dogmate, quatinus pateretur prælens argumentum, quo non aliud, quām eas nugas eius desumpsi refellere: quas in istū congeſit librum, quo nebulo respōdet principi. Nam scelerata eius dogma, apud èquos, ac bonos viros, fatis se refellūt ipsa, & à multis eruditissimis viris abunde confutata sunt, Appriate, Catharino, Eccio, Gaspare, Cocleo, Empsero placentino, Radino, Fabro, multisq; itidem alijs, quos partim audio, partim video, solidis & veris rationibus hominis amentiā pulcherrimè traduxisse. Cuius assertiones, ita retexuit, ac reuicit reuerendus pater Ioannes Fyscherus, Episcopus Rofensis, vir eruditioñis vbertate clarus, & vite puritate clarissimus, vt, si quid est frontis Lutherò, magno iā sit empturus, assertiones suas olim iam combustas à se. imo vel secum quoq; potius, quām cum tanta, & tam æternainfamia sua, mōstrosū fœtuni suum & spurcum Eryctomim consiperet Christianus orbis. Certè quod ad Pontificis primatum pertinet, ita rem dilucidam reddit idem reuerendus Episcopus, ex Euangelijs, & A Etis Apostolo rum, & toto corpore veteris testamēti, & omnium consensiū sanctorum patrum, non latiorum modo, sed quos maximè repugnasse iactare solet Lutherus etiam Græcorum, postrem generalis definitione concilij vičis, & vičos se fatentibus, qui pertinacissime tum reſiterant, Armeni & Græcis: vt frustra mihi facturus viderer, & rem auctā acturus, si de pontificis primatu scribere, de integrō rufus ordire. Cui sedi vt obediēter obtemperem cum illa mouēt omnia, quæ docti sanctiique in eam rem collegerunt: tum illud profecto non mouet minimè: quod toties sumus experti, non modo neminem inimicū fuisse christianę fidei, qui nō illi sedi bellū simul indixerit: sed etiam neminem vñquam extitisse qui se professus sit eius sedis inimicum, quin idem paulo post se declararit insigniter, Christiq; & religionis no Nullum stræ capitaliter hostem, & proditorē esse. Val recalcitra de me mouet & illud quod si ad istū modum hominum via imputentur officijs, non modo non consistet papatus, sed & regnum, & dictatura, & cōſulatus, & omnis omnino magistratus corruet et erit populus absque rectore, sine lege, & ordine. Quæ res, si aliquādo contingat, id quod aliquot Germaniæ locis videatur imminere, tum demum magno cum dāno sentient, quanto magis interſit mortalium, vel malos habere rectores, q; nullos. Certè quod ad Papam pertinet quid mali fuerit caruisse, nouit Deus, qui eum suę prefecit Ecclesię: nec optādum puto vt res Christiana periculo perdiat. Quanto magis optādum, vt tales Deus faciat esse Pontifices, quales ē re Christiana, & Apoſto-

Taliſ po- Apostolici muneris dignitate fuerit, vt ſua
tius op- ſponte contemptis diuitijs & terrenis honori-
tandus toti celum ſpirent, pietate in populo pro-
pontifex moueant, pacem procurent, & autoritatem,
qui pon- quam acceperūt à Deo, aduersus mundi ſatras
tificium & robustos venatores exercéat, diris om-
eiciēdū. nibus perſequentes & tradentes Sathanæ: ſi
qui aut alienam ditionem inuadat, aut malè
tractet ſuam, breui ſentiret Christianus orbis,
ab vno aut altero tali Pontifice, quanto fuerit
ſatiuſ emendari Papas, quām auferri. Nec du-
biuſ eſt, quin iam olim paſtorē ſui gregis reſ-
pexiſſet Christus: ſi Christianus populus ſalu-
tem patris potius preſcarī, q̄ perlequi, & nudia-
tatem patris tegeſe, quām pudenda rideſe ma-
luifet. Sed non deſeret Luthere viariū ſuum
Deus. Reſpicet aliquādo, & nunc fortaffe reſ-
picit, quum patrem, dolore quē patitur à per-
ditissimo filio, flagellat. Nam plane, te Luthere
puto flagellum Dei eſſe, magno ſediſ illius bo-
no, magno cum malo tuo. Faſicit enim Deus,
quod pia mater ſolet: quae quum verberarit fi-
lium, lacrymas eius abſtergit, & quo puerum
plaſet, perofa virgā, protinus in ignem abijcit.
Sed omiſſo papatu, quem niſi Lutheruſ im-
miſcuifet Eccleſiæ, non fuerā hoc loco tactu-
ruſ, veniamuſ nunc ad Lutheri machinam il-
lam totam qua ſe gloriatur Eccleſiam Christi
funditus euertiſſe & qua Catharinuſ iactat
impietatiſ, & hæreſeos demonstratiue con-
uictuſ: ſed eo in loco videbiſ Lutheruſ lector,
qui multis in locis alijs impiuſ ſeſe demonſtra-
uit, ac ſtolidum, ſedulo nauaffe operam, ne id
uſquam alias videretur demonſtrare mani-
fetiſſuſ. Itaque hunc in modum ſcribit.

Verba
Lutheri.

CHRISTVS, quod Catharinuſ fatetur, Pri-
mo de petra & Eccleſia, Secundo fatebitur, quod
Christuſ promittat portas inferi non præualituras
aduersuſ eam. Clara ne ſunt hec Catharinæ? Non
enim beſtia, ſed Christuſ ea dicit. Stet ergo, portas
inferi non præualere aduersuſ, neq; petram neq; ec-
cleſiam. Portæ autem inferi tunc præualent: quando
in peccatum perpellunt. Aut dic tu quid ſit portas
inferi præualere aliud. Sicut ecōtra. Aedificari ſuper
petram, eſt in gratia & bonis operibus crescere, vt
dicere poſſis, hoc eſſe portas ſion præualere. Sic. i. Pet.
2. dicit. Vos tanquā lapides viui ſuper aedificamini
domus ſpiritualis. Et Ephe. 2. In quo & vos coadi-
camini, in habitaculum Dei in ſpiritu sancto. Et ne
mibi elaboraſ. Eſto, fidem informem habeat Papa,
vel petra tua, vel Eccleſia tua: nihilominus, ſi in
charitate non fuerit: ſub potestate diaboli, & portis
inferi fuerit, Quia Ro. 8. dicit. Qui ſpiritu Chriſti
non habet, hic non eſt eius. Et Matth. 7. Qui fide
informi fuerant, & miracula fecerant, & recte do-
cuerant audiunt ſibi dici: Diſcedite à me onnes ope-
rari iniquitatis. Obſecro te Catharinæ homo Itale,
Thomista, digneris hic, beſtia paruſ per audire. Con-
cedere cogo te per hac dicta, eum quā ſine charitate

eſt ſub diabolo eſſe, & ad Christum non pertinere, ac
per hec portas inferi in eum præualuisse & domina-
ri, tanquam in ſeruum peccati. Sicut Christuſ dicit
Ioannis 8. Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati.
Sunt ne etiā hec ſati clara? An hic Origine, Chry-
ſoftomo, aut etiam toto patrum catalogo opus eſt?
Ultimo id quoque concedis, papam, quem tu petram
vocas, & aedificatos ſuper hanc petram, & ſubiectos
viſibili administratione eccleſiam appellas, aliquan-
do peccare & peccafe. Nonne concedis? Imo ſi ve-
rū fateri voles, nō eſt ſceleratior gens in terra, quām
ea, que pape hodie pertinacissime adheret: & qui
maxime ſuper eum ſunt aedificati: ac per hoc por-
tas inferi ſubiecti, & omnium ſcelerum ſeru. Reſ-
ponde nunc. Vbi eſt tua verboſiſima farrago to-
tius huic diſputationis? da Eccleſiam illam, da pe-
tram, in quam non præualent porte inferi. Quin
das? Audin Catharine? Non papam dabis, ſcio,
neque papistas. Quam ergo dabis? Nullam exte-
nam Eccleſiam, nedum Romanam. Quia hanc fo-
lam dabis, ſi Christum audis, que ſine peccato eſt,
domina ſcilect portarum inferi. Quamcūque enim
dederis, incertum eſt, an ſit in peccato & ſub por-
tas inferi. Si Romanam dederis, ipsamet teſtabitur ſe
eſſe ſcelerum lernam. Concludo ergo aduersuſ te,
demonstratiue conuictum, verbum Chriſti Matthai 16. ad nullam personam pertinere, ſed ad ſo-
lam Eccleſiam in ſpiritu aedificatam ſuper petram
Christum: nō ſuper papam, nec ſuper Romanam Ec-
cleſiam. Quām cito enim non dederis papam ſar-

Quā sit
ētum, tam cito non dediſi petram neque Eccleſiam, petra Lu-
ſed ſentinam peccati, & Sathanæ synagogam. Cum theri ſen-
autem etiam sanctus Petrus ſi praefens eſſet, non
poſſit ſciri an sanctus eſſet, & permaneret ſine pec-
cato, ideo neceſſe eſt, nec iſum eſſe petram, ſed ſo-
lum Christum, quem ſolum ſine peccato eſſe & per-
manere certiſſimum eſt, & cum eo Eccleſiam
ſuam ſanctam in ſpiritu. Reuertamur ad condi-
tio-
niſ paſtu. Vno ego te Catharine hoc errore compre-
hendi, & indiſſolubili vinculo conſtrinxī, quare te
licet, in
hereticum proclamo conuictum, & cum tanto li-
bro condennatum & maledictum. Habeſ quod hic
mutiaſ Catharine? Surge homo Thomiſta, & cōte-
re beſtiam hanc maledictam: que iam ſubito ad papam in
vniuersa tua portet, nō ſolū reſpondit, ſed etiā ea ad
nihil rediget. Igitur ſicut petra iſta, ſine peccato in-
uiſibilis et ſpiritualis eſt, ſola ſide perceptibilis: ita ne
ceſſe eſt Eccleſia ſine peccato inuiſibile & ſpiritualē,
ſola ſide perceptibile eſſe. Oportet enim fundamētum
eſſe cum aedificio eiūdem conditionis, ſicut dicimus.
Credo Eccleſiā ſanctam catholicā, at ſides eſt rerum
non apparentium. Quare hoc verbū Matthaei, Tu es
Petrus, per diſ dia paſon à papatu, & viſibili Eccleſia
eius diſtat, imo eam funditus ſubuerit, & ſyna-
gogam Sathanæ facit. Ulterius ſi per petrā papam, &
per Eccleſiā aedificatā, intelligeretur obediens papā

THOMAS MORVS

congregatio sequitur Papam non esse Papam, nec Ecclesiam esse Ecclesiam. Quod euidenter probo sic. Quia petra & ecclesia sine peccatis esse debent, non subiecte portis inferi. At cum nullus in mundo posset esse talis certo, & infallibiliter, & tamen certa debet esse petra, certaque ecclesia: sequitur nullum esse Papam, nec Ecclesiam. Cum ergo hec Christi auctoritas repugnet Papae & Ecclesia papistica: manifeste patet, Catharini, & sui Thomae, & omnium, quos inducit, opinionem esse extreemam hereticam.

Ergo Christus nusquam adiutoriū promisit. Diuū Thomā hereticū Lutherū.

Quia hereticus est: qui scripturas sanctas alio sensu, quam spiritus flagitat, exponit, at Catharinus non modo id facit, cum Thoma suo heretico, sed etiam blasphemum sensum eis tribuit appellans petram hominem peccati, diaboli serum.

EN lector vere maledictam bestiam: de qua dicitur Apocalypses xij. Quis similis bestiae, & quis poterit pugnare cū ea? Et datum est ei os loquens magna, & blasphemias. Et aperuit os suum in blasphemias ad Dēū blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in cœlo habitat. Sed veniet tempus quum bestia mittetur in stagnum ignis ardentes, & sulphuris. Interea bene habet, quod prouidit Deus, vt hæc tam iniuncta & maledicta bestia, semper pugnaret secum. Nam quæ fateatur ecclesiam esse certam, sic tamen tractat, vt reddat incertissimam: & quæ non cōtēta est humano more sentire, dum secessat & ostentat abstrusam quandam, ac reconditam sapientiam:

Quo Lutherus re-digat Ecclesiam. crassam istam, & vulgo notam Ecclesiam traducit ad iniuisibilem, ab externa ad internam, ab interna prorsus deducit ad nullam: id quod statim videbis manifestū. Sed primum Luthe-re, vt tecum ad initium redeam, ex quo præclaros istos syllogismos deducis, quum Christus promittit portas inferi non præualituras aduersus ecclesiam, quid si quis neget hoc eum promittere, quod tu tibi velut manifestum sumis, nempe diabolum non futurum tam potentem, vt Ecclesiā perpellere possit in peccatu? Sed dicamus proba nobis istud Luthe-re: quid aliud respondebis, q̄d ut vicissim quæras à nobis quid significare possit aliud? Nā si aliud significare potest, interea nihil dixisti: quoad ratione aut scripturis ostēderis interpretationem tuā esse veriorem. Dico igitur primū, portas inferi non significare diabolum: neq; enim idem esse portas domus, quod dominū: & portas inferi, quod dæmonem. Aliud igitur quippiam hoc figurato sermone sensisse Christū: & licet hoc verum sit, quod neque aduersus Petrum fidem, neq; Petro datā soluendi ligandique perpetua successione propagatam potestatem diabolus præualebit: atque id Christus alibi sit nō vno loco pollitus, tamen hoc in loco vbi non Sathan nominat, non inferos, sed portas inferi: nō tam probabile sit eum dixisse de diabolo, quam de quopiā alio aduersus Ecclesiam suam, non præualituro: neq; enim dæmonem

magis dixerim inferi portas esse, quam viam. Quod si quæras, quid aliud esse posse inferi porta, q̄d Sathan duas tibi nō ex cōmento meo, sed ex veterum interpretatione de promā. Alteram portam esse dicō, te tuiq; similes, si quis vnquā similis tui fuit, hereticos & Antichristos, qui inter triticum vñanimis & concordis fidei, non desinunt seminare zizania sectarum & schismatū: nec solum diuidere student inconsitilem Christi tunicam: sed & nomen eius fidemq; subdole per cuniculos euertere. Nam & per hereticos, miseri quos decipitis, velut per apertas & patulas inferorum portas ingrediuntur ad inferos. Sed tamen stabit verbum Christi. Quātumuis impugnetis Ecclesiam, non præualebitis aduersus eam. Restabit fremētibus & frendentibus vobis Ecclesia Christi.

V I D E S hic bone vir, præclaram istam demonstrationem tuam, nihil demonstrare, nisi demonstres prius in isto loco, Christū per inferi portas designasse diabolum: quas veteres interpretati sunt illos corporales ecclesiæ persecutores tyrannos: & vos spirituales impugnatores hereticos. Sed nunc vt demus tibi, portas inferi significare diabolum, adhuc licet negare id quod ais portas inferi præualere, eo in loco pertinere quicq; ad peccatum: sed id promisisse Christū, nullas diaboli machinas satis valentes fore, vt fidē ecclesiæ, cui Petrum præficeret, extinguerent: aut ipsius autoritatem ac potestatē ligandi soluendiq; possent infringere, sicut adhuc vsu venisse videmus. Atq; istud quū verius vero sit: tamē vt multis modis videoas, quā nihil omnino dicas, quū tibi videris dixisse bellissime, demus adhuc tibi, si voles, nō solū porta inferi significare diabolū, sed eam rem, ad peccatum totam pertinere: negabo tamen etiam sic, in illo Christi verbo, hoc esse præualere, quod tu interpretaris: videlicet vt præualere sit, in peccatum quomodoq; perpellere. Neq; enim præualuit inferi porta contra quēlibet, quem diabolus deiecit: sed aduersus eum duntaxat præualeat: qui tandem sic deiecit, vt non resurgat in pugnam. Nā nec in duello vietus dicitur qui prostratus in terram rebellat tamen: & in pugnā conatur assurgere. Quid, quod hoc ipsum videtur portæ nomen ostendere: nisi quis ociose positam putet. Nam quum portæ sit officiū duplex: vt vel intrare conantes excludat, vel inclusos coercet, & non patiatur exire, nec inferi portæ quenquā excludant, (nam volentibus intrare noctes atq; dies patet atrii ianua ditis, Sed reuocare gradum, superasque euadere ad auras, hoc opus, hic labor est) patet profecto quod non aduersus quemlibet quem dæmon pellexit, præualeat portæ inferi: sed duntaxat aduersus eum, quem sic tenet inclusum, vt nūquam possit erupere. Nā qui se proripuit foras, præualuit

valuuit aduersus portas. Itaque non præualere portas inferi aduersus quilibet, quæ adjicit in peccatum, vel illud indicat, quod septies in die cadit etiā iustus. Manifestū est igitur aduersus nullū præualere portas inferi, præterq; aduersus eū, quæ sic incluserint, vt nunq; posit exire: quod, quum nemini contingat in hac vita, patet illud Christi verbum non obſtare: quo minus & peccatores in hac vita possint esse de ecclesia. En bone vir præclaram demonstrationem tuam. Cuius nulla pars quicquam demonstrat aliud, quām stolidam & scurrilem impietatem tuam.

N A M, & ostendi nunc istorum verborum interpretationem, veterum sanctorū sententijs & scripturis ipsis consentaneam: quæ plane refellit & cōfutat tuam. Nunc illud ad-dam: quod si faterentur etiam quicunq; legere: vñquam sacras literas, non satis intelligere se quid sibi voluerit Christus in eo, quod dixit inferi portas aduersus ecclesiā suā nō præualituras: nemo tamen poslit nescire sensum quem affers ipse falsoſimum esse, & doctrinæ Christi repugnantissimum.

Q VÆSO te candide lector, istud considera (vt ab ifto nebulone reuertar ad te) quod Lutherus non hoc solum dicit, nemine esse de ecclesia, quamdiu est in peccato: qui si tantum istud diceret, & falsum diceret, & impium, sed multo dicit impudentius & magis impie: quod qui est de ecclesia nō peccat, imo nec peccare potest. Ait enim portas inferi nō præualituras, idem esse quod in peccatum nō posse perpellere: ex quo plane sequitur, quod qui semel sint de ecclesia, nunquam possint in peccatum perPELLI: & qui in peccatum perpulsi sunt, eos nunquam fuisse de ecclesia. Et, ne quid dubites, eum istud plane sentire, nō aliud omnino dicunt celebres ille collectiones: qui buss hoc pacto lutulente syllogizat suis.

Verba Lutheri. Nullus cedens portis inferi, est ecclesia supra petram adificata: sed secta paparum, cedit portis inferi: ergo secta paparum non est ecclesia.

C E D E R E portis inferi, nihil appellat aliud: quam peccare: quod alio declarat syllogismo sic:

Verba Lutheri. Omnis ecclesia peccans cedit portis inferi, sed ecclesia papistarum peccat, ergo ecclesia papistarum cedit portis inferi.

V I D E S hic lector, eum manifeste dicere quod ecclesia quæ peccat nō est ecclesia Christi: neque de peccato quicquā distinguit: sed ponit ſimpliciſſime, aduersus eum præualere portas inferi, quem in quodcunq; peccatum perpulerint: quod quum dicat, manifeste ponit, omne peccatum esse mortale: & eos qui ſunt de ecclesia, in nullum omnino peccatum poſſe perPELLI: & qui perpelluntur, de ecclesia nō fuiffe etiam a ntequam perpellerentur, de qua

eius ſententia, ſi quis adhuc dubitet, expendat & iſtud quod ait.

Quam cito enim non dederis papam sanctum, tam cito non dedisti petram, neque ecclesiam, sed sentinam peccati & Sathanæ synagogam.

Verba Lutheri.

E N interim ſeueritatem censoris huius: apud quem non ſatis eſt, aliquē mediocribus eſte virtutibus, ſed aut omnino ſanctum, aut omnino Sathanā. Quales hic ſyllogiſmos offert occaſionem hoc in loco colligendi de ſe, quem, quum non admodum fit difficile probare, non eſte ſanctum, ipfe iam abſoluit, & conculſiſ reliquum, peccati ſe ſentinam eſte, & ſedem Sathanæ. Sed relinquamus eius ſanctitatem in ſentina Sathanæ, tu lector expende quod ſequitur.

Etiam sanctus Petrus ſi praesens eſſet, quia non poſſet ſcribi, an sanctus eſſet, & permaneret ſine peccato, ideo neceſſe eſt, nec ipſum eſſe petram.

Verba Lutheri.

Q V O D de petra dicit Lutherus, idem dicit & de ecclesia: nam eiusdem ait conditio-nis eſte oportere petram, & ecclesiam, funda-mentum & ædificium.

Sicut petra iſta nempe Christus ſine peccato eſt, & ita neceſſe eſt & ecclesiam ſine peccato eſſe, oportet enim fundamentum eſſe cum edificio eiusdem conditionis.

Et alibi.

Neceſſe eſt ſolum Christum eſſe petram, quæ ſolum ſine peccato eſſe & permanere certiſſimum eſt, & cum eo ecclesiam ſuam ſanctam in ſpiritu.

Verba Lutheri.

Q V I D illam, nempe eſſe & permanere ſanctam certiſſimum eſt, que eſt eiusdem cōditionis cum ſua petra: & ideo certū eſſe con-tendit, illam & eſſe ſancta & permanere, quæ-cunque ſit illa: ſed non eſſe certum de vlo-homine vtrum ſit de illa. Et ideo manifeſte vides ex his locis, & ex eo quod ait, eos qui de Ecclesia ſunt, non poſſe perPELLI in peccatum Lutherum aperte ponere nō aliter eſſe chriſtianos de ecclesia, quā ſi nō ſolū ſancti ſint, ve-rum etiam ſancti permansuri ſint: nam alioqui ne interea quidem dum ſancti ſint eſſe ec-clesia. Nam ſi sanctus Petrus adhuc viueret, in-certum eſſet an eſſet petra, non tantum quia incertum eſſet, an sanctus eſſet, ſed etiam quia incertum eſſet an ſanctus permansurus eſſet.

Q VÆSO te lector, quū iſtud dicit, quā ecclesia relinquit in terris? An nō omnē tollit funditus, & externā & internā, viſibilem & inuiſibilem, ſpiritualē & carnalē? Nam quis eſt vſquam qui non peccat? quis tā ſpiritualis eſt, vt in eo nihil delinquat infirmitas carnis? quis tantum habet diuini ſpiritus, vt eum nunquā quoquam perpellat diabolus? An non omnes peccauimus, & egemus gratia Dei? An non ſi dixerimus quod peccatum non habemus ve-ritas in nobis nō eſt? Iam iſtud miro, quo fu-M iiiij git in-

T H O M A S M O R V S

git interim celebre illud dogma Lutheri, quod iustus etiam beneficiendo peccat. Nisi hoc verum est, & illud item, quod tam diu tāto conatu defendit: Omne opus bonum peccatū esse: sequitur certe, vt aut nulla sit omnino ecclesia in terris, aut vñjadeo falso esse, quod dicit, eam non peccare: vt contra sit necessarium, eā & peccare totam, & peccare perpetuo. Nam cum alio dogmate tollat actus omnes indifferentes: quicquid faciat quisquis est de Ecclesia, bonum opus faciat oportet aut malum. In opere malo quin peccet non est dubium: quod si peccat etiam in omni opere bono, quis non videt consequi necessario, neminem esse in ecclesia qui non peccet perpetuo? tantum abesse vt qui sint ecclesia non cedant portis inferi, si portis inferi cedere sit, id quod dicit iste, nihil aliud quam quomodocunq; peccare. Sic enim nemo non cedit.

S E D propemodum diuino quid velit. Vult opinor omnino omne opus bonum peccatum esse: quia potest esse occasio superbiae: & contra omne opus malum virtutem esse, quia sit occasio humilitatis: & quum quocunque malum fiat à fidelibus, fidelibus, inquam fide non informi sicut est papistica, sed fide formata secundum formam quam docet Lutherus, hoc est fidendo firmiter, quod nullum peccatum potest damnare christianum prēter incredulitatem solam, tunc illud malum qualemque sit, si stet aut redeat fides, absorbetur in fide sine satisfactiōne, sine contritione, sine confessione, nisi si quis (vt ait ille) consolationis causa confiteri velit mulieribus. Nam & has etiam sacerdotes nobis consecrat Lutherus. Luthero igitur omnia bona opera sunt peccata: & tamen Ecclesiae sue nulla sunt peccata. nā nō solū nō imputatur, sed etiā donātū premio. Nā iūstis omnia cooperatur in bonū: & ideo papistarū bona opera, vigilię, eleemosynę, orationes, castitas, ieiunia atque id genus alia nihil aliud sunt, quam mera peccata propter infirmam fidem, qua nō confidunt solā fidē sine bonis operib; sufficere, sed Lutheristarū opera mala, ebrietas, adulteriū, rapina, blasphemia, & deniq; totus huiuscmodi malorum catalogus propter eorum fidem firmam, qua confidunt firmiter solam fidem sufficere, & bonis operib; nihil opus esse, nihil sunt aliud, quā virtutes meræ. Nihil igitur opus est ecclesiæ Lutheranæ, vt pro peccatis suis precentur: non enim peccant. Sed ecclesia Christi, quam Lutherus disputat peccare non posse, docetur ab ipso Christo peccata sua precibus expianda, clamatque quotidie, dimitte nobis debita nostra.

I A M si Lutherus diceret, ex hac promiscua multitudine christianorum, qui subinde peccant, & subinde à peccato resurgunt, eos dūtaxat esse ecclesiam, nō qui nūq; peccat (nā

tales nulli sunt) sed qui sunt extra peccatū, etiā si & peccarint sāpe & sāpe peccaturisint, & eosdē homines in hac vita, mutatione crebra, nūc esse de Ecclesia, nūc de Ecclesia non esse, suo peccato etiā quātulocunq; deiecli, quanq; nulla humana denūtiatione depellātur, adhuc absurdē diceret. Nam nos quū quārimus, quā sit illa Ecclesia, cuius autoritate fatetur Lutherus cōmēdatam nobis esse scripturam sacrā, adūtaxat illos dicet, qui sunt extra peccatū? Nā his, qui in peccato sunt, nihil esse credēdū: tantisper enim, non esse de Ecclesia. Hac ratione, eidem homini eadem de re crederemus hodie, eras nō crederemus, crederemus in aurora, nō crederemus vesperi. Imō adeō nemini crederemus omnino: neq; enim scire possemus de alijs, quis esset in peccato, quis extra, quum nemo de seipso satis sciat. vtrum sit odio dignus, an amore. Lutherus inuehitur in episcopos: quod tā cito Christianos excōmunicēt, quum ipse neminē nō excōmunicet citius, siquidem extra Ecclesiā illico ejiciat quēlibet, qui quo modo peccarit. Qua in re, quis nō miretur Lutheri sententiā, quum Lutheri fratrē videat Iudam traditorem, etiam post conceptum, & perpetratū scelus, adhuc fuisse tamen de Ecclesia, neq; quoad vixit, ex apostolatu depulsum: quanq; ipsius Christi voce diceretur esse diabolus. At Lutherus, vir equissimus, nō modo fratrē suum Iudā ab Ecclesia depellit post peccatū, sed nec ipsum, nec sanctum Petrum admittit in Ecclesiā, etiam antequā peccaret. Nam si ante fuissent de ecclesia, portæ inferi nō potuissent eos. vt disputat, in peccatū perpellere. Ergo si verum Lutherus dicit, ne tum quidem Petrus erat in Ecclesia, quum ei dixit Christus, beatus es Simō Bar-Iona, & tu es Petrus, & super hanc petrā ædificabo Ecclesiam meam. Nam postea aduersus eum præalue-rūt portæ inferi, si præualere est, quod Lutherus ait, in peccatū perpellere. Nam paulo post, Christo consuluit ne pateretur, & audiuit ab illo. Vade retro me Sathanā. Post & ter abnegauit dominum. Quare, si præualent portæ inferi aduersus omnes, qui peccant, nemo vero nō peccat maximē, si verum sit dogma Lutheri, perspicuum est in terris Ecclesiam omnino nullam esse.

S E D operæprecium est videre: quam si bi tenuiter obijciat, quid sequeretur absurdī, si Ecclesia nihil esset nisi quiddam spirituale, nec sciri posset vbi esset, quanto magis tenuiter illud soluat, quod sibi obijcit ipse.

Dices autem, Si Ecclesia tota est in spiritu, & res Verba omnino spiritualis. Nemo ergo nosse poterit, vbi Lutheri sit villa eius pars in toto orbe: quod vebementer absurdum est. Nam ideo papam afferimus, vt certo loco Ecclesiam inueniri liceat. Alioquin, quid docet Christus oues pascere, & Paulus Ecclesiā regere, & Petrus gregē Christi pascere: si nūq; in orbis certis poterunt locis inueniri habitātes, corporaliter fideles?

Quis

Quis enim spiritibus predicit, aut quis spiritus vobis prædicat. Corpus ergo & locum necessario habebit ecclesia, deinde inter corpora & loca, aliquem primum locum & primum corpus.

A V D I S T I lector, quām tenuiter obijciat sibi: quasi ideo tantum cognosci deberet Ecclesia, vt sciri posset, cui cōgregationi prædicetur euangelium: quum contra multo magis cognoscenda sit ecclesia, vt sciri possit, à quo prædicetur euangelium: vt si aliud prædicet, authoritas ecclesiæ certum faciat auditorem de vero euāgelistā, & reieciat falsū, sicut eius authoritas, etiam fatente Lutherō, certū facit lectorē, quæ sint veræ scripturæ sacre. Nā, quod ille sibi tanquā ex nobis obijcit, ideo ecclesiam cognosci debere, quo in loco possit reperiri, vt certa sit congregatio Christi, cui prædicari debeat euangelium: istud nescio quis ei fuisset obiecturus nisi ipse: quum nemo tam stolidus sit præter eū: quin intelligat verbum Dei prædicandum esse, etiam extra ecclesiam Christi, & benefacturū, si quis illud prædicet infidelibus. Alioqui male fecissent apostoli, qui fidem sua prædicatione propagarunt apud gentes. Sed istud ipsum, quum tā tenuiter obijciat, audi quanto adhuc magis tenuiter soluat.

Verba Lutheri. *Respondeo. Quanquam ecclesia in carne viuat: tamen non secundum carnem viuit, vt Paulus dicit Gal. i. & Corint. i. Ita in loco, rebus operibusq; mundi versatur: sed non secundum hac estimatur. Christus enim omnem locum tollit, dum dicit. Regnum Dei non venit cum observatione, neque dicent hic aut hic est. Et ecce regnū Dei intra nos est. Paulus omne corpus tollit, dum dicit. Non est personarū acceptio apud Deum. Sicut enim ecclesia, sine esca & potu non est in hac vita, & tamen regnum Dei non est esca & potus secundum Paulum: ita sine loco & corpore, nō est ecclesia: & tamē corpus & locus, non sunt ecclesia neq; ad eam pertinent. Sicut ergo non est necesse, certū panē, certū potū, certam vestem esse ecclesia, & fidelibus omnibus, licet sine pane, sine potu, sine ueste non queant vivere in hoc seculo. Sed omnia sunt libera, & indifferentia: ita non est necesse, certum locū, certamq; personam habere, licet sine loco persona ē, esse non queat. Sed omnia sunt indifferentia & libera, omnis locus christiano quadrat, & nullus locus christiano necessarius est, omnis persona pascere eum potest, & nulla certa persona necessaria est qua pascat, libertas enim spiritus hic regnat, qua facit omnia indifferentia, nulla necessaria quecunque corporalia & terrena sunt. Et quid hoc mirum? cum ad hoc ut sis, homo corporaliter nullo loco certo, nulla certa persona indiges, sed omnibus locis, omnibus personis homo esse potes. Immo que res mundi necessario alij adharet & alligatur: ac non potius libere,*

& indifferenter, se quelibet ad quamlibet habetur, vt libertate spiritus plena appareat tota creatura, sicut canimus, Pleni sunt cœli & terra gloria tua. *Quis ergo furor papistarum imp̄issimorū, vt ecclesiam Dei, que omnium maxime libera est, loco suo & persone sue certis & necessarijs alliget, vt christianum esse negent: qui non hunc papam etiam impium, hoc loco habitaniem adorarit. Nec iuuet quēquam, si quemlibet pastorem indifferenter, quolibet loco habuerit. Hæc est illa abominationis in loco sancto & operatio erroris. Sed de hoc alias.*

Q V A E S O te lector quid vnquam audisti tale. Nam vt omittam scripturas, tam absurdē citatas, vt nihil allegari possit absurdius: nonne sic tractat hunc locum, quasi nos exigē remus, vt sic a signetur ecclesiæ certus locus, vt alio in loco ecclesia esse non possit? At quēfo te, quis vnquam sensit sic certum esse débere, quo in loco reperiatur ecclesia, vt idē senserit aliquem esse locum, in quo ecclesia non possit coalescere? quum contra potius credamus aliquando fore, vt nullus in orbe locus sit in quo ecclesia Christi non sit futura, quū tēpus venerit, in quo fiet vnū ouile, & vnus pastor. Deinde ita rem tractat pontificiam, tanquam hij, qui Papæ primatum asserunt, sic illud sentiant, quod sit ecclesiæ caput, tanquam Romanus, non tanquam successor Petri, quū nemo nesciat, eam sedem sedem alias fuisse alibi. Et quanquam urbem Romanam, velut locum, totius orbis celeberrimum videtur delegisse Deus, nemo tamen ex his, qui sedis eius primatum asserunt, habet pro dubio, quin, quocunque transferatur Petri sedes, eodē etiā Petri transferatur authoritas. At, nec istud quisquam dubitat, etiam si verum est, nullum esse locum in toto orbe terrarum, in quo non possit esse congregatio fidelium, tamen oportere necessario aliquem esse locum, in quo ecclesia certa sit cognoscibilis, & indubia. Alioqui fore, vt neque certum cuiquā sit, quæ sint veræ scripturæ, neq; scire possit, quō pedē tēdat: qui adhuc infidelis, fide cupiat imbui, & dogmata christiana perdiscere.

S E D iam opere pretium fiterit, scriptura loca petpendere, quæ supra citauit pro se, tanquam ex his manifeste probaturus, ecclesiam in terra militantem, non esse cognitam, istam crassam & sensibilem: sed aliam christianorum multitudinem quandam, nescio quam insensibilem & mathematicam, Platonis id eis cognitam, quæ, & in loco sit, & in nullo loco sit, in carne sit, & extra carnem sit, quæ tota sit obuoluta peccatis, & tamen omnino non peccet. Nam hic vtrunque pariter ponit: quū omne bonum opus asserit esse peccatum, & ecclesiam facit homines, qui non peccant. Sed iam scripturas eius expendamus.

Paulus, inquit, Galat. i. & Corinth. i. dicit, Verba quod quamvis ecclesia in carne viuit, tamen non secundum carnem viuit.

THOMAS MORVS

R O G O te Luthere, an tu aliquādō peccare vocas, secundum carnem viuere? Certe, quisquis sapit, dixerit, secūdū carnem viuere nō & conatur illū, qui dū obliuetur carni seruire spiritui, tamen aliquando carni cedit, ac vincitur conditione fragilitatis humanæ, sed qui voluptatem quærens carni se seruum dedit, & carnis operibus dedicat vitam: hoc est Luthere secundum carnem viuere, non aliquando peccare. Quamobrem, nō secundum carnem viuit ecclesia, etiā si nemo viuat sic, quin opus habeat assidue precari, vt debita sua sibi remittantur. Et tamē sunt in Ecclesia, qui secundum carnem viuunt, non futuri, quum ecclesia viuet in cœlo, quos interim saepe monet, ac taxat apostolus apud Corinth. eiecit etiam, qui nouercam stupraverat, & recipit postea poenitentem. Et idem tamen erat de Ecclesia, post patratum facinus, quod eū eiecit apostolus.

I A M illud quam validum est, quod ait: Christus tollit omnem locum, dū dicit. Regnum Dei non venit cum observatione, neque dicent, ecce hic est, aut ecce illic est. Sæpe clamans, Catharinum loqui in equiuocis, & tamen derides distinctiones, vt tibi librū sit ludere in equiuocis. Nam quid longius abest à proposito, quām hic scripturæ textus, qui loquitur de aduentu Christi ad iudicium? quando ecclesiam toller in cœlum, quum nobis questio sit de Ecclesia, quæ iam peregrinatur in terris. Sed illud quanto adhuc citas absurdius: Regnum Dei intra vos est, quod haud dubie dictum est de quolibet bono, & sincere christiano pectori, intra quod non est opinor Ecclesia, quæ est congregatio fidelium.

S I M I L I S est vigoris & illud, quod ait: Paulus tollit omne corpus dum dicit: Non est personarum acceptio apud Deum, quasi, quoniam Deus & ex iudeis & grecis vocavit Ecclesiam ad fidem, ideo Deus nec Petri personam præposuit ecclesiæ, nec ipsius Christi, & quia non est acceptio personarum apud Deum, ideo multitudine Christianorum non est ecclesia: & quia Deus neminem accipit in cœlum acceptione persone, sed meriti, ideo nemo tenetur in terra suis obedire præpositis. Lutherus initio cum scriberet, promisit se sua probaturum, aut scripturis evidenteribus, aut evidenti ratione, aut interpretatione sanctorum patrum, aut decretis pontificum: postea eo furoris adactus est, vt interpretationem sanctorum tanquam fallacem, contemneret, naturalem rationem, tanquam fidei & religioni aduersariam, sperneret, pontificum leges & decreta, quoniam ipsius heresisibus aduersabatur, exureret, nunc, ne nihil seruare faceatur, iactat se solis credere scripturis, & tamen inspicere scripturæ textus, quos citat, & expende loca, nec dubito, quin facile sentias, eum nō magis cum pontificum decretis, quam cum ipsis pugnare scripturis, nec magis pugnare cum scripturis,

quam pugnat cum sensu communi. Nam quæ te Luthere, qualis est hæc ratio.

Si locus & persona necessaria sunt ad salutem: Verba tunc qui: eiusmodi habent & colunt, salui & sancti Lutheri sunt. Nam in his consequentia à particulari optime valet, cum posterioristicis constet propositiōnibus: cogor enim & meam dialepticam ostendare istis admirandis dialecticis. Impossibile est enim, vt qui vnum necessarium ad salutem haberet, non etiam omnia necessaria simul ad salutem habeat. Et impossibile est, vt qui vnum non habet, aliquid ad salutem necessarium habeat. Quod facillimum est inducere probare. Sed de hoc alias.

C V M tu Luthere hoc alias aliter probabis, tum nos alias aliter tibi respondebimus. Interea neminem esse puto, qui sapiat, quin te plane videat despere, nisi non satis sapiebat apostolus: nam is & fidem putabat esse necessariam ad salutem, cum dixit: sine fide impossibile est placere Deo: & tamen idem non tecum sentit, quod qui fidem haberet, quam necessariam dixit esse ad salutem, idem protinus haberet charitatem, quam vel amplius fide ad salutem sensit esse necessariam. Nam, si protinus habita fide, sensisset consequi charitatem, cur istud scripsit: si fidem habeam, adeo vt motes loco dimoueam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Sed istud videlicet erat in re, quod in eo tempore natus nondum est Lutherus, qui suam ostentaret dialepticā, & docere posset apostolum, talem consequentiā à particulari valere propterea quod propositiōnibus cōstet posterioristicis. Sed hoc alias.

Q V O N I A M igitur certum est, incertū esse, quisint boni, consequitur, vt hæc multitudo quæ facit ecclesiam catholicam, istam dicco, ex qua fides discitur, & scriptura disceretur, sit multitudine promiscua profidentium Christi nomen & fidem, etiam si professioni non respondeat vita. Iam istud lector, adeo verum est, vt nec Lutherus, qui libenter dissimulat quicquid non potest soluere, potuerit subticere. Fatetur enim, Ecclesiæ certam esse optere. Sed ne cogatur illud item fateri, quod verum est, istam multitudinem esse ecclesiam, quam nunc omnes noscimus, nomine christiani populi, qui fere omnes agnoscunt primatum pontificis, vertit omnem lapidem, & ecclesiæ spiritualis signa quædam dat, per quæ vult eam satis certam reddi: quæ signa omnia nec satis certam reddunt ecclesiam, quam præscribit ille & cōpetunt omnia in hanc ipsam, quā ille veram negat, & vocat papisticam. Ita, bis stultus est, qui nec eo peruenit, quo tantopere tendit: & in illud incidit, quod maxime conatur effugere. Ait enim hoc pacto.

Si per petram papa, & per ecclesiam edificatam verba intelligeretur obediens papæ cōgregatio sequitur papam Lutheri non esse, papam, nec ecclesiam esse ecclesiam, quod evidenter proboscis: Sine peccatis esse debent petra &c.

Quid sit
secundū
carnem
viuere.

& ecclesia, non subiecta portis inferi. At quū nullus in mundo possit esse talis certò & infallibiliter: & tamen certa debet esse petra, certaq; Ecclesia, sequitur nullum esse papam, nec ecclesiam.

VIDE S lector, ut hic fateatur, non solū petram, sed Ecclesiam quoq; certā esse opere. Sed illud obiter quæso te perpende diligēter. An nō hic manifeste colligit illud, quod si tam euidenter verum esset, quām euidenter falso est, non modo Ecclesiam istam quam impugnare nititur, sed quantum ad terram attinget, omnem omnino tolleret. Nam pone Lutheru, quameunq; velis, & eam, vnicā ratione tua, bis probō nullam esse. Quod vt tuis verbis vtar, euidēter probō sic. Ecclesia sine peccatis esse debet, non subiecta portis inferi. At quum nullus in mundo possit esse talis, certò & ineffabiliter, & tamen certa debet esse ecclesia, sequitur igitur nullam esse Ecclesiam.

VIDE S Lutheru, quod hoc præclarum argumentum tuum, non magis aduersarium tuum petit, quām te, imo illum nihil petit, te vero perfodit penitus. Nam nos in tuto sumus vt qui negemus id necessarium esse, vt ecclesia dum in terra militat, sit absq; peccato: sed tu qui sentis id oportere, & tamen fateris neminem esse sine peccato, & prædicas etiam bona opera esse peccata, & iustum benefaciendo peccare, tu inquam, etiam si non oporteret ecclesiam esse certam, tamen aperte reuinceris, omnem ē terris ecclesiam sustulisse: quod rursus, vt verbis tuis vtar, euidēter probō sic. Ecclesia debet esse sine peccato, sed nemo est si ne peccato, ergo nulla est Ecclesia. Extrica te Luthere ex hac trīca, qua tua te stoliditas intricauit. Sed istud obiter: quum propositū mihi non aliud fuerit, quām vt ostenderem etiā Lutherū fateri ecclesiā debere esse certā. Igitur ad id reuertor, vt ostendam, per quę signa Lutherus conetur efficere, vt certa videatur ecclesia illa interna spiritualis, & occulta, quam solam definit ecclesiam. Scribit enim hunc in modum.

Verba
Lutheri. Quo ergo signo agnoscam ecclesiā? oportet enim aliquid sensibile signū dari, quo cōgregemur in unum ad audiendum verbum Dei. Respondeo. Signum necessarium est, quod & habemus Baptisma, scilicet, panem, & omnium potissimum euangelium. Tria hac christianorum symbola, tessera, & characteres. Vbi enim baptisma, & panem, & Euangelium esse videris, quocunque loco, quibuscunque personis, ibi ecclesiā esse non dubites. In his enim signis, vult nos Christus concordare, vt Ephe. 4. dicit. Vna fides, vnum baptisma, unus dominus. Vbi idem euangelium est, ibi eadem fides, spes, eadem charitas, idem spiritus est, & reuera omnia eadem. Hac est unitas spiritus, non loci, non persona, non rerum, non corporū, de qua seruanda, Paulus nos præcepit esse sollicitos.

Iibi vero euangelium non esse videris (sicut in fynagoga papistarum, & Thomistarum videmus) ibi non dubites ecclesiā non esse, etiam si baptisem & vescantur de altari, nisi parvulos, & simplices exceperis: sed Babylonem ibi esse scias, plenam lamij pilosis, Vlulis, onocrotalis, alijsq; monstros, id est magistris nostris eximijs resertam. Euangeliū enim præ pane & baptismo, vnicum certissimum, & nobilissimum Ecclesiæ symbolum est, cum per solum Euangelium concipiatur, formetur, alatur, generetur, educetur, pascatur, vestiatur, ornetur, roboretur, armetur, seruetur, breueretur, tota vita & substantia ecclesiæ, est in verbo Dei: sicut Christus dicit. In omni verbo quod procedit de ore Dei viuit homo. Non de euangelio scripto, sed vocali loquor. Nec de qualis cōcio- ne, qua in templis de suggestu declamat, sed de germano & genuino verbo quod fidem Christi veram, non informem, & Thomisticam doceat: quod per papam & papistas extinctum, & suffocatum, per orbem totum conticuit. Ideo enim, Christus nihil tant a instantia exegit ab Apostolis, quā vt euāgelizarent. Sic & Petro in persona omnium paſtorū exegit, vt pasceret oves, id est, Euangelium doceret viva voce. Quod verbum Catharinus, vere Catharinaliter exponit, non de euangelio, iterum faciens ē simplici sensu verborum Christi, quotuplicem visum ei fuerit, quia sciebat euangelizandi significacionem, quæ sola in eo verbo est, non posse conuenire tot occupationibus mundi oppresso pontifici, ideo singenda fuit alia significatio de regimine dominante, sicut 2. Pet. 11. Pradixit, & factis verbis, in auaritia de vobis negotiabantur, de qua re nunc supersedeo, abunde alias tractata.

QVID ais lector, an non pulchre se nū expediuit dominus doct̄or? An nō ecclesiā suam, dilucide certam reddit̄? Ponit Ecclesiā ex solis bonis constare, eam congregatiōne ait esse certā his trib⁹ signis, baptismo, pane & Euāgeliō: sed nō illo scripto, nam illud habent & papistæ, sed vocali, nec tamen quavis cōcione, qualis in tēplis papistarū de suggestu declamat, sed de germano & genuino verbo loquitur, quod fidem Christi verā, non informem & Thomisticam doceat, sed Lutheranā istam, videlicet solam fidem sufficere sine bonis operibus: & quod nihil quenquam damnare potest, præter solam incredulitatem, quia omnia peccata absorbētur à fide, & quod nullæ leges obligant Christianum quenquam: & quod nulla sit libertas arbitrij, sed diuina bonitas necessaria causa sit humanę malitię, & mille articulos huiusmodi, quos papa, & papista per orbem totum, perperam conantur extinguere. Certe tali prædicatione certa est Ecclesia malignantum. Verum initio, quem non miseræ sortis nostræ miserebeat? Quos tu velut margitas, & corebos irrides, & tuo lepidus arbitratu ludis. Dum per- fuisi

THOMAS MORVS

suasisti tibi, papistam nullum, per stupore posse, potissimum repugnantias apertissimas deprehendere. Nam primum dicas, ob id oportere certa esse ecclesiā, vt possit esse certū, vbi prædicari debeat euangeliū: nā dicas nec deberi prædictati, nec posse sonare, nisi in ecclesia, ex quo vides consequi, prius oportere cognosci ecclesiā quā prædicetur euangeliū. Postea dicas, signū per quod vnicū ecclesia certo cognoscitur, esse prædicationē euangeliū. nā reliqua signa, facteris esse etiā apud papistas, apud quos negas esse ecclesiā: ex qua positione tua sequitur, prius euangeliū prædicari oportere, quā cognosci possit ecclesia: quū ea prædicatio per te, sit vnicū signum, per quod ecclesia certo cognoscitur. Vides ergo pater prudentissime, qui nunquam tibi repugnas, quā cōstante & circūspetē, duo sibi inuicē contraria cōnectes, videlicet & prius cognoscendā ecclesiā, quām prædicetur euangeliū, & prius prædicandum euangeliū, quā cognoscatur ecclesia. lā quā se doct̄or insignis, ac posteriorista, peritisime, quū demonstras ecclesiā certitudinē, per certitudinē euangeliū: & viceversa, demōstras euangeliū certitudinem, ex certitudine ecclesiā, licet ex te scire quo canone posterioristica, posterior, propositio in hac demonstratione tua posterioristica, ex priore sequatur. Qippe si hoc tibi satis explicatū ducis, quū primū perdiscendū p̄cipis, quenam sit vera ecclesia, vt huic duntaxat prædicetur euangeliū: dein rursum inquirentibus ecclesiā, cōstare cā censes ex euangeliū prædicatione: aur tibi sit, necesse est alia posterioristica, quā hactenus fuit omnibus alijs, aut te parū posterioristices peritū esse. Nēpē cū etiānū incertū relinquas, quibus sit euangeliū declamandū, nec verū vis, nisi quod prædicetur quibusdam, nescio quibus, quos tu nō satis definis, sed tāquā ideas Platonicas animo cōcīpis, & dū id tua ratione demōstrādi requimus, redibit ad caput currulus: ac si cētēs colligere ac recolligere aggrediamur, easdē sē, per p̄positiones, vltro citrōq; veluti labyrinthi errores repetemus, dicemūq; cognoscere nos euāgeliū, propterea quod ecclesiā cognoscimus: deinde illā nosse, eo quod euangeliū scimus: porro iterū euangeliū, quia ecclesiā scimus. Itaq; his claustris perpetuo septi, dū querimus egressum, & certā tandem metā optamus attingere, cogimur eodē recurrere. Atq; hæc est dominidoctoris posterioristica, qui quum sibi iā prius fas esse scriperit, coronā regiā cōsperrere, & conspurcare stercoribus: an non nobis fas erit posterius huius posterioristica, ligū stercoratā, pronūciare dignissimā vt vel meiētis mulē posteriora lingat suis prioribus, donec rectius ex prioribus didicerit posteriorres cōcludere p̄positionibus. Qui ideo se certū de ecclesia iactitet, quia certus sit de vero euāgeliū, certū autem de euāgeliō, quod certus est de ecclesia. Rursusq; de ecclesia sibi cōstare ex Euāgeliō, & tamē ecclesiā prius inquirēdā,

Digna re
tali eo
viro: qui
reges ter
coribus
confar
surū se
minetur

vt ei soli euangelium prædicetur. Ceterū eam inuestigari non posse, nisi per Euāgeliū prædicationem. Quis non credat hunc hominem aut insanire ipsum, aut alios prorsus omnes insanire putare, qui nihil habet considerari quid, apud quos, in quos, vbi, quando, vel quomodo eblateret: extra omnē locū, & rationē, citra omne pensum, quicquid in buccam venefit, effutiat, atq; quælibet in quēuis eiaculetur opprobria, more Cynicorū, si quis vel ausit hiscere cōtra eius placita, etiā absurdissima! Sed quōd te Luthece, sati tibi sanus videris quū scribas ecclesiā verā, hoc est per te bonoru duntaxat, & qui sine peccato sunt, & sine peccato permanebūt, hoc est etiā per te nullo rū, quū neminē ponas abloq; peccato. Sed istud omitto. Sint ista simul vera, & aliquam in terris esse ecclesiā, & de ea neminem esse, nisi qui sit absque peccato: & neminem esse sine peccato: & tamen, vt dixi, quandoquidem tu ita vis, sit aliqua in terris ecclesia taliū, quales in terra nūquam sunt. An tu nunc censes ecclesiā istā tuā, bonoru & impeccabilū viro rū, satis certā & perspectā esse, tribus hisce signis, baptismo, pane, & vera prædicatione euāgeliū? Primū ista tria signa, manifeste sunt in ecclesia nostra, quam tu vocas papisterū. Nam de baptismo, & pane, nec ipse dubitas, hæc duo esse apud nos, & ideo tertiu dicas esse signū longe certius, nēpē verā euāgeliū prædicationē, hanc omnino negas esse apud nos. At nos interpretamur & prædicamus euāgeliū, ex sententiā sanctorū patrū, quāobrē si illi vere prædicabant, & in hac ecclesia vere prædicatur, in quatu neminē dicas esse de ecclesia vera nisi si quis forte paruulos excipiat & simplices. Nā paruulos & simplices, nō prorsus affirmas electos ex ecclesia Christi, quanquā sunt de ecclesia papæ, hoc est per te de synagoga Sathanæ: & tamen eos excipi pateris ab his, qui nō sunt de ecclesia Christi, ratus quod illi fortasse sine peccato sint, & sine peccato quoque permāluri sint, & ideo in ecclesia Christi numerētur etiam sine vero, vt aīs, euāgeliō, quod vnu ponis certissimū signū ecclesiā, & quod nūquā esse contēdis in ecclesia papæ, de qua sunt illi simplices & paruuli, quia nos papistē, in perpēdēo scripturę sacrę sensu innitimus veſtigis sanctorū patrū. Sed tu solus vere prædicas euāgeliū, & ante te nemo. Nam tu scripturas expendis, & de sensu soli credis tibi, nec sanctis quicquam credis patribus, gnarus, eos quantūvis sancti fuerint, fuisse tamen homines & errasse sēpe, ita enim tu sēpe iactas: quū interim, opinor, te scias hominē omnino nō esse, sed doctrinam tuā certus es habere te de calo, & certus es te nō magis errare posse, quā asinū angelū volui dicere. Verū istud, abs te Luthece quæsierim: quo nam signo discernis eū scripturę sensum veriorē esse, qui videtur tibi, quā eū quē vides, visum esse tā multis, tā doctis, & tam sanctis patribus: ex collatione locorū inquis. An

quis. An igitur, nō conferebant illi? An tu illis rationē censes, & iudicū defuisse, quod nunc supersit tibi? quā illi rationē rectā sint secuti, vos eā propemodū studeatis extinguere: sed Deus videlicet aperuit pētēti tibi, iuxta illud: Petite & accipietis: nā id iactare soles, certum te esse doctrinā tuā habere te de cōelo: petisti videlicet certa cū fiducia homo spiritualis, vt duplex Heliç spiritus inspiraretur in te, in quē perspicuum est spiritum nequam aliquot fese intrusisse myriadas. Quid ergo censes de sanctissimis patribus, aut voluntatē defuisse, aut opem Dei non implorasse, aut in Deo nō habuisse fiduciam? Si Deum contendistā multa, tam vtilia, tam necessaria, nunc indicare tibi, cur illum putes cū tanto totius ecclesiæ suæ detimento, illa omnia tam diu celasse tā sanctos? Sed non cēlauit Luthere. Imo apertuit eorū oculos Deus, et se accōmodauit eorū modestiæ, quum tuā auersatus arrogatiā, patitur te sapientē videri in oculis tuis, vt cū philosophis, quos toties improbas, dicens te esse sapiētem, stultus fias, & euangelicas in cogitationibus tuis: & itidem fiat, & euaneat tecū, quisquis in quæstione virtutis, & fidei, non malit animā suā periclitari cū tot sanctorū cuneis, quos in cœlis esse nō dubitat, quā cū uno scurra blasphemō, quem, valde cæcus est quisquis non videt ad inferos ire præcipitē. Igitur Luthere, si verum est, quod ipse dicens, quod vbi cung: hæc tria sunt, baptifmus, panis, & verū verbū Dei, ibi non est dubitandū verā esse ecclesiā, quia signum verbi, vt dicens, impossibile est sonare, nūl in ecclesiā per spiritū sanctum: certe quum in ecclesia nostra sit verum euangelium scriptum, & sancti patres illud vere sūnt interpretati, & multi apud nos in templis vt vocas papistarum, & idem Euangeliū scriptum legant, & ex sanctorum patrum interpretatione prædicent: necessario sequitur, etiam per te, id verum esse, quod tu tantopere pernegas: ecclesiā istam, quā appellas papistica, ecclesiā esse vere Christi catholicam. Sed & istud ex te quero: si in his populis, qui parēt pontifici, & tam diu paruerunt, toto hoc tempore non fuit Ecclesia: dic vbi fuerit his annis quingentis proximis, ante natū te. Nam nūc, tu videlicet noua progenies cœlo demitteris alto, vt Ecclesiā malorum instituas, in bona, & ante te incorrupta Saxoniam. Quæ & ipsa, & Germania tota, si tu verū dicens, haētenus fuit extra ecclesiā, & maiores eorū omnes descendederunt ad inferos. Verum illi, nunc in superis male præcantur tibi, qui eorum posteros ne illuc sequantur eos, per maliciam conaris auertere. Sed, quoniā probauimus ex Lutheri positione sequi, vt si sua signa certa faciant ecclesiā, necessario certum sit, ecclesiā veram esse, quā ille falsam vocat, nunc examinare libet, quam prudenter ista tria signa statuat, velut infallibilia ecclesiæ veræ indicia: Mēmoris Luthere, te ecclesiā ponere dūtaxat tā san-

ctorū, vt sint sine peccato: age igitur, pōne oculos quamcunq: velis congregationem: & quoniam tibi libuit literis ludere, & velut per démonstrationes agere, per A. & B. dū dicens tibi crasse philosophadū esse, cū crassio & pituita laborante capite, atq: ita colligis: Si A. disputeret cum B. & cetera quæ tu p̄æclare connectis: eodē modo nos homines crassi, & pituitosi propōnemus tenui & splendide bili tuæ. Esto igitur, tu sis A. auditores tui B. C. D. sit aliquis, qui cupiat certus esse de aliqua vera ecclesiā, quā sit persuasus non aliā esse, quā quæ sit absq: peccato, & audierit eā tribus signis, certo posse cognosci, baptismo, pahe, & vera p̄edicatione euangelij. Sed vt pergamus per literas. Sit hic si voles E. pone igitur, quod E. veniat in ecclesiā A. B. C. D. quos nouit esse baptisatos, & vides vsos Eucharistia: audiat præterea ipsum A. suo more p̄ædicantē euangelū apud B. C. D. & pone per impossibile: quod p̄ædicatio quā p̄ædicat A. vera sit, & sincera p̄ædicatio. Vtrum ex his signis certo sciret E. quod A. B. C. D. sunt vera ecclesiā, eo modo quo ille actipit ecclesiām verā, hoc est quod A. B. C. D. sint viri boni, & sine peccato & respōdeo, quod nō: qd: vt tuis verbis vtar, euidēter probō sic, E. aut nouit ipse scripturas & dogmata christianæ fidei, & venit vt nota rursus audiat, & crebra auditione pīratē augeat, aut illa nōdū nouit, sed audito Christi nomine querit ecclesiā, à qua pdiscat fidē. Si scripturas nouit, & christianæ fidei dogmata, iam certo sciet E. istā ecclesiā. A. B. C. D. per ista, signa, certā esse nō possē. Incertū enim adhuc esse sibi, vtrū A. B. C. D. boni sunt an mali. Nam & dissimulari vitia possunt, & simulari virtutes. Cognoscet præterea, & apud manus bene p̄ædicari posse, sicut Christus ipse p̄ædicauit sepe Scribis, & Phariseis, & nō solū à malo viro posse p̄ædicari veritatē, sed etiā à diabolo: & illud falsissimū esse, quod dicens tu, videlicet verum verbum nō posse sonare, nisi in ecclesia vera, quæ sit absq: peccato, nisi mediatur propheta, quum ex persona Dei dicit: Peccatori autem dixit Deus, quare tu assumis testamētū meū per os tuū. Aut nīsi falsum fuit quod dixit diabolus: quū per os hominis infani Christum cōfessus est, esse filium Dei. Vides ergo Luthere, quod si E. scripturas intelligat, & dogmata fidei Christianæ, iam ex ipsis ipse certus erit, se incertum esse de ecclesia, A. B. C. D. vtrum sit vera, an falsa, hoc est vtrum sit bona an mala, quia quantum ad virtutem pertinet ac vitium, E. per nullum istorum signorum tuorum potest esse certus, vtrum A. sit albus an ater: vtrum B. sit bonus an bufo: vtrum C. sit creta an carbo: vtrū D. sit Deus an diabolus. Atque hæc Luthere, vides esse vera etiam posito per impossibile, quod p̄ædicatio, quam p̄ædicat A. recta foret & inducie vera. Ex quo facile vides, q̄ lōge tibi retrores nunc labatur, apud E. videlicet intelligētē

THOMAS MORVS

& pium, quum prædicatio, quam prædicat A,
vere sit & indubie falsissima.

Sed iam videamus alterā partē Si E. nesciat
adhuc neq; quæ sint scripturæ veræ, neq; quæ
sint vera Christianæ fidei dogmata. sed de sua
salute sollicitus, audita Christi fama, velit eius
fidē religionēq; cognoscere: tūc dico quod E.
veniens in Ecclesiam. A.B.C.D. & audiens A
more suo prædicantem talia, qualia solet, apud
B.C.D. & videns B.C.D. aſſentientes, & aſſerentes
hanc esse veram prædicationem. Pri-
mum si illa talia effent vera, tamē E. nō posset
habere rem pro explorata, propterea quod au-
dierit A.B.C.D. nō esse nisi minimā particulā
corū, qui profitentur fidem Christi, nec posset
ipsis foliis auditis certus esse verum. A.B.C.D.
aut veras scripturas profitentur, aut veras
verē interpretarēt. nec iudicare posset, vtrū
id quod apud eos audiret verum effet eu-
angelium an non: nec de tanta re tam paucis ef-
ſet crediturus, nullo permotus miraculo. Er-
go, quum E postea, tot nationes christianas
perluſtraret, & quantū ad salutis necessitatē
pertinet, vbiq; videret eandē fidē, eadem dog-
mata. Quum ex veterum sanctorū scriptis in-
telligeret, iſdem de rebus eadem sensisse con-
ſtanter omnes doctores sanctos, quicunq; fue-
runt à Christo passo, in hæc vſq; tempora: iam
nō dubitaret E. si qua sit in terris ecclesia Chri-
sti vera, hanc esse cōgregationē quæ per Chri-
ſtum cepta, propagata per apostolos, edocta
per sanctos, speciali Dei cura perpetuo, per tot
secula permanit in vnitate christianæ fidei.
Ergo, si postea redeat rursus E. in Ecclesiam,
A.B.C.D. & rursus audiat A. suo more, qualia
solet, apud B.C.D. prædicantem, & aſſerentem
ſe prædicare verū, & genuinū verbū Dei:
& illos omnes Christianos, quos E. in tot po-
pulis audiuit alibi, decipi proſus, & errare dā-
nabiliter: fieri certe non potest, quin E. quum
videat ecclesiam. A.B.C.D. non nifi riuum
quendam effe, ab illa magna dimanantem, &
nuncab ea diuulfam, & quum nō aliud quām
scripturas admittat, alias tamen scripturas non
habeat, ſed aliter eas, contraq; tractet, quam to-
ta illa, tot terrarum, tot ætatum tractet Eccle-
ſia, & de earum ſenu ſibi arroget, contra tot
ætatum, tot & tam doctos, tam sanctos inter-
pretes, contra totius orbis Christiani conſen-
ſum: quem conſenſum, ex scripturis iā didicit.
E spiritu Christi coaleſcere: quumque videat,
E, apud A.B.C.D. maximis de rebus, multa
perabsurda dogmata, nō ſolū ecclesiæ illi Ca-
tholicæ contraria, ſed in publicos etiam mo-
res pernicioſiſſima, Fieri, inquam, non potest
qui E. certo ſit intellecturus Ecclesiam. A.B.
C.D. non effe Ecclesiam Christi, nec bonorū
cœtum, ſed pefimorum ſcurrarum gurgi-
ſtum, & conciliabulum Sathanæ, & iam ex
hiſ interpretarēt, A. vel alpha effe hæreti-
corum, vel Antichristum. Sed nec fieri po-
test, quin E. quum certo iam & pernorit Ec-

clesiam illam veram, quæ perpetua quadā fe-
rie propagata eft, ab ea, quam olim instituit
Christus, & ſemper incorrupta manſit in fide
ſtirpis, facile ſit cognitus, quantacunq; pars
ab ea ſe diuulſerit, ramum arefactum fore di-
uini ſpiritus expertem, qui nūquam manebit,
niſi in ſua vinea, in quantulamcunq;, reſciſſis
palmitibus, ſit redacta. Ecce Luthere, qui te tā
impudenter exclamas Ambroſium demon-
ſtratiue conuincere, habes ne quicquam, quod
hic poſſis hifcere, quo minus te fatearis, tui ge-
neris demonstratione viſtum, ac reuictū cui-
dentiſſime, probatumq; nobis, & tuam ec-
clesiam conciliabulum effe Sathanæ, & pro-
miſcuam Christianorum multitudinem, vul-
go notam, & ſenſibilem Ecclesiam effe Chri-
ſti catholicam, cuius milites modo vincunt,
modo vincuntur, dum adhuc ecclēſia militat
in terris.

I AM quum Lutheruſ tam pulchre pronū-
tiet de tot Christianis gentibus, quæ obediūt
papæ, vt eas omnes aſlerat effe omnium ſcele-
ratiflimos: nec dubitandum eſſe quin ibi ecclē-
ſia nō ſit, niſi quis, vt ait, paruulos excipiat &
ſimplices, libenter ab illo quæſierim, vbinam
gentiū ſint illi grandes, & duplices, qui nūquā
peccat, quos verā vocat ecclēſiā. Nā ſceleratiſ-
ſimā plane, & Sathanæ synagogam eſſe, totam
dicit Italia, totā Angliā, Scottiā, Hiberniā, to-
tas Hispanias, ac Lulitaniam, & vſq; ad ſuum
euangelium, totam fuſſe Germaniā. Nam has
gentes omnes, ſatis coniſtat reuerenter haſte-
nius agnouilſe ſuccelforem Petri. Noſ tamen
benignius ſentimus de Saxonia, quam ſerpen-
tis iſtius peſtifer infecit halitus: Nam & ibi
quoq; ſperamus, Deū reſeruolle ſibi grādiū
& ſapiēntū ſepties ſeptem millia, quæ non
curuarunt genua ſua ante Baal. Sed age, mag-
na parte téporis, quod Chriſti ſalutiferā mor-
tē, & Lutheri mortiferū ortū intercessit, ſi iſtæ
nationes non faciebant maximam ſaltē partē
ecclēſiæ, dic quibus in terris erat ecclēſia. Nam
etiam ſi ecclēſia non ſit obligatur ad villam partē
terre, neceſſe eft tamen aliqua in parte ſit. Cer-
te, ſi in iſtis partibus terre non fuit iamdiu aut
mire puſilla fuit, aut nūquā fuit. Conſtat igi-
tur, etiam ſi ecclēſia non ſit Christianorū mu-
litudo promiſua, ſed bonorū hominī nume-
rus, aut qui ſic reſpuerint, vt nunquā denou
peccaturi ſint, aut qui ſubinde reſurgētes, ſub-
inde caſuri ſint: tātiſ per in ecclēſia cēſendi, quā
diu ſteſterint eieci quū ceciderint, recepti quū
redierint, tamē ne ſic quidē quicquā cōfeciffe
te. Nā, & horū certū eft multo maximā partē,
longo iam tépoře in hiſ fuſſe gentibus, que ſe-
dē Petri reueretur vt matrē. Neq; enīm vſquā
eft, aut diu fuit alibi, tantū populorū profi-
tiū fidē Christi. Sequitur igitur, vt ſi nō hæ
nationes ſint ecclēſia, ſaltem in hiſ nationibus ſit
ecclēſia, aut quod negari nō potest, multo ma-
xima pars ecclēſiæ. At haſtenus in hiſ nationi-
bus, optimi quiq; maxime paruere pōtifici, pef-
ſimi qui-

simi quiq; maxime rebellarūt pōtifici, leges sanctissimi viri cōdiderūt, optimi quiq; maxime seruauerūt, pessimi quiq; maxime cōtēpserūt. Sacraenta cōcorditer venerabātur vniuersi, vix vnum, aut alter ē tot populis, in tot ætatibus exortus est, qui quicquā cōtra mutiebit, & ijdē semper note, nobilisq; milicie. Quęcunq; ergo vera sit ecclesia, quę quidē sit, aut fuerit, diu in his populis, qui maximi sunt in professiōne christianæ fidei, dogmatis aduersatur & semper est aduersata tuis. Quod si tibi parū videtur istud, quod plane tua plus quā pessundat omnia, profer tu gentē aliquā, vbi vnquā in tot ætatibus, ante natū te, tue probate sunt hæreses. Ostēde apud quos christianos, sacerdos nihil distarit à laico : apud quos Christianos, mulieres admissæ sint ad audiendas confessiones: vbi creditæ sint fœminæ sacerdotes esse: & idoneæ quę cōficerēt eucharistiā : vbi sit receptū, nullas leges obligare christianos, et mille absurditates eiusmodi. Quod si nō potes vt certe nō potes, nō est quod amplius argutēris de ecclesia. Nā, quęcunq; tot ætatibus vera fuit ecclesia, sive illa fuit bonorū, malorumq; multitudo promiscua, sive numerus dūtaxat bonorū, sive in his regionibus quę parent Romanō pōtifici, sive alibi vbi cunq; terrarū, semper cōtra te sensit illa, & tua dānauit insanissima dogmata. Nā, quod aīs papistarum esse figmētū, quod aliud sit iurisdictionis, aliud fraternæ charitatis officium: & dīcis euāgeliū, & ecclesiā nescire iurisdictionēs (nā eas nō aīs esse, nisi tyrānicas inuētiones hominū) certe nisi tu totus essem potista, facile cerneret nō esse prorsus idē iurisdictionē, & charitatis officiū, etiā si verū est, nullā esse iurisdictionē christianam, quę nō ex charitate sit instituta. Sed tamē multa potest, & debet præsidentis authoritas, quę sibi nec potest, nec debet arrogare, cuiusq; priuati hoīs charitas, alioqui si iurisdictionē nihil est oīno, cur Paulus iurisdictionē exercuit? Cur hominē tradidit Sathanæ in interitū carnis? Cur planissime proponit. Qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit. Cur seruari præcipit, que tradidit ipse? Cur præcepit obediēre præpositis? Cur ipse Christus obediē inuisit Scribis, & Phariseis super cathedrā Moysi sedentibus? Cur ipse præbuit iurisdictionis exemplū, & flagello vendētes eiecit è téplo? Imō cur ipse turpiter dissimulas, inter ipsa verba Christi pasce oues meas, verbū esse, qđ te cōfūtar? Neq; enī ignoras, sed dissimulas turpiter esse in illa repetitione verbi ποιμαίνει, quod significat regere; sed quū istud nemo non videat, tibi satis est, si te dissimules cernere. Non opinor expectare quenquā, vt ad præclarā allegoriā tuā respondeam, qua scribis tria signa figurari, per duo capita vēctium, in templo Solomonis extra arcā extantia: quippe quū nihilominus cōcinne potuisses, eadē figurare per duas Moysi tabulas, aut duo Moysi cornua.

IA M istud, nescio quā facias ipse, quod bis

immittis in nos, nēpē quod in symbolo constemur, nos ecclesia sanctā catholicā credere. Ex quo colligis, quū fides argumentū sit rerū nō apparentiū, si ecclesia creditur, & est materia fidei, nullo modo ecclesia esse sensibile istā bonorū & malorū multitudinē, quę cuius aparet & humano sensu pereipitur. Hoc telum bis in manū sumis: bis intorques fortiter: siue quod tibi videbatur splendidū, & quod contrectare delebat: siue quod sentiebas esse tā obtusum, vt sepius oporteret incuti. Hac in re primum miror symbolū, quod vt est, ita debet esse magni ponderis apud omnes fideles, quicquam habere ponderis apud te. Nam symbolū cōstat opinor traditionē esse, nō scripturā: nā nec intra scripturā canonicā numeratur nec sanctorū patrū quisquā, quod scīā, quū ei propositū fuisset aliquid probare scripturis, vnquā probauit ex symbolo. Quare, si tu Lutherē, qui toties aduersus traditiones exclamas qui te toties clamas nihil recipere præter euidentes scripturas, ecclesia credis propter autoritatē symboli, manifeste profecto decedis de sententia, & traditionibus credis, nō scripturis. Nec istud eo dico, quod te hac in parte vituperē. Imō adeo laudo, vellemq; idem vt faceres sepius. Eſſet enim plaudendū, si incipiās aliquando in melius esse mutabilis, qui quavis aura incertior, & quoquis folio letiōr, subinde te mutas in peius.

Sed interim, te quęſo, quid lucraris in causa? Nam quum planum sit, aliam esse ecclesiā triumphantem in cœlo, aliam hic militantem in terris: quid probasti tu, de hac: si articulus loquatur de illa: vt quum percensuisset quę de diuina trinitate credenda sunt, & humanitate Christi: tandem speratum credentium premium proponat: credēdum etiam illud, quod alioqui certo sperari non possit: admonitos itaq; mortales, qui fidem profiteri velint vt indubitate crederent ecclesiā fore catholicā, quę sancta societate, remissis peccatis, rediuiua carne, redditisq; corporibus, vita frueretur æterna. Sed & in terris quoq; tācti nō sit incertū quę sit, aut vbi sit ecclesia Christi catholicā, cuius consentientis autoritas certū quęq; facit & de scripturis veris, & de necessariais articulis fidei, atq; ita certū sit istud, vt hac ratione sit ecclesia sensibilis: tamē & ipsa multis modis pendet à fide. Nam, etiā si sensui patet, quę sit illa, quę de fide consentit: sensui tamen non patet, hunc consensum, non humana conspiratione fieri, sed nasci, atque inspirari diuinitus: nam id, nemo nisi fide cōcipit. Iā quāq; ecclesiæ corpus sit sensibile, tamē quod Christus eius mysticū caput sit, id quoq; nō sensus ostendit, sed fides. Quin & istud, quod quicquā sancta sit in terra, pars est huius Ecclesiæ, quę etiā hic adeo sancta dicitur, non quod nemo sit in ea, qui peccat, sed quod nemo est in terra sanctus, qui nō est membrum huius ecclesiæ: istud inquā fide docemur non sensu

N ij sensu

T H O M A S M O R V S

sensu. Quāobrē, & recte credimus ecclesiā catholicā, propter multa, quæ sensui nō apparet, sed omnino pendent à fide: & tamē nihilo minus constat euidenter, hanc promiscuā & sensibilem multitudinē profitentū nomen, & fidem Christi, esse ecclesiā catholicā: quia docete, scriptura discernitur, & certo discitur, & cognoscitur fides. Sed decies ad id recurrit, quod ecclesia nō potest esse multitudō ista promiscua: q. a peccatores nō sunt de ecclesia: nec meminist, quod in arca Noe, quæ præfigurabat ecclesiā, animalia immunda cōmixta sunt mūdis. Quæso te Luthere, quū apostol⁹ scriberet Corin. an nō scripsit ad ecclesiā? An igitur, nihil peccati taxat in ecclesia. Quid quū sribit ad Gal. nō ibi quoq; sribit adecclesiā? & tamē insensatos vocat, & vsq; adeo clamat errare, vt miretur etiā, quis eos fascinauerit. Iam in reuelatione Ioannis Euangeliſtæ, quū septem Ecclesijs loquitur spiritus, nihil ne reperit vsquā vicij. Quā seuere minatur, quosdā electorum se ni relipiscāt? Cæterū, quanquā peccates, & si p̄titerint euomēdos, interea tamē numerat in ecclesia. Quin Christus ipse de ecclesia sua præsente prælens proficiavit, nō oēs esse bonos. Vos, inquit, mundi estis, sed nō omnes. Et iterū, Nonne duodecim elegi vos, & vnu ex vobis diabolus est? Quod si cōmemorare vellet sanctorū patrū sentētias, quæ huic sentētiae subscribunt, & longū esset, & apud te superuacuū, qui flocci facis vnu vniuersos; apud quē, nec totius ecclesiæ consensus quicquā habet pōderis, quæ non aliquos habere peccatores, sed se confessi peccatricē totā quotidie clamat ad dominum: Ecclesiæ tuæ Deus peccatis ignosce. Nec id humano dōcta consilio, sed, ab ipso docta Christo, qui & apostolos suos orare docuit, vt Deus eis debita sua dimitteret. Itaq; ecclesia Christi, dū versatur in terris, non adeo adhuc depurata est, quin & peccata quēdā aſiduè maculēt bonos, & inter bonos vbiq; viuant mali, qui interea, nō aliter sunt in ecclesia, quam morbidæ partes in vlceroſo corpore. Nam adhuc, etiam ſi ſani nō ſunt, tamen vrcunq; viuunt, & aluntur calore quodā diuini spiritus, qui animat & cōſeruat ecclesiā, penetrans omnia fortiter, & diſponēs omnia ſuauiter. Nec definet egras partes circuferre ſecū, quā diu in terris peregrinatur ecclesia, nec definet Christus pro partibus ægris interpellare patrē, qui mystici corporis morbos ingemuit, ac deplorauit in cruce, lōge ſunt, inquietes, à ſalute mea, verba delictorū meorū. Verū quū ve net dies, in qua corruptione deposita vſtietur immortalitate, tū deſluentibus tabidis illis & putrefactis viſceribus, reſtabit ecclesiæ corpus vndiq; purū, ac nitidū, quod interea geſtabit, morbidū, ſed quantumuis morbidū nunq; geſtabit mortuū. Erit enim cū eo Christus, & verbum eius, quod ſive ſcriptum ſit, ſive ſine ſcripto traditum. vtroq; modo ſpiritus eſt, & vita cum fide quæ per dilectionē opera-

tur, creditibus: quod genus fidei, ne deficiat vñquā, aut deficit ecclesiæ, cui Christus p̄fecit Petru, Christus ipſe rogauit patrem. P̄fecit autē, nō Romanæ ſolu, ſed vniuersæ ecclesiæ, quæ & hodie ſuccellorē Petri non dignatur obediēnt agnoscere. Nā & ſi quidā ſe leparat ac diuellunt ab illo, quēadmodū Dathan, Abyro & Chorē cū ſuis cōplicibus magno cū malo ſuo ſe separarūt à Moſe; tamē omnes ferme populi, qui ſyncere profitentur fidem Christi, Petri ſuccellorē velut Christi vicariū ſuſcipiūt ac venerāt. Quod ſi iſti populi, noti nobis & christiane fidei profiſione cōſūcti, nō ſunt ecclēſia catholicā, nec vlla pars horū ſi ecclēſia Christi, ſed hinc inde cōuentus aliquot occulti, atq; incogniti, qui & ab ecclēſia reliqua, & inter ſe quoq; de fide Christi diſſentient, apud quē illorū quēretur is cui dictum eſt, Sinolit emēdare, dic ecclēſia. Cui quæſo, ecclēſię, non obtēperando, fiet tibi ſicut ethniſcus & publicanus? an aliam dicit Christus quam notam illā ac publicā? an querē iubet alicūde duos aut tres hæreticos, qui Donatiſtarum more dene- gent Ecclēſiam Catholicā eſſe Catholicā. Sit igitur ē turcis quispiam, qui venire velit in fidem Christi, perſuadeatur illi, non hanc Ecclēſiam verā eſſe, quam nos appellamus Catholicā, hoc eſt, omnium gentium congre- gationem, Christi nomen, ac fidem vndiquaq; profitentium: etiam ſi plēriq; profiſioni pa- rum moribus & virtute reſpondeant, ſed Ecclēſiam verā eſſe hinc, atq; illinc duos aut tres, in Christi nomine congregatos bonos: illic inter virtutes vigere fidem veram. Hanc verō noſtrā, notā atq; vulgatā, nō eſſe veram: ſed vt moribus malis inficitur, ita verē fidei loco, falſis opinionibus erroribusque ſeduci. Dic Is, ad ſe, iam Luthere quæſo, quo perget, vt diſeat ſi dēt ad eos ne, quos, qui ſint, ſcire non potest? Neq; enim ſcire potest, qui ſint boni. Scripturas igitur in manū ſumet ipſe? atq; hic elicit omnes articulos fidei, quum nec ſcriptura cō- prehendat omnes, & quādam comprehen- dat ſic, vt ſine doctore legenti facile obrepat error: doctore vero, qui diſcernet orthodoxū ab hæretico? An Deus docebit intus? doceret certe, niſi reliquifet ecclēſia, ad quā docendos remittit. Quā qui cōtēnit, perſuadē ſibi tam vnicū eſſe Dei deliciū ſe, vt ſeorsum ſolus do- ceatur à Deo, aliud quā publice credit, ac pro- fiteret ecclēſia: is quantumuis ſibi videtur hu- milis, arrogantiæ certe damniatur apud Deum qui ſe maiori cura Deo credit eſſe, quā ecclēſia totā: & Deo dicit, nō vt docet Christus Pa- ter noster, ſed vt ſuperbus ait quidam amicus Job, Pater mi: & Deo non credit ecclēſia pol- licenti: Ego vobis ſum vſq; ad consum- mationē ſeculi. Nec meminist, aut reſormidat quicquā: quod ſicut omnia, quæ ſcire ſit opus, ſpiritus dicit ecclēſię, ſic ecclēſia qui nō audi- rit, iubet Christus p̄ ethniſco habēdū & publi- cano. Nā ſi quis, inqt, admonitus corā testibus duobus

Non ſen-
tis te hic
appellati
Luthere?

z

duobus aut tribus, non emendatur, dic Ecclesiæ. Non dicit, dic duobus aut tribus. Non ergo duos aut tres appellat ecclesiam: nam totidem testes erant, quos ab ecclesia distinguit. Quod si ecclesiam contendas a testibus non numero differre, sed merito, vt in alteris sufficiat, numerus, in altera spectetur pietas, rursus te rogo: quoniam signo discernes ecclesiam illâ bonorum trium a tribus qualibuscunq; testibus? nam & dissimulari vicia possunt, & simulari

Verba
sunt mor-
tuorum.

Vnde mo-
rū & fi-
dei peté-
da cœsura

Hęc licē-
tia nō li-
bertas
est.

Hęc vbi-
q; cātile-
nā cānit
Luthe.

Tyconij
dīctum

bantur fidē, quā publicam, semper habitū sunt hæretici, nec eorū cōuentus Christi fuit Ecclesia, nec vñquā in eum numerū crevere, vt reliquā gregem superarent, idem Christi nomē profitentem. Nam licet infideles & ethnici in tantam molem aucti sint, vt eorum collatione Christiani videantur pusillus greci, nunquam tamen sic excreuerunt hæretici, profite-tes Christi nomen, & sibi vendicantes ecclesiam, vt dubiū cuiquam relinquerent, vbi cen-seretur ecclesia catholica. Nam licet in Ecclesiæ vicia, homo & extra ecclesiam, & vitiosissi-mus insultet, nunquam efficiet tamen, vt ager Domini desinat eius esse, propterea quod in hoc crescēti tépore, zizaniz multū ferat inter triticum, aut Christi rete desinat esse Christi propterea quod dū in hoc mari trahitur, ma-los pisces mixtos habet cū bonis, quousq; Do-minus & triticū colliget, & pisces bonos, ac se-ponet sibi, Lutherū vero, ac suos cōplices, fo-Lutherū ras ablegabit in ignē. Interea vero ecclesiam pisces in spōsam suā, cū qua se futurum promisit, vsq; ad finem seculi, quanquam alias peccantem, & sape castigatam, ita tamen seruat sua præsen-tia, vt eā per infidelitatis fornicationē, in alio-rum deorum cultū non patiatur incidere, sed suo spiritu sancto, qui ducat eā in omnē ve-ritatē, sit eam fouet, & instruit, vt neq; in fide sinat, neq; sacramētis errare. De qua, si adhuc moueas controvēsiā, & queras, quānā sit illa: respondebo rursus, illa eadem ecclesia, per quam cognouisti euangelium esse euangeliū, eadem, inquā ecclesia est illa catholica, quæ te docet sacramenta septem esse sacramenta: que docere nō potes, cur in altero magis falli pos-sit, quām in vtroq;. Si nihil omnino fuisse scrip-tum, ecclesiæ credidisses de omnibus, quæ iā scripta sunt: ecclesiæ credis veros Euāgelistas fuisse, veros apostolos, qui scripserunt ea quæ scripta sunt, ex his, qui scripserunt, nemo scrip-sit scripta esse omnia. Imo scribūt aperte, quod Nō omnia scripta nō sunt. Cur igitur de reliquis, quæ adhuc scripta nō sunt, non credis ecclesiæ, cui quæ ad fueras alioqui crediturus, de omnibus, quæ iā scripta sunt? An quia quædam scripta sunt, strā per-ideo contemnda sunt reliqua? Cur ecclesia minorem apud te fidem habet de parte, quam thribus fuerat habitua de toto? an quia quatuor, aut Euange-quinque scripserunt, qui se fatentur quædam scripsisse, non omnia, ideo fidē amiserunt vni-versi? Quos alioqui dignos habuisses, quorum fidei sine scripto, de his etiam rebus, quæ iam sunt scriptæ, credidisses?

No omnia scrip-ta esse, cui quæ ad fidem nō scripta sunt. An quia quædam scripta sunt, strā per-ideo contemnda sunt reliqua? Cur ecclesia minorem apud te fidem habet de parte, quam thribus fuerat habitua de toto? an quia quatuor, aut Euange-quinque scripserunt, qui se fatentur quædam scripsisse, non omnia, ideo fidē amiserunt vni-versi? Quos alioqui dignos habuisses, quorum fidei sine scripto, de his etiam rebus, quæ iam sunt scriptæ, credidisses?

Ostendit, quām inepte Lutherus nuge-tur: & quām impudenter mentiatur.

CAPVT XI.

Nimiū diu videor, in re tā aperta, cū isto n: bulone cōtēdere. Qui si quid obij-citur, id dissimulat: aut si quid commemorat,

N iij falsa

THOMAS MORVS

Nā quid faciat i-
pudens? **Luterus** tiri nebulonem. Quis, tanquam necessariū articulū fidei, protulit vñquā tibi Lutheru, vnū dictum cuiusquam patrum? Certe tāquā probabile proferimus, ac multo magis probabile, quā tuum, vel ob hoc, quod illis pietas aperuit oculos, quos tibi claudit impietas: Illi ituduerunt intelligere: tu laboras intellecta corrūpere. Quod si qua in re cōstet, veteres olim patres omnes idem sensisse: tantum bonorum consensem vni stolidissimo nebuloni nō dubitamus opponere, quando planum est, per illum spiritum eos idem sensisse, qui facit vnamimes in domo. Eodē modo nugatur, dum tenedia bipenni rem in duo genera partitur, hoc modo.

Verba Lutheri. *Si vsum vel autoritatem hominum, que manifeſte pugnat contra scripturas allegates, quale est, inquit, quod stolidus rex producit de altera parte sacramenti, anathema sit vſus, autoritas, rex Thomista, satan, & angelus de cœlo.*

Vt falsus es miser fraterculle. Imo anathema sit iste abusor, exauthoratus fraterculus, Husista, Satanista, de tartaro, qui scripturam Christi sacram in sensum sacram legum, aduersus Christi sacramēta detorquet: Et hominum bene dicta, male narrando deprauat. Nam quod hic vanissimus nebulo cupit, ignoratione lectoris abuti, nihil ei proderit, quum ad locum fuerit peruentum, in quo videbis lector aperiſſimam nebulonis sycophantiam, qui regē singit obijcere autoritatem hominum, qui aperte obijcit autoritatē spiritus sancti, non hominum.

Verba Lutheri. *Sin autem eum, inquit, vsum, vel autoritatem hominū allegat, que non pugnant scripturis, non damno, sed tolerari volo. Hoc tantum adiecio, vt libertas christiana salua sit, & in arbitrio nostro sit ea sequi, tenere, mutare, quando, vbi, quomodo placuerit. Quod si hanc libertatem nobis captiuarē volent, & necessarios fidei articulos statuere, anathema sit, qui hoc præsumperit, siue sit insulfus Thomista, siue stupidus papista, siue rex, siue papa, tale est, quod dominus noster rex vrget, pro articulis fidei sua sacramenta confirmationis, matrimonij, ordinis,unctionis, & mixtura aqua in vinum.*

Expende lector ea, quae scripsit rex de sacramentis istis, & facile videbis, ac ridebis improbam nebulonis calumnia, qui nihil omnino respondens ad ea, quae rex probauit, tantum mentitur regem obiecisse autoritatem hominum, pro quibus allegauit princeps autoritatem sancti spiritus. Contra cuius ordinationem qui recalcitrat, ac sacramenta, quae Christus in sacrosancta consecravit ecclesia, blasphemat, anathema sit, qui hoc præsumperit, siue sit insulfus satanista, siue stupidus pontista, siue frater, siue apostata.

Pulcherrimè declarat, quām inepte, imo quā prorsus amenter Lutherus adducat atq; applicet scripturas.

CAPVT XII.

Sed nunc operæ preciū est videre, qui nihil admittit præter scripturas, & easdem etiam euidentes, quā pulchre scripturas proponat ipse, quas euidenter quisquis videat neq; cœlum (quod aiunt) neq; terrā attingere.

Nobis, inquit, aduersus has stipulas, & stupas Thomisticas, plusquam nimis sunt diuina fulmina, vbi Christus Matthæi. 15. decernit, super omnes traditiones hominum, dicens. Sine causa colunt me doctrinis, & mandatis hominum. Quid est vniuersa sex huius laruati Thomistica aduersus vnam hanc vocem Christi, ut alia plurima transcam alias memorata? Si frustraneum est quicquid hominum mā datum est, qua fronte stolidus rex, nobis articulos fidei ex eo faciet? Itaq; hac sola voce Christi, prostratus iacet, infelix & miserabilis defensor Ecclesie Henriciane, cum toto suo libello.

CIVIS expectationem non superat impudens istius nebulonis stultitia, qui Christi verba illa, Sine causa colunt me doctrinis & mandatis hominum, fulminat, videlicet homo nugax, & Antichristus, aduersus eū, qui dixit, ac probauit, sacramenta traditiones esse Dei, non hominum. Et tam impudentis amentiae cōiectus, iā velut vīctor ac triūphator exultas,

Hac, inquit, sola voce Christi prostratus iacet infelix & miserabilis defensor ecclesie Henriciane cum toto suo libello.

Et ista præfurore clamat Lutherus, conscientia interim sibi, nemine non videre tam stolidē citata scriptura, quam turpiter prostratus iaceat, infelix & miserabilis impugnator Ecclesie catholice, cum toto suo stolidissimo cerebellu. Quod cerebellum tam stupidum est, vt in ea re in qua stultitiam eius omnes rident, adhuc se putet perquam festiu ludere.

Vbi estis, inquit, domine Henrice, producite verbum egregium contra Lutherum libellum. Quid afferit dominatio vestra, septem sacramenta, Quibus doctrinis, Dei an hominum. Audiat ergo Thomistica vestra dominatio iudicium, non Lutheri, sed eius, quem tremunt cardines orbis, frustra colunt me doctrinis hominum.

VIDISTI lector aliquando cœcum, qui pugno se cuperet irritatus vlcisci? Verum vt scire possit, quam in partem dirigat iētum, elicit ab aduersario vocem, quam prolatā protinus prosequitur verbere, nisi citius alter se subduxerit, qd; vt à cœco possit attingi. Hūc cœcum mihi videtur agere Lutherus, sed ita, vt nemo vñquā magis egerit ridicule. Nā quū rex appellatus ei respōdet ad dextram, ille contra iētum proijcit in

Verba
Lutheri.
Quā so-
brie sem
per lo-
quitur
hic pius
pater.

videlicet
saluator
camel.

Verba
Lutheri.
Istic ve-
ster stilus
est domi-
ne fratet

projicit in sinistrā. Itaque, specta quæso, quām festiuiter Lutherus hunc ludit ludum. Cogita nunc videre te illum, obsecratis oculis intentum stare, ad ingredēdum colaphum. Vbi estis, inquit, domine Henrice? Hic in proximo. Adhuc inuitat, vt accedat proprius, nēpe vt feriat certius. Producite, inquit, vestrum egregium contra Lutherum libellum. Produco. Adhuc proprius. Quid assertit vestra dominatio. an septem sacramenta? Affero. Adhuc proprius paullum. Quibus doctrinis? Deian hominum? Dei. Iam feriendi certus scilicet, en quām recte libratus iustum. Audiat, inquit, ergo dominatio vestra. Frustra colūt me doctrinis hominum. Spectatum admisi risum teneatis amici, qui videntis hunc cœcum insciūm, quām longè aberrarit in diuersam partem, sic exultare prægaudio, vt compos non sit sui, quasi egregium colaphum infregerit aduerfario?

Verba Lutheri. Eat, inquit, nunc dominatio vestra, & doceat dominationes papales hanc frustaneam fidem, & religionem, eamq; sicut optime nouit, frenū defensat: Verum ab Ecclesia Dei, os vestre dominationis impurum, & sacrilegum a blasphemate, qua non nisi verbum Dei admittit.

In quo rū gratiam Luther' sacramētū matrimo ni. M O reuerende pater potator, eat dominatio vestra, & dominabus sororibus, quibus prædicatis confitenda virorum peccata, prædicate perfidam fidem vestram, & religiōnem ruris Bohemici, vbi matrimonium nihil est aliud, quā crescere & multiplicare, & tanq; canes cateruatim coire in Ecclesia. Hæc est ecclesia, in cuius gratiam vestra paternitas, quæ procul exulat à Christi gratia, negat matrimonium esse sacramentum, & ei proorsus tollit omnem gratiam. Hanc Ecclesiam indicat vestra paternitas, Ecclesiam Dei: & per os illud impurum, & sacrilegum, veram Ecclesiam Christi blasphemat, & verbum Dei labijs mēdacio pollutus, cōtaminat: & illa Christi verba, Frustra colunt me doctrinis hominum, vélut fulmē & tonitru, aduersus eos iaculumini, in quos non misit Christus, ita fulminatis & intonatis fūtitijs fulminibus, & tonitribus aduersus regem, vt olim simili præstigio Cacus aduersus Herculē. Quamobrem seposito reuerēter fulmine Dei, dominatio vestra, quæ Caci gygantis in moreni, fūtile fulmē efflauit, digna profectō fuerit, in cuius os inipurū, & fulminibus efflādis patulū, Cacus debeat aliquis incacate.

Lepidē refellit insulsum Lutheri lemma impugnantis diurnitatem fidei catholice, illata pariter diurnitate superstitionis iudaice, Turcarum, & Gentilium.

CAPVT X I I .

Sed postquam ita fulminavit scripturis: illico ratione pugnat haud minus corusca. Ait enim.

Verba Lutheri. Denique adeò stultum est hoc regis propositum,

vt & cōmuni hominum sensui repugnet. Quis enim non rideat, pro fide nostra christiana nihil afferri roboris per tantos Sampsonas, nisi longitudinem temporum, & multorum hominum usum? Qua ratione Rētē probabimus Turcarum fidem esse erroneā, que iam mētūs ad millesimum fere annum durat, ante ortā quām es in ea Germania ad fidē cōuersa est? An hoc satis est, quod

dum per interualla terrarum semoti, non cogimur cum illis disputare, interim in nostris angulis, quicquid usum fuerit, licet nugari? Sic & Iudeos quis

non merito iustificet, huius iniūcti Thomistæ exemplo, cum tantā nos supererit longitudine temporum?

Et cur gentes per orbem nouum, Christi fidem non dicentur, autore Henrico Anglie merito fuisse per-

secutæ, cum idolatria eorum hoc pulcherrimo, & Thomisticissimo argumento, recta & sana fides cen-

seri debuerit, quod tot millibus annorum, tot regio-

nibus populorum, tam cōstanti usu firmabatur? Atq;

eodem Henrico magistro etiamnum afferamus im-

piorum hominum errores, esse sanam fidem, quod ab

initio mundi illorum supererit multitudo, et diutur-

nitas, & potentia piorum paucitatem & ignobili-

tatem. Summa. Si hominum dicta valent articulos

fidei, cur nō & mea verba faciūt articulos fidei? An

ego nō sum homo? Quin noua regis sapientia, omnes homines omnium hominū verbis credere cogamus.

Et ipse rex quoque, vt lenetur cura scribendi, sequar-

tur suum principium, & dicat, Homo sum, qui si

loquor, ergo oportet sic esse. Nō potest aliter esse. Stul-

ta, ridicula, & verisimiliter Henriciana & Thomistica sunt hec, quasi res spiritualia metienda sit præscrip-

tionibus temporum & usu, aut iure hominum, ceu fundus aut pratum aliquod sit.

E C C E lector invincibilē rationē, quām magnificis verbis, quām Phormiana fiducia phaleratā, cuius summa est publica Turcarum fides, per aliquot ætates, & gentilium per ali-

quot annorum millia perdetrans est erronea: & item Iudæorum: ergo & Ecclesiæ catholi-

cæ fides publica, per quātumlibet multas æta-

tes continuata, potest esse erronea. O acumen

Iudæis, Turcis, & ethnicis plaudendum: Sed

quod Christianorū qui quis videt, obtusius

est pistillo. Nam quum infidelium supersticio

regatur à diabolo: & ecclesiæ catholice fides

à Deo: hæc est nimirum argumentatio reue-

rēdi patris, fides populi spiritu mendace gu-

bernati, potest esse falsa: ergo etiam fides

populi gubernati spiritu veritatis potest esse

falsa. Hæc ratio talis est, & tam fortis Achilles,

vt ego nō audeam congregari. Hac ratione, pla-

ne prostrati iacēt omnes defensores Ecclesiæ.

Illa tamen ratio, quam subiungit Lutherus, &

argumentatur à simili, aliquanto est imbecil-

lior, quum ita quærēdo colligit. Si hominum,

inquit, dicta valent articulos fidei: cur non &

mea verba faciūt articulos fidei? nunquid ego

sum homo?

Vix, aut

certè ne-

quam.

Huic argumento saltem responderi potest:

N iiiij quod

THOMAS MORVS

quod reuerendus pater non est homo, quia nullus asinus est homo: quum ille verè sit asinus, qui adhuc non intelligit, aliud esse hominum dicta, qui ex se loquuntur, aut (quod ille facit) loquuntur ex diabolo: aliud, quod Ecclesia Christi loquitur, que loquitur ex Spiritu sancto. Non etsi, inquit, vos, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Alioqui quoniam Paulus erat homo: iam nisi Lutherus esset asinus, videtis planè consequi, ex asinino Lutheri lemmate, quod æqualis authoritatis esset Lutheri verbū, cum verbo Pauli. Sed hoc tamē loco, à solito sibi more deflexit. Consuevit enim, quicquid potest obijci dissimulare totum, & præterire silētio. Hic verò, sibi confusus, ausus est id commemorare, quod sibi videbat obstatere. Quod eum facile videtis nunquam fuisse facturū, si non habuisset in promptu machinā, qua posset obicem illū protinus amoliri. Audiamus igitur, quid ait.

Verba
Lutheri.

Si dixerint, inquit, suam prescriptionem in hoc differre, ab illorum prescriptione, quod papistarum sit ex Spiritu sancto, illorum ex hominibus.

Turca
Luthero
fidei iu-
dex.

Non dif-
simile
verò.

Hoc planè dicimus Luthere nos, quos tu papistas vocas: sed Ecclesiæ fidem ex Spiritu sancto, Turcarum non ex hominibus, sed ex diabolo: quid tu nunc ad ista respondes? Ridet hoc, inquit, Turca. Ain verò? & tu, religiose pater, habes pro ridiculo quicquid ridebit Turca? Tam belle tuæ fidei, cū Turca fide conuenit! O Christianū peccatum: qui nihil probat, nisi quod Turca comprobatur. Nunc video, quare sacramenta subsannas, videlicet ne Turcis videare non satis sapere. Ideo panem restare vis, & vinū in Eucharistia, ne te Turca derideat. Eadem ratione, propediem corpus, & sanguinem ibi negabis in totum: quod aliqui certum est fidem tuam non posse te satis probare Turcis.

FIDE M, & religionem reuerendi patris, abundè iam vides lector, quum videoas ad quam normam, fidei cōponat articulos: vide nunc isti religioni planè parem sapientiam.

Verba
Lutheri.

Dicit, inquit, Turca tibi: quum tu hoc afferas absque scripturis, & sine signis, mera hominum auctoritate, nihil magis effici, quam si ego meā quoq; Quasi ve fidem esse ex Deo dixero. Et qua facilitate tu mean rō is scri contemnis, & ego tuam contemno: & qua auctoritate tu tuam probas, ego meam probo. Quid hic, inquit, fieri? nisi vt moriones etiam intelligent, Henricianos Thomistas, pro sua insigni infirmitate, fidem nostram ludibrio exposuisse, & omnem gentium indignus es pietatem stabiliuisse, dignos quibus os, lingua, & cui & lingua exseretur, & executiā tur detes

DIXI ne diuinum prorsus esse hominis istius ingenium, qui viderit, quid Turca dicturus sit aduersus eos, qui fidem Ecclesiæ proponerent absque scripturis? Nam si quis afferat

aliquid ex scripturis, tunc facile videt reuerendus frater, nihil habitum Turcā, quod contra possit hiscere. Ita semper consuevit scilicet scripturis Christianorum credere, præsertim si quis eas alleget ita cōmodè, sicut solet iste reuerendus pater. Etenim quanquam alleganti consuetudinem nostram, Turca non dubitat allegare consuetudinē suā: tamen alleganti scripturas nostras, nūquam auderet scilicet allegare scripturas suas, & aduersus euangelium obijcere Alchoranum: non quin præferat Alchoranū Machometi Euangeliō Ioānis, quod à nobis ait esse vitiatū: sed ne pudefaceret reuerendum patrem, hominem suæ fidei consūnum apud papistas, qui fuerit tam stolidus, & asinus ipsa asininitate asinior, vt crediderit Turcam crediturum esse scripturis Christianorum. Iam quicunque scribunt, quod Turca refert, hos reuerendus pater zelator fidei dignos clamat, quibus os, lingua, manus præciderentur, ne quid in æternum aut dicant aut scribāt.

Quis illum contra non dignum putet, cuius os aureum, & lingua melliflua, ipsum suadet domicilium, nunquam conticeat, & manus rabilis, ei subseruiens aureis ornetur annulis, vt semper aliquid aut dicat, aut scribat huiusmodi, quod miseris mortales inter crumnas & labores exhibaret, ac relaxet risu? modo sic vsquam abefset impietas, vt adeat vbique stultitia. Sed tamē admiror, quo pacto hoc acciderit, vt homo natura clemens ac placidus, hoc loco præter morem suum, sic exēandescat inclementer, vt os, linguam, ac manus præcidere velit omnibus fidelibus, quicunque dicant aut scribant quicquam, quod tanquam stultum rideant infideles. Nec interea quicquam aut linguæ, aut digitis Pauli prospexit Apostoli, qui se fatetur, non tantum aliquid prædicare, quod stultum videatur gentibus, verum etiā nihil prædicare præterea. Nos, inquit, nihil prædicamus aliud, quām Iesum Christum, Iudeis quidem scandalam, Gentibus autem stultitiam. At id quod in Luthero sequitur, haud facile dixeris, magis ne stultum sit, an magis impium.

Sed hoc agit, inquit, inquietus Sathan, vt nos à Verba scripturis auocet per sceleratos Henricos, & sacrilegos Thomistas, & fidem nostram super hominum mendacia collocet. Neque enim iam scriptura sancta opus est, si sufficit nouis hominum dictis, extra scripturam roborari.

SAGACIAM esse putas Lector, quod Sathanæ propositum Lutherus deprehendit? stupidior est, quam qui tātum possit. Sed dia-bolus ipse dixit. Neque enim intimior Christo fuit eius Euangelista Ioannes, quam internus Cacigae est Sathanæ ipsius cacangelista Lutherus, qui lista lutea non vna cœna, sed diebus ac noctibus incubat, therus super peccatus diaboli, imo diabolus non incumbit, sed infigitur ipsius peccatori. Alioqui non potuissent tāta cum auctoritate pronunciare, quod fides catholica de sacramentis super hominum mendacia

Enco-
mīū pa-
tris vene-
rabilis

Quāmpa
rū perfipi
cax ellis
vbiq; do
mine fra
ter?

Id intē
actuā
diu Satā

mendacia collocetur: quanquam iam euicit, ne collocari posit super spiritum sanctum; nisi quatenus id probatur apertis scripturis, vide- licet ne id non approbet Turca, qui nihil ad- mittit absque scripturis nostris. Cæterum pro- lata scriptura Christianorum, protinus Turca fere sentit & fatetur viatum. Quia in re si Lu- therus non credas, paratus erit iusurandum dare: Turcarum quilibet omnia Christianorum sacramenta, articulos omnes fidei Christianæ, quatenus probari possunt scripturæ Christianæ testimonijs, non minus credere, ac venerari, quam credit, ac veneratur Lutherus ipse.

Id nō est difficile. Neminem ego certè credo tam incredulū, qui istud Lutheru non modo iuranti, sed vel iniurato non sit crediturus. Verum sine scripturis neque Turca quicquam credit, neque Lutherus: ita ipsis inter se belle conuenit. Quam in rem hanc pro se rationem reddit: quod iam scriptura sancta non esset opus, si sufficiat nouis hominū dictis extra scripturam roborari.

Hic cogit me reuerendus pater addubitat, atq; quisquā sit vsquam Turca tam stultus, ut dig- netur hac sane parte, socius esse Lutheranæ stultitiae, qui non videt, cuiusmodi sit ista conse- quentia. Ecclesia Christi gubernata spiritu Christi, tradita certa fide, seruat Christi sacra- menta: ergo Ecclesia Christi nihil opus est scripturis. Si Lutherus fuisset Euangelistarum temporibus, hac ratione deterrisset eos à scri- bendis Euangelij. Nam si tum ea, quæ audie- bāt homines, ab hominibus tradita credeban- tur illis, qui ea narrabant à Deo: atq; ita fidem faciebant audientibus, quid opus foret, Euangeliatas, eorum quicquam scriptis comprehen- dere? An ideo videlicet, quia Christus, qui hæc operabatur in Ecclesia sua fidem, aut aliquando foret prorsus deserturus Ecclesiam, aut fi- dem, quæ sine scripto fecerat, sine scripto conseruare non poterat: quum ipse priusquam na- ceretur, legem promisisset semet in scripturum cordibus: & in carne natus, cum Ecclesia futurum, usque ad cōsummationem seculi? Hac ratione non puto, futuros fuisse sic deterritos Euangelistas, ut fuerint supersessuri à scriben- dis Euangelij. Imo & alia multa, & hoc fortassis etiā respondissent: Nunquam defutu- rum quidem Ecclesiæ suæ Christum, cum qua- se promisit ipse, ad finem usque seculi perman- surum. Nunquam defuturum spiritum para- cletum, qui Ecclesiam ducat in omnem veri- tatem. Ita vera sacramēta, nec veros articulos fidei vlo usquam tempore perituros Ecclesiæ catholice: nec errorem in rebus tam nece- sarijs exoriturum, quod sponsæ spem, ac fidem in species inanes auocet, atq; deuertat à spon- so: etiam si ipsi nullam usquam literam scribe- rent, se tamen haud frustra scripturos esse: etiā si omnibus omissis articulis, & sacramentis fidei, quæ Deus sine scripto, & doceri fecerat, et erat seruaturus, vitam Christi, ac miraculorum partem aliquam, atq; è tam multis aliqua com-

pleterentur, quæ Christus docuit, ad forman- dos in grege suo mores, ac virtutes dignas Christiano peccatore.

D E I N D E cuius impudētiae est, appellare Ecclesiæ sacramenta noua dicta hominū, quum illa præter Lutherum dubitet nemo, ip- sis esse euangeliorum libris antiquiora? Ita sa- cramentum Ordinis vocavit nouum. Nouum dixit, quod panis credatur in carnem versus, & vinum in sanguinem: & illud ait natum esse intra annos trecentos, quum rex hominis im- pudentiam, vetustissimorum patrum testimo- nijs, pulcherrimè redarguit in vtroq; : nec mi- nus in cæteris sacramentis omnibus.

Rursus ostendit, quam absurdè Lutherus torqueat scripturas, quibus probare conatur, nihil cer- to credendum quod probari non pos- sit evidente scriptura.

C A P. X I I I .

S E D I A M rursus reuertitur ad scri- turas: & noua præfatione anathema cre- pat, ac maledictum, os eius maledicuum & maledictione plenum, si quis aliud ponat fun- damentum, præter id quod positum est. Quasi id quisquam faciat, præter ipsum, qui Christia- nam fidem conatur, positis fundamentis suis, è fundamento, quod est Christus, euertere. Sed age, videamus quale fundamētum, quam aptè concinnet ad ædificium suum.

Paulus, inquit, 1. Corinth. 2. magna sanxit au- thoritate fidem nostram, oportere niti in verbis Dei, ubi dicit, Sermo meus, & predicatione mea, non in persuasibilibus humanae sapientie verbis, sed in ostensi- one spiritus, & virtutis fuit, ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.

Q V I S audiuīt usquam morionem tam nihil cohærenria, tam nihil ad propositū pro- ducre? ita satis putat dicere, quicquid ei venit in buccam: tantum cauet, ne taceat. Probatu- tum fere iactans, nihil autoritatem obtinere certam, præter scripturas, producit illud Apo- stoli: nemo potest aliud fundamentum pone- re, præter id quod positum est. Quasi id fun- damentum, quod positum est, esset scriptura, & non quod Apostolus illico subiungit, Iesus Christus. Et ibi suis anathematis, ac maledictis subtraet Christo, nititur nos adigere, ut scri- pturam credamus illud esse fundamentū, non Christum: Aut idem esse scripturā quod Chri- stum: tanquam idem sit liber de Cæsare scrip- tus, quod Cæsar. Deinde, quum nemo neget innitēdum esse verbis Dei: sed ex his dicamus, aliud esse scriptum, aliud pari autoritatē non scriptum, & vtriq; pari fide credendum: quo- rum ille tacite contemnit alterū, alterum coti- temnit aperte: ille velut rem magnam produ- cit, ad fulciendum Dei verbū, illa verba Pauli, quæ ne verbum quidem vllum faciunt de ver- bo Dei, sed de ostensione spiritus & virtutis Dei,

Christi certissi- mū pol- licitum.

THOMAS MORVS

Dei. Et iam, velut re gesta strenue, conuijjs inuidit regem: quod fundat humanæ sapientiae persuasibilia verba. Quasi ipse toti terrarū orbi miraculis inclarescat, quibus an suam predicationem approbarit Bohemis, adhuc non audio: sed persuasibilia humanæ sapientiae verba, nemo illi (quod sciam) potest imputare, à quibus nullus abest morio longius, quod quo longius progreditur, eo reddit manifestius.

Verba
Lutheri.

Cur ergo
tu vtrūq;
facis?

Proinde nos, inquit, nostra Ecclesia defensori adh̄eremus, qui dicit Matib. 16. Edificabo Ecclesiam meam, non super longitudinem, neque super multitudinem hominū, neq; super oportet sic esse, neq; super vsum, aut dictum sanctorum. Denique nec super Ioannem Baptistam, nec super Eliam, nec super Hieremiam, aut vllum ex prophetis, sed super solam & solidam petram, super Christum filium Dei. Hoc est robur nostræ fidei, hic tuis sumus aduersus portas inferi. Hic mentiri & fallere non potest. Omnis homo mendax. Et sancti cum extra hanc rupem agunt, aut dicunt, homines sunt, purissimum, & solum ac certum verbum Dei, nostra fidei supponendum est. Si quis, inquit, loquitur quasi sermones Dei, Et omnis prophetia fit analogia fidei, Rom. 12.

Impia
arrogatiā
Lutheri.
Fausti
error.

Quorsū
videatur
euafurus
Lutherus

est omnis homo, & tam incertum, an quæ sancti locuti sunt, aut scriperunt, fecerint illud stantes in petra fidei, vt etiā dubius author sit Helias, Hieremias, & Ioánes Baptista: certe sequetur, vt dubius itidem author sit Ioannes Euangelista. Nam eodem omnino spiritu & illo loquebantur & iste. Sed nunc vicissim vide mirificā Lutheri stultitiam. Nam postq; id probavit, quod nullus vñquam negauit, Christum Ecclesiam suam fundasse supra petram, à qua petra (quod nemo nescit) in barathrum Lutherus excidit, rūrsus ex eo, quod Christus vñus lens de- est fundamentum, probat solam scripturā esse filij. Imo vero

fundamentū: quasi verbum Dei virginatum, sit verbum quodlibet, in sacris literis prescriptum. An nō isti necesse est, aut nihil esse frontis, aut nihil esse cerebris? Et tamen quā illud comma clausisset, illo Pauli verbo: si quis loquitur quasi sermones Dei, Et item illo, omnis prophetia fit analogia fidei, quorum neutrum

quiquam ei dicto coheret, cui vtrunque subiectit, iam velut acie profligata suam sibi vi-

& storiam buccinat.

Hec sunt, inquit, robora nostra, aduersus quae ob-

mutescere coguntur, Henrici, Thomistæ, papiste, &

quicquid est secis, sentine, & latrine impiorum, &

sacrilegorum eiusmodi. Neque habent quod possint

hic respondere: sed confusi & prostrati iacent, à facie

verborum iſiū tonitruī, & expectamus quoq; quid

aduersus hac mutare audeat rex nugigerulus iste,

Attum cum omnibus suis sophistis.

Stat enim fixa sententia, fidem non deberi nisi certo verbo Dei, sicut dicit

Rom. 10. Fides ex auditu, auditus autem per verbum

Christi, proinde quicquid ultra verbum Dei produc-

tur, hoc nostri sit arbitrij, ceu dominorum, credere,

non credere, dñnare, probare sicut scriptum est, om-

nia vestra sive Apollo, sive Cephas sive Paulus, vos

autem Christi.

Consideremus lector, quorsum tendat hoc totum Lutheri fulmen & tonitru: Christus adificauit Ecclesiam suam super se. Si quis loquitur quasi sermones Dei: omnis prophetia fit analogia fidei: fides ex auditu, auditus autē per verbum Christi, quid ex his omnibus tandem confecisti Lutheri? Hoc, inquit, confeci,

Et quis quod stat fixa sententia: fidē non deberi nisi certo verbo Dei, et proinde q; cūdī ultra verbum Dei productur, hoc nostri sit arbitrij, ceu dominorū, credere, nō credere, dñnare, p̄bare.

VIDE iam, quām egregius fulminator clesia ca- ac tonitor sis, cui si quis hæc concedat omnia: tholica tuum tamē fulmen ac tonitru neminem prorsus attingeret, præter te. Te verō totum, tanq; Semelem subito perflaret incēdīo. Rex, si po- tes meminisse (nam nullus lupus magis obliuiosus est, si toties obliuisceris, quoties ad ea, quæ te maxime tangunt, nihil omnino respondes) verbū Dei probauit aliud scriptum esse, aliud non scriptum, sed vel ab Apostolis tra- dita quædam, vel à Christo Ecclesiæ suæ dicta diuinitus,

*Homo
victorie
audius.*

Verba

Lutheri.

autem.

fator et.

legis & Euāgelij proceribus prorsus omnibus nihil relinquit certum, nisi forte qua legitur Christus ipse dixisse, idq; tam evidenti sententia, vt nulla possit in verbis esse controversia. Nam ceteros vniuersos reiicit, tanquā dubios, quod & mentiri potuerint, quum essent homines, & incertum putat esse, quum illa scriberet, in petrane, an extra petrā steterint. Vides ergo lector hominis impietatem summam, qui suas h̄eresēs, quā sciat omnium sanctorum testimonio planè damnatas esse, nihil agit aliud, quām vt vicissim sanctorū omnīū autoritatē tollat, Christo paulisper deferēs, donec ad plenum perueniat iniquitas: tum eius maiestatem recta proculdubio temeratus, quam interim quoque oppugnat obliquè. Nam si sic mendax

Aduerte diuinitus. Multa itaq; scripto comprehensa, &
multa adhuc nullo esse scripto comprehensa. Sacra-
menta septem, et reliquos articulos fidei, partim scripto, partim non scripto, sed tam
en Dei verbo fulciri; vtrumque verbum ex equo
verum, ex equo certum, ex equo venerabile. Hæc si vera sunt: quanquā cætera omnia con-
cederentur (quod tamen non conceditur) tui
esse arbitrij, in quibus credendis, non creden-
dis, damnandis, probandis, posses tanquam rex,
ac dominus regnare: tamen de sacramentis in-
teriori, & publicæ fidei articulis, nihil prorsus
quicquam confecisses, nisi aut ea, quæ dixi, fal-
sa sint omnia, aut aliqua saltem pars. Negabis
ergo aliud Dei verbum scriptum esse, aliud
non scriptum, & contra Euangelistam con-
tēdes scripta esse omnia: cōtendes nihil omis-
sum, saltem è necessarijs articulis, quum præci-
puum Euangelistam videas præcipuum omis-
sisse sacramentum? quum Paulum audias, ple-
raque sine scripto tradidisse: quum Iacobus
clamat Apostolus: Suscipe insitum verbum
dei, quod saluare potest animas vestras: quum
scriptura testetur: Vnctio eius docebit vos?
Negabis vtrumque ex æquo verum, & scrip-
tum verbum & non scriptū: quum sit vtrūq;
Dei? Sed negabis videlicet verbum Dei, quod
scriptum non est, certum esse cuiquam posse,
vel cognitum. At ipse iam olim falsus es, hoc
Ecclesiæ datum esse à Deo, quod potest discer-
nere verbum Dei, à verbis hominum: Ergo
cum vtriusq; generis verba Dei sint, & scripta
videlicet, & non scripta: potest Ecclesia per te
quoque in vtroque genere verba Dei discernere
à verbis hominum: Ergo per te quoque,
verbum Dei non scriptum certum est à verbis
hominum. Nec est causa, cur certior esse possit
Ecclesia Christi hodie, quare Euangeliū Ioan-
nis iam olim scriptum, si Ioannis, quām quare
quodvis sacramentum habeat gratiam ex ver-
bo Dei non scripto: quōd si neges Ecclesiam
Catholicam, quam tu vocas papisticā, hoc ha-
bere, quum aliquam Ecclesiam hoc habere fa-
tearis: profer aliquam præter hanc, quam ap-
pellas papisticam, quæ verba Dei non scripta
discreuit à verbis hominum, Imo profer ali-
quam præter hanc quæ tibi, non dico maiori.
bustuis, sed tibi discreuit verba Dei scripta à
scriptis verbis hominum. Sed ne te, nimium
tuis verbis vrgēdo, reddam deteriorem: & te,
quod semper soles, reuocare cogam, quicquid
dixisti bene: omitto, quod tu concessisti: que-
ro, quid ad illud dicis, quod confessus Petrus
Ecclesiæ nomine, Iesum esse Christum filium
Dei viui, protinus audiuit à domino: Beatus
es Simon Bar Jona, quia caro & sanguis non
reuelauit tibi, sed pater meus, qui in cœlis est.

Verbum
dei eccl
esi certū
Lutheri
quoq; cō
fessione.

Vix fieri
potest: vt
peior
euadat.

At Luthe
ro opus
est euide
ti scriptu
ra, vt cui
Deus ne-
ta pescator, vllas fermè litteras didicisset, quum

illud certè, quod confessus est, Christus eum garit spi-
dit, nō scripto verbo foris, sed patris interius
infundente se spiritu didicisse. Non fuit ergo
certus, hoc verbum esse Dei: propterea quod
sensit, non legit, quod intus audiuit nō extra?
quod affers: ergo fides ex auditu: quæso te, an
non intus audiuit Petrus quod intus locutus
est Deus? An dūtaxat auditur, quod scribitur?
An prius quam scripta sunt Euangelia, Chri-
stiani non audierunt Apostolos? Ecce iā nu-
gigerule Luthere, quām nihil opus est, ad ista
tua p̄eclara robora quenquam respondere,
quæ citra nostræ cause p̄ejudicium, citra vl-
lum commodum tuae, licet vniuersa concede-
re. Tamacer es Luthere disputator: tatus ful-
minator es, tam terribilibus intonas tonitru-
bus! Reponantur igitur ab ore sacrilego, in ts diabo-
suum locum diuinum fulgur, ac tonitru. De-
inde in os illud impurissimum nō tantum me-
iere fas est. Quod quāto furore fertur in p̄e-
ceps, vel illud ostendit, quod sequitur.

Scriptum est, inquit, omnia vestra, siue Apollo, si-
ue Cephas, siue Paulus, vos autem Christi. Si solus
Christi sumus, quis est solidus rex, qui suis menda-
cij nos papæ facere molitur? Nos non sumus papæ,
sed papa noster est. Nostrum est non iudicari ab ip-
so, sed ipsum iudicare. Spiritualis enim a nemine tu-
le meti-
dicatur, & ipse iudicat omnes: quia verum est. Om-
nia vestra, etiam papa, quanto magis sorores istæ, &
Labes hominum Thomistæ & Henrici.

D I S P E R E A M, si phrenesis ipsa, tam heretice,
phrenetica sit, aut furor ipse tā furiosus: quām
sit istud lepidum Lutheri capitellū. Papa no-
ster est, inquit, ergo nostrum nō est ab ipso iu-
dicari, sed ipsum iudicare. Eadem ratione, me-
dicus noster est, ergo non est nostrum ab ipso
curari, sed ipsum curare. Et doctor discentium
est, ergo nō est iporum ab illo discere, sed do-
cere eum.

I A M quod ait nostrum est, non iudicari
à papa, sed ipsum iudicare. Quid sibi vult illud
nostrum est, an vniuersorum dicit? an singu-
lorum? Si vniuersoru dicit, nihil pro se dicit,
quia vniuersitas Ecclesiæ pro papa est, aduer-
sus illum: at in sacramentorum causi multo
minus iuuat illū, vbi & populus, & papa tam
præsentes, quām præteriti, sunt pro sacra-
mentis aduersus illum. Sin singulorum est, iudica-
re de papa, de sacramentis, de vero sensu scrip-
turæ sacræ. Iam quum ex tot iudicibus, vnius
prope Lutheri iudicium sit ex altera parte, qua
prærogativa debet eius vnius calculus, cæte-
rorum omnium calculis p̄eponderare? Quia potius
spiritualis, inquit, à nemine iudicatur, & ipse omnium
iudicat omnes: quia verum est omnia vestra calculis
sunt, etiam papa. Non videris tibi lector, audi-
re deliramenta? Solus Lutherus ergo spiri-
tualis est: aut solus papa non est spiritualis? vt
aut Lutherus omnes possit iudicare, & iudica-
ri prorsus à nemine: aut papa iudicari debeat
ab omnibus, & iudicare neminem? Quē non
delectes

THOMAS MORVS

delectet hominis tamen suauiter insipientis amētia, qui se nō videat, quicquid eblaterat in papam, idem etiam eblaterare in Petrum ipsum, ac Paulum? Nam omnia, inquit, vestra sunt: non dicit papa, sed Apollo, Cephas, & Paulus. Quamobrem sicut Lutherus ait, nos non sumus papae, sed papa noster est: nostrum est ergo, nō iudicari à papa, sed ipsum iudicare, quia spiritualis omnia iudicat, & iudicatur à nemine: Ita necesse est ei dicere, nos non sumus Petri aut Pauli, sed Petrus & Paulus nostri sunt: nostrum est ergo non iudicari à Petro & Paulo, sed iudicare Petrum & Paulum. Imo adeō non nostrum est, sed meum inquiet, quia spiritualis iudicat omnia, & à nemine iudicatur. Iudicabit ergo Lutherus homo spiritualis hanc ratione non Thomistas, & Henricos, sed Petrum, & Paulū, & reliquos omnes apostolos.

Queso ergo Luther, quid de illis sententias.

Verba Lutheri. *Quanquam ego stultus, inquit, sum, & satis ineptus, qui amentibus istis, & deploratis cerebris, toties frustra inculco, & surdis, induratisq; capitibus, sine fructu semper incanto, Traditiones hominum, seu diuturnum usum in rebus fidei nihil valere.*

S A T I S profecto stultus es (vt dicas) nec ineptus modo, sed & amens, & insanus, & cerebri deploratissimi, qui sine fructu velut cululus eandem cantilenam canas: Traditiones hominum in rebus fidei nihil valere, quum ita surdus sis, & indurati capit, vt milles tibi ad aures in clamatum non audias, Dei traditiones esse, quas tu vocas traditiones hominum, neq; ad ea quicquā respondes, quibus ea, quae dicas, fuerunt ante diluta, quām dicta.

Verba Lutheri. *Quoties, inquit, dixi, etiam Augustini sententia solis canonice libris eum deberi honorem: ut firmissime credatur nihil erroris in illis esse, ceteros, quantumlibet sanctitate doctrināq; præpolleant, non aequo honore dignos esse.*

Quid Lutherus afferat aduersus scripturas. *D E* diurna Ecclesiæ fide, quam dixerat nihil valere, non afferat probationem: Sufficit enim aduersus illud Christi verbum: Ego vobisum sum usque ad finem seculi. Et item illud, quod spiritus paracletus ducet Ecclesiam in omnem veritatem: & quod Christus oravit: ne desiceret fides ecclesia. Aduersus haec inquam omnia sufficit, quod talia dicturos irriserit Turca. Sed ne quis moueatur quicquā auctoritate sanctorum patrum, afferat illud Augustini: ceteros libros extra scripturam canoniam, non aequo honore dignos esse, quantumlibet sanctitate autores eorum, doctrināq; præpolleant. Quasi quisquam sancti cuiusquam dictum sic alleget, tāquam scripturam sacram. Ettamen haud dubito, eundem Augustinum, si quid apud omnes ante se sanctos patres legisset, præfertim cum sui temporis fidei consentiens, nūquam fuisse dubitatum, quin id ve-

rum esset, & Christianæ fidei indubitus articolus. Nam eorum scripta, qui fuerant ante nos, saorum temporum fidem nobis representant. Neque enim aliter cum defunctis loquimur, vt qua fide fuerint, possimus agnoscere. Ex eorum ergo libris, qui vixerunt, illud reprehēdimus, atque ita compemus, hanc fidem, quam Lutherus impugnat, non esse, quod ille mētitur, nouam, aut alicuius nationis propriā, sed multis feculis, totius Ecclesie publicam, quam veram esse, & in re tā magni momenti, non posse errare & falli, promisit ille, qui dixit: Paracletus, quum venerit, ipse vos ducet in omnem veritatem. At Lutherus contra, Scriptura, inquit, exigit, vt nulli credatur, nisi soli sibi. Rogo te Luther, ubi hoc exigit scriptura? profer scripturam, per quam Spiritus sanctus prohibet, ne quis ipsi credat, nisi proferenti scripturam. Quum descendit super Apostolos, nihil ne docuit omnino, sine scriptura? omnibus de rebus exegerunt ab illo scripturam? Vni tibi Luther, tam male fidei est Spiritus sanctus, vt ei nihil sis crediturus abque syngrapha?

Sanctorū fidem ex eorum scriptis deprehēdi.

Luther
ne Deo quidem sine syngrapha credit.

H AE C sunt, quæ pijs ac fidelibus, hoc est, vt ille vocat, surdis aspidibus incantator iste, semper frustra cecinit: qui sine fine, inquit, suas nenia iterat & gariunt. Augustinus, aut Hieronymus sic dixit: Ambrosius sic dixit: ergo Lutherus est hæreticus. quia August. vel Ambro. dicta sunt articuli fidei. Ego certè fateor illam consequentiam non valere, sed hanc opinor valere. Nemo Luther sic vñquam dixit, ergo Lutherus est impudenter medax. At nec hanc negare potest ipse Lutherus: Lutherus negat ea, quæ Spiritus sanctus Ecclesiam docuit, esse articulos fidei: ergo Lutherus est hæreticus.

Verba Lutheri. *Quin & ipsi porci Thomistæ, inquit, coguntur concedere sèpius, sanctos viros errasse, & eorum auctoritas pro stabilitate fidei, & fulcienda conscientiæ, etiam communis sensus iudicio satis esse non posse.*

V A H vix tandem sensi stolidus, cur sibi tantum sumat Lutherus, cur sibi magis scripturæ sensu credi velit, ac fide, quām vniuersis sanctis patribus. Nunc rationem reddidit, vi. Imo ille delicit, quia illi sèpius errauerunt, ille errare potius non potest.

ID EO si quid in questionem trahat ipse solus, de quo ceteri consentiant omnes: ceterorum auctoritas omnium non sufficit ad fulcirem conscientiam. Quare? quia nemo est aliorum, qui non posset errare: sed auctoritas Lutheri sufficit. Quare? quia ille nō potest errare: tanquam cæcus aliquis diceret: Nemo est fere videntium, qui non erret aliquando in rerum coloribus, ego errare non possum. Si quis ergo nolit falli, de coloribus, dissidat ceteris mortalibus vniuersis, atque vni credat mihi: & hæc est, inquit, aduersus regia illa Thomistarū principia, generalis mea responsio, quam non sani esse hominis, non sanus iuret Orestes.

Repetit

Repetit quedam absurdā Lutheri dictā, quæ ab ipso in principio posita, author in hunc locum distulit.

C A P . X V .

QVANQVAM te iam diu lector fastidire scio totum genus, generalis responsionis istius, quam vides esse tam stupidam, vt non mirari non possis, quaenā in temperie temperarint hominem, quum cum non puduerit tanta cum iactantia, tam insane respondere: tamen orabo te, vt aliquid adhuc tēdij deuores, dum verba quædam ab illius libelli principio, in hūc dilata locum, recognoscas, ne ille me causari possit imitari se, & si quid ille robustum putat, id præterire silentio: aut tu me lector cœreas, vel tam obliuiosum vt non meminerim, quod initio sum pollicitus: aut tā thor que malæ fidei, vt nolim, quod promisi prästare. Porro quo minori tibi res fastidio sit futura pollicitur.

Iam persoluet au^t thor que initio est pollicitur. *Lutheri stultitia, quæ per singulas pene syllabas, asininas profert auriculas, tibi leuabit tedium. Agit igitur hunc in modum.*

Verba Lutheri. *Nondum intelligere possunt papistæ, pro qua remibi cum ipsis bellum sit. Frustra tot libellus à me editis, & palam testantibus, hoc solum à me queri, vt diuinæ literæ sole regnent, sicut dignum & iustum est, humanae vero inuentiones, & traditiones ē medio tollantur, ceu nocentissima scandala, aut exēcto veneno, & euulso aculeo, id est, vi cogendi & impetrandi, & conscientias illaqueandi, erupta, libera, & indifferentes tolerentur, ceu quelibet alia pestis, aut felicitas mundi.*

NI H I L audisti lector noui, sed idem, quod ante decies inculcatum, in generali eius responsione, decies, vt vidisti, reuictum est & confutatum, ne quid hic opus fuerit, eadē rursus repetere, tantum libuit admonere te, & sub oculis ponere, cuiusmodi res vocet ille, inuentiones & traditiones hominum. Nam eas ipse commemorat paulo post, quum ait.

Alterum genus de his rebus est, quæ sunt extra scripturam scilicet,

| | |
|----------------------|--------------------------|
| De Papatu, | De consiliorum decretis, |
| De doctoribus, | De indulgentijs, |
| De purgatorio, | De Missæ, |
| De Academijs, | De votis monasticis, |
| De episcopis idolis, | De traditionibus hominū, |
| De cultu sanctorū, | De sacramentis nouis. |

Tu in memoria lector habeto, que ante dixerit. *Verba Lutheri.*

Tā egrigie obsecro discernis zītaniam à tritico. *Et si quæ sunt similia scilicet zizania, per Sathanam, principatum idoli sui Romani, super agrū domini seminata: quibus Ecclesia, non modo potest saluberrime carere, verum etiam, ne consilii quidem, nisi careat, aut pro libero arbitrio vtatur.*

SÆPE audisti lector, eum omnia pro traditionibus hominum ducere quæcumque non sunt evidenter comprehensa scripturis. Nūc velut speciminis loco, vides eum producere, non papatum tantum, aut indulgentias, aut

omnia monachorum vota: quæ ipsa tollendo satis se sacrilegum esse docuisset: sed decreta cōsiliorum, sed doctores sacros, sed sacramenta, purgatorium, cultum sanctorum, & ipsam deniq; missam, quam alibi vocat merum portentum, idolum, lernam, mendacium, & ipsifam abominationem, in loco sancto stan-

Hic vides lector, quæ sint Lutheri traditio-nes ho-minum.

Hæc igitur omnia, nisi saltē liberasint & indifferentia: censer ne consistere quidem Ecclesiam posse: sic autem posse virunq; consistere, non aliter tamen, quām consistit homo cum peste. Quamobrem multo fore salubrius, vt velut nocentissima scandala, tollantur omnino, papatus, doctores, Academiæ, episcopi, cōsilia, monachi, traditiones hominū, sanctorum cultus, ac missa, sacramēta, spes omnis indulgentiæ, & metus purgatorij. Nam tum de-

mum Ecclesiā fore felicissimam, si sublatō papatu, & cōsiliorum decretis, & monasticis votis, & Academijs omnibus, & omnibus omnino doctoribus, populus neq; legibus regatur, neque pareat magistratus, neq; doctores audiatur, sed adeo liber sit, & effrenis, euangelica libertate scilicet, vt neque cogatur quisquam, neq; iubeatur, neq; consulatur, neq; doceatur quicquā, nec sanctos colat, & sacramenta contēnat, missam vero, hoc est sanctis cæremonijs oblatū Christi corpus, abominetur etiā, quod quo possit impunis, credat tantum horum nihil libero se arbitrio facere, sed omnia mala imputet Deo, firmam habeat fidem in promissione Dei, quicquid omnino fecerit, saluum se fore per baptisimū, ita si crediderit, beatus erit, & felix. Namque metus omnes, & inexorabile fatum subiecit pedibus, strepitumq; Acherontis Auerni. Nam purgatorium, nihil miror, si non metuit: non est profectō, cur metuat, qui isthac fide fuerit, & ad istum viuat modum.

Quo pa-
cto futu-
rum felici-
ces Chri-
stiani Lu-
thero vi-
deantur.

Fides Lu-
therana.

Refellit Lutheri calumniam, qui mentitur falso regem imputasse ei heresim hanc, fidem solam sine operibus ad salutē sufficere.

C A P V T X VI .

SED hoc in loco non est omittendum, quod Lutherus calumniatur principem, quasi heresim hanc, falso imputet ei: Fidem solam sine operibus ad salutem sufficere. Et hoc dicit, regē falso de se dicere, quum ipse rursus idem dicat, in isto eodem libro, quo respōdet Regi, in quo verba sunt eius eiusmodi.

Vnus furor est huius populi sacrilegi, velle per opera corā Deo agere, & non sola fide. Vnde necesse est Lutheri. Christum negari, & fidem eius exinaniri.

QVID his verbis apertius? & tamen iste, quum idem rursus ingeminet, non dubitat, ac si nunquam id dixisset, verum in contrariam semper sententiam disputasset, Regem nebulo conuictijs impetrere, quia dixit, eum id dixisse

O dixisse

THOMAS MORVS

- Verba Lutheri.** dixisse pridem, quod iam dicit denuo.
Progenies inquit, ista viperæ, ingenium nature refert, & parentum suorum exemplum imitatur. Sic enim & Paulus, cum docuissest sola fide sine operibus infliscari omnes filios Adam: ut scribit Rom. 3. Qui dicunt nos docere, faciamus mala, ut veniam bona. Sed quod manet illos iudicium? quorum, inquit, damnatio iusta est. Quid & ego meo Basiliaco dicam, de suo mendacio, nisi idem damnationis iudicium?
- QVIS** non planè sit impius, qui Lutherum damnet, hominem Pauli sodalem, & qui non aliter stilum temperet, quam quorum lingua temperabat Deus? Nam & rursus ait paulò post.
- Verba Lutheri.** *Orbi toti confiat me de fide, de charitate, de operibus, semper eadem docuisse, & scripsisse, licet vsu & studio de die in die magis ac magis proficeret, & easdem res nunc sic, nunc sic tradiderim, aliquando clarius, alibi locupletius, alibi copiosius, et varie tractarem, quomodo & sacra literæ easde retractant.*
- Ecce vir sacerrimus,** qui nobis nouas tradit sacras literas, quibus eam debeamus reverentiam, ut si quid manifestè blasphemet Deum, & qui boni, consulamus, certi nos potius falli, & sensum tanti patris nos posse capere, quam virum sanctum, & qui certum se dicit, suā habere doctrinam de cœlo, quicquā sentire perperam: atq; idē potius credamus, & albū esse simul & nigrū, quam diuū Lutherū sibi quicquam esse contrariū. Nam si Paulo, qui ne quis ansam malè sentiendi capiat, interpretatur se, non possit imputari, quod malè senserit. Cur non itidem Lutherus excusetur, qui damnatus male sentiat, eandē identidē repetit? Et si de Paulo recte sentimus, cuius pietas facit, ne dubitemus eū in verbis dubijs, indubie recte sensisse: cur nō impetrē Lutherus, vt cuius impietas reddit nō ambigua modo, verū eius etiā be nedicta propemodū iure suspecta, interpretemur in bonā partē, quecunq; scribit aptē male.
- Quām stolidus Lutherus tergiuersetur, de operibus, & fide, impudenter singens, verba sua per-** *peram calumniari principem.*
- C A P V T X V I I .**
- Verba Regis.** **N**AM de operibus & fide quid sentiat, ne quisquam dubitare possit, subscribā ea, quibus prudentissimus princeps istā nebulōis impietatē elegatissime redarguit.
- N O N** est, inquit, hoc Lutherū nouum, in rebus notis, tanquam nouis nugari. Qui, post quam hanc fidem verbis multis ostendit: deinde fidei diuitias in hoc extollit, vt nos redat pauperes bonorum operum, sine quibus, ut beatus Iacobus ait, fides omnino mortua est. At Lutherus sic fidem nobis commendat, vt non solū permittat nobis vacationem ab ope-
- ribus bonis, sed etiam suggerat audaciam, quam cuncte facinorum. Ait enim.
- Iam vides, quam dives sit homo Christianus, siue baptizatus, qui etiam volens, non potest perdere salutem suam, quantum cuncte peccatis, nisi nolit credere. Nulla enim peccata eum possunt dammare, religio nisi sola incredulitas.*
- O** vocem impiam, & omnis impietatis maxime, ita per se exosam, pijs auribus, ut non Regis sit opus eam redarguere. Ergo non damnabit adulterium, non damnabit homicidium, non periuriū: si tantum credit se quisquam saluum fore, per virtutem promissionis in baptismate? Nam hoc dicit apertissimè: neque quicquam corrigit hanc sententiam verba quæ statim subiungit: immo verius augent, ait enim:
- Cetera omnia si redeat, vel sicut fides, in promissione diuinam baptizato factam, in momento subsorbentur per eandem fidem, immo veritatem Dei, quia seipsum negare non potest, si tu eum confessus fueris, & promittenti fideliter adhaeris.*
- QVIBVS** verbis, quid aliud dicit, quam Verba quod dixit prius? si absit incredulitas, cetera Regis flagitia omnia, in momento absorberi in sola fide, si confessus fueris Christū, & eius promissioni fideliter adhaeris, hoc est, firmiter consideris te saluandum per fidem, quicquid feceris. Et quo minus dubites, quo tendat:
- Contrito (inquit) & peccatorum confessio deinde & satisfactio, & omnia illa hominum excoigitata studia, subito te deferent, & infelicio redent, si in ipsis tete distenderis, oblitus veritatis huīus diuinae. Cuius veritatis nempe huius, quod nulla peccata possunt te damnare, nisi sola incredulitas.*
- QVÆ** Christiane ferent aures, pestilentialē hunc serpentis sibilum, quo baptismū non in aliud leuat, quam vt premat penitentiam, & baptismatis gratiā, statuat impune peccandi licentiam?
- A V D I S T I** Lector, quid ei princeps imputet: immo verō quid sua ipsi verba imputent, atque id tam aperte, vt ne adhuc quidem colorē ullum inuenerit, quem cōtra posset opponere, & tamen impudens, velut nihil audis- minis est fer, & idem dicit rursus: & simul queritur im- qui neq; putari dictum, perinde ac si nūquam dixisset. loqui libens ve- Quod si videri vellet sensisse de fide formata lit, neq; charitate, quā necessario sequantur opera bona, quanq; id sensisse non potuit, qui nō solum potest. toties clamat, sufficere fidē solā, sed etiā remo- Quo cō- uet opera nominat, velut prorsus inutilia, fugies ac manifestē clamitat, nulla peccata, nulla Luthere? quantūvis ingentia scelerā posse dānare Christianum, præter solam incredulitatē: princeps tamen vt nullum prorsus effugium relinqueret hæretico, rursus audi, quid dicat.
- D E I N D E**, quū dicit, quod per opera nō Verba satisfit Deo, sed sola fide: si sentit, quod nō per Regis sola

Hoc ali-
quid n*on*-
tul est.
sola opera, sine fide, stulte bacchatur in sedem Romanam, in qua nemo fuit vñquā tam stultus, qui diceret, opera sine fide satisfacere. Sin opera sentit superflua, & fidem solam sufficere, qualiacūque sint opera, tum verò dicit aliquid, & verè dissentit a sede Romana, quē credit diu Iacobo, quod fides sine operibus mortua est. Videtis igitur, quām inepte se commouet Lutherus, qui sic inuehitur in Romanam sedē, vt semet interea vel stultitiae retibus vel impietatis inuoluit. Quāquam profecto propinquius opinor est vero, Lutherum sentire fidem semper absque operibus bonis, satis esse ad salutem. Nam id illum sentire, cum ex alijs locis multis euidenter liquet, tum ex eo, quo dicit.

Verba
Lutheri. *Opera Deus nihil curat, nec eis indiget. Indiget autem, vt verax in suis promissis à nobis habeatur.*

Verba
Regis. *QVIBVS verbis, quid senserit Lutherus, viderit ipse: ego certè Deum credo, & fidem nostram, & opera nostra curare, & neque operibus nostris egere neq; fide. Nā vt bonorum nostrorū nō eget, qui Deus est: ita curam habet omnium, quæ faciūt homines: qui aliud ab his fieri vetat, aliud iubet, sine cuius cura, ne vñus quidem passer cadit super terram, quorum duo vñcunt dipondio.*

Vt ipsū
libentius
sequuntur
plures. *E C C E, quid vñquam legisti candide lector apertius, quām quod ex Luthero tibi produxit princeps? Aut quid vñquam vidiſti pestilētius? Quod si Lutherus videri velit aliud sensisse, q̄ scribit, cur sua verba ne nūc quidem interpretatur sanius? Si nō cēset esse peccādū, cur impunitatē peccandi pollicetur? cur orbē totū ad peccandi securitatem inuitat? Si neget hoc habere sua scripta, ecce, princeps produxit loca, quæ & per se manifesta sunt, & princeps tamē interpretatione fecit clariora. Lutherus ostēdit ita legiſſe se. Si princeps igitur alio torquet eius verba, q̄ debet, cur ipse tā timide rētantā transilit? Cur ipse vicissim non ostendit, quæ verba deprauet rex, quid assuat per calūniam: quod ipsius verba non habeant ē. Fecis- set istud haud dubie lector, homo versipellis, nisi constrictum se vidiſſet angustius, quām vt quicquam haberet effugij, quo se posset verte-re. Nam quōd ita quidam conantur eum tueri, quasi non quēlibet opera censeat contemne- da, sed duntaxat opera legis. Si legē vocat precepta, quæ Moysi data sunt in tabulis, in eodē luto hæſitat. Neq; enim sine illis etiānum ſuf- ficit fides, niſi ſe fingat infantibus ita ſcribere, aut morionibus, quos à p̄ceptis implēdis ex- cusat inficiā. At de cæremonijs legis, aut quo- modo vocant legalibus, non potuit ita blate- rare. Quippe qui nō ignorat, neminē eſte tam ſtultum nunc, vt ad ea ſe censeat obligari.*

Vtima
Lutheri
latebra. *Quanquam fruſtra laborat eius fautores ſto- lidū iſtud dogma quoquā lenire glosſemate, non vult Aethiops iſte dealbari. Nam quē co- lorem recipiet iſtud, quod non ſolum conten-*

dit, nihil valere opera bona, ſed etiā nihil nocere quæcunq; opera mala. Nulla, inquit, peccata poſſunt dānare Christianum, niſi ſola in- credulitas. Certè ſi Lutherus quicquā de Chri- ſto crederet, nunquam talia fuſſet auiſus cogi- tare. Sed voluit videlicet homo pius, mūdum traducere à bonorum operum fiducia, in fi- ducliam fidei: quāl populus tam aſiduus eſſet in bonis operibus, vt inde periculum fuerit, ne quīque ſibi niſium videretur ſanctulus. Ei igitur malo vt mederetur, iubet, vt tantū credant Christo ſe ſaluos fore per ſolam fidem, & negligant proſuſ, non ſolum c̄eremonias, ve- rum etiam opera bona quæcunq;. Imo quo libentius oblectētur in libertate fidei, cognof- cant, nihil nocere credenti qualiacunq; ſce- lera. Nulla enim peccata poſſe damnare Chri- ſtianum, p̄ter ſolam incredulitatem. O Sa- than Sathan, aperuit regi Deus altutias tuas, quas per os Lutheri moliris, vt euangelica li- bertas niſi sit aliud, quā infrenata licētia, qua populus Christi p̄ceps decurrat ad inferos.

*Taxat Lutheri improbā ſtultitiam, qui
leges omnes ceneſat abrogandas.*

CAPUT XVIII.

NAM iſtius hæreſeos, velut appendix quādā eſt p̄eclarā iſta ſententia: qua leges omnes humanas vellet extītas. Imo iam negat, earum omnium vñlam obliga- re Christianum quenquam. Sic enim ſcribit in captiuitate Babylonica.

Dico itaque, neque Pāpa, neque Episcopus, neque Verba vñli hominum, habet ius vñius conſtituende ſyllabæ Lutheri, ſuper Christianum hominem, niſi ſiat eiusdem cōſen- ſu. Quicquid aliter fit, tyrrannoſi ſpiritu fit. ideo ora- tiones, ieiunia, donationes, & quæcunq; tandem pāpa, percom- in vñliteris ſuis decretis, tam multis, quām iniquis ſtatuit et exigit, proſuſ nullo iure exigit, & ſtatuit, peccatq; in libertatem Eccleſia toties, quoties ali- quid horum attentauerit.

Hanc nebulonis infaniam princeps hiſ ver- bis attingit.

D E L E G I B V S verò, demiror homi- **Verba**
nem p̄e pudore, tam absurdā potuſſe cogita- **Regis.**
re, quāl Christiani peccare nō poſſent, ſed tam perfecta fore, tanta multitudine credentium, vt niſi decerni debeat, vel ad cultum Dei, vel ad vitanda flagitia. Sed eadem opera, & ea- dem prudentia, tollit omnem potestatē, & au- thoritatē principum, & p̄elatorum. Nam quid faciat rex, aut p̄elatus, ſi neq; legē po- test ponere, neq; poſitā exeq;, ſed populū abſq; lege, velut nauis abſq; gubernaculo fluctuet. Vbi eſt ergo illud Apoſt. Omnis crea- tura po- ſtatis ſublimioribus ſubiecta ſit? Vbi illud: Obediſt p̄e p̄oſtitis vestrīs, ſiue regi, quāl p̄e- cellētis et que ſequūtur. Curigitur ait Paulus: Bona eſt lex? Et alibi: Lex eſt vinculū p̄fectio- nis. Pr̄terea, cur ait August: Non fruſtra ſunt

Ó ij instituta,

THOMAS MORVS

Verum, sed Luther⁹ hęc tolli ve-
lit, vt ma-
lus im-
pune sit.

Nūquid
hūc da-
nas Lu-
therē?

Dissimu-
las ista
Luthere

Hoc tan-
tū agit:
vt ne co-
gatur ip-
le parere
Acu rem
tangit
Rex.

instituta, potestas regis, & cognitoris ius, vngula carnifis, arma militis, disciplina dominatis, feueritas etiam boni patris! Habent omnia ista modos suos, causas suas, rationes, vtilitates: & hęc cum timentur, & mali coercentur, & boni quieti inter malos viuunt. Sed de regibus dicere supersedeo, ne videar meā causam agere. Istud quero: si nemo, nec homo, nec angelus, potest super hominem christianum legem ponere, cur tot leges ponit apostolus, & de legendis episcopis, & de viduis, & de velandis fœminarum capitibus? Cur statuit: ne fidelis coniux, ab infideli discedat, nisi defetur? Cur audet dicere: Ceteris dico ego nō dominus? Cur exercuit tantam potestatem, vt fornicarium Satanę iuberet tradi in interitum carnis? Cur Petrus Ananiam & Saphiram, simili poena percussit, quod ē sua ipsorum pecunia, paulum reseruassent sibi? Simulta statuebant Apostoli, præter speciale præceptum domini, super christianum populū, cur non idem propter populi commodum faciat hi, qui succellerunt in Apostolorum locum? Ambrosius Mediolanensis Episcopus, vir sanctus, & nihil arrogans, iubere nō dubitauit, vt per suā dicesim, coniuges in quadragesima coniugalibus abstinerent amplexibus: & indignatur Lutherus, si Romanus Pontifex, successor Petri, vicarius Christi, cui Christus, velut Apostolorum principi, tradidisse creditur claves Ecclesiæ, vt cæteri per illum intrarent, & pellerentur, ieuniū indicat ac preculas? Nā quod suadet corpore parendum esse, animo retinēdam libertatem: quis tam cęcus est, vt strophas istas non videat? Cur ignem gerit, & aquam homo simplex & sanctulus? Cur iubet, velut Apostoli verbis, hominum seruos non fieri? hominum statutis non subiici? & tamen parere iubet, pontificis iniuste tyrannidi? An Apostolus hoc pacto prædicat: reges nihil iuris habēt in vos: iniustum feratis imperium: domini ius non habent in vos: feratis iniustā seruitutem? Si Lutherus parendum esse non putet, cur parendum dicit? Si parendum censet, cur ipse non paret? Cur homo versipellis talibus ludit technis? Cur in Pontificem, cui dicit obedendum esse, conuijjs insurgit? cur tumultū suscitat? cur in illum concitat populos, cuius vel tyrannidem (vt vocat) fatetur esse ferendam? Profectō non ob aliud, opinor, quām vt fauorem sibi conciliat improborum, qui suorum scelerum impunitatem cuperent, & eum, qui pro libertate eorum iam decertat, caput ipsis instituerent: & Ecclesiam Christi, tam diu supra firmam petram fundatam, diuiderent, & Ecclesiam nouam, ex improbis & flagitiis conflatam, erigerent: contra quam exclamat Propheta: Odiui Ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo.

Q V I D ad hęc respondit iste? profecto, id quod potuit: hoc est, omnino nihil. Quis enim color dici potest, aut fingi, pro re tā ab-

surdā? Et tamē hominē stolidissimū nō pudet, eam toties afferere, tanto supercilio, tanquam aliter sentire sit nephas. At sibi visus est, præ- Stolidis- clarē moderatus, ineptissimam sententiam, finū do- quum VVormatię responderit, ita demum le- gma sto- gem euangelicam vnam satis esse futuram, & lide mo- leges humanas inutiles, si magistratus essent deratur. boni, & fides verè prædicaretur. Quasi vel op- timi magistratus possent efficere, vt aut totus populus Christianus viuere vellet in communi, aut mali nolint furari, aut vlla fidei prædi- catione posset impetrari, vt nulli visquam sint improbi. Si lex euangelica furtum non per- mittit, certè nec inutile est lex humana, quæ furtū punit, & obligat Christianos lex huma- na, quæ sola rerum proprietatem diuidit: qua sublata, nec esse quidem furtum potest. Quod si dicat inde argumentum trahi, quod ut ilius careremus ea lege, vnde rerum proprietas na- scitur, atque in communitate quadam naturali viucremus, sublata furandi materia, nihil adiuuat causam eius, etiam si quis istud ei conce- deret. Nam in communi quoque & si viui pos- set multo paucioribus: tamen viui non posset omnino sine legibus. Nam & certis ordinibus laborandi foret præscribenda necessitas, & le- gibus coercenda flagitia, quæ in illa quoq; vi- ta grassarentur. Nunc verò si verissimè prædi- cata fide, sicut verissimè prædicabant Apostoli: ad hęc optimis magistratibus vndique præ- fectis populo christiano: tamē & manere pos- set rerum proprietas, & multi manerent im- probi, negare non potest, quin lex humana christianos obliget, ne quid ali' eriperet, quod lex alij diuiserit: nec inutile puniendo sit, si quis furtum admiserit.

Responde
Lu here. N A M quod ait in Babylonica, magistra- tus bonos & prudentes, naturę ductu melius rem administratos, quām legibus: quis non videt, quām sit absurdum? Istud Lu A bonus magistra- tus minus æquus erit in lege condenda, quām there dif in reddendo iudicio, in quo plura possunt oc- currere, quæ corrumpant innocentia? Ut non illud interim dicam: quod vix vllum iuste red- ditur iudicium, quod non ex aliqua lege lata redditur. Nam neque lex euangelica diuidit possessiones, neq; sola ratio præscriptibit formas discriminandi proprij, nisi rationi cōsensus ac- cedat, atque is in communi forma commercij mutui publicus, qui consensus aut coalescens vsu, aut expressus literis, publica lex est. Leges ergo si tollas, & omnia permittas libera magi- stratibus, aut nihil neq; præcipient, neque ve- tabunt, & iam inutiles erunt magistratus, aut naturę suę ductu regēt, & pro imperio quid- libet exequentur, & iam nihil populus erit li- berior, sed seruitutis cōditione deterior: quā- do parendum erit non statis & certis legibus, sed incertis ac mutandis in diem voluntati- bus. Atq; istud oportet accidat etiam sub opti- mis magistratibus, quibus, vt optima præci- piant, tamen populus aduersabitur, atque obmur-

obmurmurabit, ut potest suspicis, quasi non ex aequo bonoque, sed ex libidine cuncta gubernent. Nunc vero quum Lutherus ipse fateatur, nullos usquam magistratus inueniri posse, quinon sint homines, hoc est, nec ciuibus, nec sibi satis explorati, quales intra triuam sint futuri: quam prudenter consulit homo sapienter omitti leges, & cuncta permitti magistratibus, tanquam sic vieturo in libertate populo.

I A M illud obscuro, quale est, quod ait: Neq; papa, neq; episcopus, neque ullus hominu, habet ius vnius constituta syllabae, super Christianum hominem sine ipsius consensu. Taceo interi de Papa, & de ipsis, quibus Deus potestatem dedit, ut multas syllabas statueret, quibus populum promouerent in cultu Dei: consideremus leges ciuium. Si nemo habet potestatem condendi unam syllabam super hominem Christianum, sine ipsius consensu: neque Rex, neque totus populus, ullam potest condere, quae valeat in quenquam, qui dissuasit, rogatam. Felices ergo sunt fures & sicarij,

O felices fures.
Stolidu Lutheri caput.

qui nunquam sic insaniunt, ut in legem consentiat, qua poenas det. Quin hac ratione non videt prudens pater, quod si omnes ad unum consentiant, tamen diutius valere non possit lex, quam donec nouus ciuis natus sit, aut inscriptus in ciuitatem. Sed ille nihil aliud sentit verè praedicari fidem, quam ita praedicari, ut sepe iam praedicavit ipse, nempe solam fidem sufficere, non solum sine bonis operibus, sed etiam cum quibuscumque sceleribus, quae nullo modo (ut ait) dñare possunt Christianum quęquam modo sicut, aut redeat fides: Hoc est nimurum, si vel interea, dum committit scelus, credat tamen id, propter fidem in promissione Dei, sibi nocere non posse: Aut si minus firmiter id crediderit in committendo scelere: atq; ideo propter infirmam fidem, scelus comisit timidas, redeat saltem fides, peracto scelere: ne commisisse poeniteat, & frustra se conterendo torqueat. Certè si istius Lutheranæ fidei prædicationi populus haberet fidem, propediem verum diceret, quod nullæ leges obligarent quenquam, sed populus absque lege, quævis prouolaret in scelera.

Brevis authoris epilogus.
Quid a-
pertius?

I A M vides lector, quam sapienter homo prudens amoliri studeat omnes leges humanas, & quanto cum fructu populi Christiani. Vides item, quanta ratione, quibus scripturæ testimonijs fulsit decretum suum, contra doctorum omnium, contra bonorum omnium sententiam, contra publicum totius orbis consensum. Vides, ut in ea re, in qua vix illa ratio potuit satis esse fortis, vir iste sagax nullā prorsus rationē afferat, nullū scripturæ testimonium: sed qui alijs falsò imputat, quod sibi solis credi postulent, ipse, ut sibi soli credatur, postulat, contra totum orbem, contra manifestas rationes, contra sacrarum testimonia scripturarum, idque cum populorum omnium summa & inequitabili pernicie. Atque hec in legibus huma-

nis, quæ veræ sunt traditiones hominum. Nam ea, quæ in ipsis catalogo recensentur, tanquam traditiones hominum, atque ideo, ut censem, tanquam pestes aliquæ tolerandas sint, aut omnino tollendas tanquam nocentissima scandala: iam ante probatae sunt, esse traditiones Dei, partim scripturis ipsis comprehensæ, partim viro Dei verbo traditæ. Atque id probatum est ratione, scripturis, & quod fortissimum est aduersus Lutherum, ipsius confessione Lutheri. Nisi aut rursus neget, quod fassus est, hoc Ecclesiæ habere à Deo, ut verba Dei decernat à verbis hominum, aut aliam proferat Ecclesiæ catholicæ: qua docente cognovit Euageliū, aut probet nobis nihil Ecclesiæ didicisse sine scripturis, contra illud Evangelistæ: Non omnia scripta sunt in libro hoc. Et itē illud Apostoli: Seruate, quæ præcepi vobis, siue per sermonem, siue per epistolam. Item illud, ab eodem commemoratum Apostolo: Dabo leges in cordibus eorum, & in mentibus eorum super scribam eas. Et illud item Christi: Spiritus paracletus cum venerit, ille ducet vos in omnem veritatem. Aut nisi probet nobis Lutherus, totæ states sanctorum patrum temporibus, Christum Ecclesiam deseruisse, & fidem protinus ab Apostolis defecisse, contra illud: Oravit Christus, ne fides Ecclesiæ desiceret: & tanquam Lutheru similis esset ac mendax veritas ipsa, quæ dixit, se cum Ecclesia futuram perpetuo, usque ad consummationem seculi. Hæc nisi nobis euertat omnia, quæ princeps ei obiecit omnia: quæ Lutherus haetenus dissimulat omnia: nec ob aliud dissimulat omnia, quæ quod sibi conscientis est, nihil habere se quicquā, quod ad eorum quicquam omnium respondeat, hæc inquam omnia, nisi Lutherus planè faciat. ego planissimum tibi lector feci, imo regem fecisse, planè demonstravi tibi, id quod initio promisi tibi, istum non tantum traditiones hominum tollere, etiam eas, quibus debet obtemperare: sed etiam tollere traditiones Dei, quas os impurum nebulonis insanissimi cōtumeliosa blasphemia pestes appellat, & nocentissima scandala.

Offendit Lutherum id unum agere: ut demonstratur scripturas ipsas, pro quibus simulat se pugnare.

C A P. XIX.

NVNC videamus, an non scripturam sacram ipsam, pro qua se pugnare simulat, quibus potest machinamentis oppugnet. Primū, ut omittā quam p̄assim pesime, q̄ passim stolidæ scripturas torqueat in defensione pernicioſorū dogmatū: quid magis potest aut manifestius euertere totā vim fructumq; scripturarū omniū, quam id quod iste manibus pedibusq; molitus, ut nemo quicquā de scripture sensu doctorum cuiquam credat, nihil sanctorum cuiquam patrum, nihil vniuersitatis

THOMAS MORVS

uersis credat, nihil toti credat Ecclesie, ab ipsis Ecclesiæ incunabulis in hunc usq; diem consentienti, sed opponat omnibus sensum quisque suum? Quem fructum afferent scripturæ, si tantum sibi qui quis arroget, ut in eis intelligendis suo innaturat sensui contra cæterorū omnium, ut nulla prorsus authoritate moueat, quo minus ex affectu & libidine metiatur scripturas? Hic plane aperit fenestram, qua se precipitet populus in perniciem. Quæsote Lutheri perfidore tuum, si tu in illa tempestate vixisses, qua procellis Arrianis agitata est ecclesia, suasisses ne, quod suades nunc: ut quilibet è vulgo se putaret idoneum, qui de illa lite iudicaret, & sibi quisque crederet in scripturis intelligendis, quas legeret? & floccifaceret sanctorum patrum iudicium, qui fuerunt in consilij, in quibus damnatae sunt heresies: ut cum fatearis ibi Christum esse, vbiunque sunt duo vel tres congregati in eius nomine: ibi neges esse, vbi sunt eodem nomine congregati sexcenti, idque ex omni parte Christiani populi?

Lutheri consiliū. Sed quis tam cœcus est, ut hac in parte non videat, non aliud tibi consilium esse, quam ut sublata prorsus authoritate consensus publici, possis ex temeraria priuatorum dissensione tumultum suscitare? quo tibi liceat aliquos inuenire tam stultos, qui sibi liberum putent, impune contra fidem cæterorum omnium, vni fidere nebuloni tibi. Cōtra quem, ne quid scripturæ valeret authoritas, nō id solum agis, vt sensum sacrarum literarum quisque trahat in dubium, & contra sanctorum patrum omnium, contra catholicam totius Ecclesiæ sententiam, sium tucatur somnium, verum etiam contra sententiam beati Pauli Apostoli.

HÆC tu fortasse lector sic intelligis tanquam prebeat audaciam Lutherus, non agnoscendi, quid sentiat Paulus, & dicendi non hoc sentit, hoc aut illo loco Paulus, quod eu sentire credit Ecclesia. Imo lôge aliud lector, quanquam nec illud esset ferendū, sed iste non veretur, quum Paulus quippiam è scriptura sacra pertinere docet ad Christum, nihil vereatur inquam, rursum in dubium trahere, & controuersam facere sententiam Apostoli, & dicere: Paulus illud fortasse non ex Deo dixit, sed ex sensu proprio. Itaque recognoscere nebulon, verba sacrilega, quibus in captiuitate Babylonica, verè captiuus in seruitio dæmoni tu scripturas inuertis, & blasphemas Apostolum. Sic enim blateras.

Verba Lutheri. Paulus Ephes. 5. verba illa de matrimonio, Genes. 2. dicta, vel proprio spiritu ad Christum trahit: vel generali sententia etiam spirituæ e matrimoniū Christi in eo traditum docet.

Satā syn- O Sathan Sathan, quanto syncerius adhuc cerius al scripturā tractas tu, quam discipulus tuus Lutherus? Etenim, quanquā vno textu, per frauduras, q; de conatus es abuti, tamen quæ scripturæ verba pertinebant ad Christum, ea ad Christum

retulisti. Scriptū est, inquis, de te: Angelis suis Deus mandauit de te. At Lutherus, quæ scriptura pertinet ad Christum, eam non ipse modo Christo non tribuit, verum etiam Apostolo tribuenti minuit, quoad potest, fidem. Exulta Sathā, habes discipulū, qui Christi quoq; Inueni verbum faciat dubitabile. Nam quum ille disti viuēcat: Non est discipulus supra magistrum, sed secundū sufficit ei, si sit, sicut magister suus: Luthero cortuū discipulo tuo non sufficit, si sit mendax, & sy-cophata, Sathan sicut tu, sed longe contendit superare te. Itaque quum primum conetur eleuare authoritatem sacramenti, ex eo quod videri vult: si locus ille Geneseos quicquā pertineret ad Christum & Ecclesiam, non pertinere saltem, nisi tenuiter, quadam quasi generali sententia, ne quid ad eam rem putetur pertinere proprie, conscius tamen Paulum non sic accipi posse, quum tam accurate tot modis exaggeret eius sacramenti magnitudinem, ex illo loco Geneseos de Adam copulato cū Eva, tam proprie, tam germane relato ad matrimonium Christi cum Ecclesia, quid facit nebulo? quid id quo nihil ad euertendam vim scripturarum omnium potuit excogitare pestilientius. Paulus, inquit, locum illum, proprio fortasse sensu, ad Christum trahit. O nebulo! En quo nebulo, scrupulum injicis, quasi non ex Dei modo spiritu, sed proprio, videlicet humano (quem scriptoties appellas mēdaciēm) scripturas interpretetur Apostolus, nec interpretatur modo, sed etiam trahit, tanquam in diuersum ob-torto collo, torqueat renitentes. Hoc est, quod scripturis defers, qui nihil te credere iāetas, præter scripturas? Qui nihil aliud nisi scripturas recipis, scripturas recipis sic, vt de sensu earum nec ipsis credas Apostolis, qui scripturarum sensum didicerunt à domino? At quædam, inquis, à Christo dicunt, quedam à capite suo, & illa credi necesse est, de his dubitari potest. Det ergo nobis regulā reuerēde Regula frater, vestra fraternitas, qua discernamus illa, neceſſa- quæ Apostoli interpretantur è sensu Dei ab ria scrip-tis, quæ trahunt ac torquent in scripturis sensu proprio. Audio vos domine doctor, dare nobis regulam talem: quod indubie standum sit in sacris literis interpretationi Apostolorū & Evangelistarum, vbiunque addunt interpretamentis suis: Hæc dicit dominus: Cætera verò, quæ dicunt, dicere se, imo trahere, vel torquere scripturas, quo volunt, ex sensu proprio, hoc est humano, nec illis in talibus esse credēdum: quia omnis homo mendax, quem-admodum in isto furoso libro vestro blateratis, prius de Hieremia, Esaiā, Heliā, & Ioanne Hiero- Baptista. Ergo loca omnia, quæ ex prophetis, iō, Heliā, vel quocunque loco scripturæ toties allegant Ioanem Evangelistā, toties producunt Apostoli, pro Baptista Christo, controuersa facit unus nebulo, & Lutherus, viā aperit omnibus, ut negent hæc fuisse præ-mēdaciē de Christo, sed quæ prophetæ scrip-terunt de alijs, ea proprio sensu Euangelistas, & Apostolos

Apostolos ad Christum detorsisse. Quid hoc est lector, si non est aperte scripturas oppugnare?

S E D age tamen, sit illud, si voles, nihil: permitto Lutherem tibi, qui deterior es: quam cui vllū pene virtū virtū sit. Permitto, inquam, tibi, vt leue sit, omnes doctores sanctos contemnere. Permitto, vt documentum non sit hostilis in scripturas animi, quod niteris ac laboras, apostolorum interpretationes reddere suspectas omnes. Illud faltem, nemo profrus erit tam stupidus, vt non sentiat, quam aperte, quam recta tēdat in expugnationem scripturarum omnium, quod scripturam indubie sacram, non dubitas impius, velut prophanam pellere. Imo, quod est adhuc detestabilius: si concesseris esse canoniam, & apostoli scriptā calamo, audes negare tamen, fidem adhibendam esse, & os in cōlum ponens, lingua maledica, blasphemare non vereris apostolum. Rursus itaq; recognoscere nebulo, verba sacrilega, quibus, quū te suis verbis vrgeret apostolus Iacobus, in sacramento vunctionis extremae, tu velut communis cōgressus cū apostolo, in apostolū Dei scurra turpissime, oris impuri latrinam exauris.

Lutheri verba cōtra beatū Jacobū Apostol. Omitto, inquis, quod hanc epistolam non esse Iacobī, & apostolico spiritu dignam, multi valde probabiliter afferant, licet consuetudine autoritatē, cuiuscunq; sit, obtinuerit. Tamen, inquis, si effet apostoli Iacobī dicerem, non licere apostolum, sua auctoritatem sacramentum insituere, id est, diuinam promissionem cum adiuncto signo dare. Hoc ad Christum solum pertinebat. Sic Paulus sese acceptissimā domino dicit, sacramentū Eucharistie, & missum, non vt baptizaret, sed vt euangelizaret. Nusquam autē legitur in euangelio, vunctionis iſius extrema sacramentum.

R E L E G E quæso lector, quid in hęc verba scripsierit princeps. Ibi statim reperies, in quam paucis Lutheri verbis, quā multa princeps repererit, atq; reuicerit absurdā. Ostendit enim, quod Lutherus improbe reprehendit ecclesiam, quod impie redarguit apostolū, & ipse quoq; stolidē contradicit sibi. Atq; hęc tria in tribus fere versibus omnia, vt nullius vñquam fuerit tam admirāda prudentia, quā sit istius demiranda stultitia. Quid dices hic Lutherē? Quem cuniculum prospexit tibi, per quem polsis effugere? Negabis eum, quis quis illam scriptis epistolam, manifeste sacramentum describere: & extua ipsius sacramē-

Atqui nisi in finitione discedes, quod cōstare voluisti, ex sensibili signo, & promissione gratiæ aperte comprehensa in sacris literis? An quod fecisti negabis illam epistolam in sacris literis numerandā? At eadem ecclesia que inter sacras literas numerat euangelia, eadē inquam Ecclesia inter sacras literas numerat hanc epistolā. Quia in re tu mentiris, siue falli potest Eccle-

sia, siue falli non potest. Si potest falli in dignoscendis Dei verbis, ipse mentiris, qui eā das, in eo falli non posse: si falli nō potest, mētiris rursus, qui dicas probable esse, hanc epistolā non esse apostolicā, quā Ecclesia probavit pro apostolica. Quid restat igitur: nisi vt dictū reuoces, & neges rursus, ecclesiam posse Dei verba discernere, & in dubiū voces etiam Paulinas epistolās, & euangelia? Et qui nihil cōtendis certum esse præter scripturam sacrā, iā ipsa scriptura sacra nihil reddas incertius.

Sed illud adhuc nocentius, quod ausus es etiā cōtēnere, si fatereris epistolā esse apostoli videlicet, opinor quod nostri sunt apostoli, non nos illorum, iuxta illud quod tam stulte profers quam sēpe, omnia enim vestra sunt, siue Apollo, siue Cephas, siue Paulus. Non est ergo, inquies, nostrum iudicari ab illis: sed illos iudicare. Quomodo igitur dicas Lutherē, hoc agere te, vt lolis credatur scripturis, qui manifestam scripturā non admittas pro scriptura? Quod si nullam scripturam rejceres, tamen, quum vniuersos interpretes floccifacias, codem reuolueris, quando nihil omnino credis, quod non clarescat scripturis euidentibus. Nam quæ vñquam scripturæ

Claudim
clavo pel
lis Luthe
re.

satis euidentes erant, si positis effici, quod tu conaris, vt nihil valeat bonorum, atq; eruditōrum sententia, aduersus interpretamenta, vel imperitorū stolidā, vel vafra improborū? Quis non videret hoc factū fore vt nihil omnino probari possit è scriptura sacra, homini tam amenti, vt scripturæ mentē aut nequeat, aut nolit intelligere? Imo nihil tam absurdū esse, nihil esse tam impium, quod non aliquis tui similis, homo furiosus, & impudens, non posset contendere se probare scripturæ sacrae testimonij. Nam verbi gratia, si quis nebulo neget, Christum ad inferos descendisse, iactabit se nihil admittere præter euidentes

Lutherū
scriptu
ras arb
trio suo
fingere
ac muta
re.

scripturas, & illud negabit vlla probari satis euidēti scriptura. Quod si quis alleget illud ex Psalmo: Caro mea requiescit in spe: quoniam nō relinques animā meam in inferno: Afferet contra commentum quodlibet è commentarijs Iudæorum, & negabit illud, ad Christum quicquam pertinere. Quod si quis rursus obiectat apostolum Petrum: qui Psalmum illum de Christo loqui declarat, Actorum cap. 2. nō dubitabit nebulo, dicere de Petro, quod iste nebulo dixit de Paulo, nempe Petrum illud ad Christum proprio sensu traxisse. Quod si quis alius nebulo volet opera bona non exigat ad salutem, afferet illud euangelij: Quicūq; crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: Nihil igitur ultra requirendum esse. Iam si quis neget sic intelligendum: & afferat genuinum sensum, cum testimonio doctorum omnium, despiciet doctores omnes, ac stabit interpretamento suo, tantum vociferans euidētem esse scripturam. Quod si quis illi quippiā obiectat è scriptura sacra, nebulo protinus cō-

Sibi soli
fudit in
scriptu
ris inter
pretādis.

THOMAS MORVS

mento quopiam inepto, non dubitabit eludere. Vt pote, si quis obijciat illud Iacobi : Fides sine operibus mortua est, dicet idem, quod dixit iste, epistolam non esse Iacobi, non esse cuiusquam apostoli, nihil habere dignum apostolico spiritu. Postremo si probetur esse apostoli, tamen dicet apostolum non recte dicere nimum arrogasse sibi, qui legem honorum operum imponat Christianis, quos in sola fide, liberos ab omni honorum operum iugo fecerit Christus. Nec quisquam possit ullam legem aut villam syllabam legis, ponere super Christianum quenquam, praeter unum Christum. Nam apostolos non habuisse tantum authoritatis, vt iudicarent nos, sed nostrum esse iudicare illos. Nam omnia nostra sunt, siue Apollo, siue Cephas, siue Paulus. Sic enim se Lutherus docuisse. Si quis igitur, omittens discipulum tuum rursus Luthere, sic opponat tibi. Ecclesia iudicavit hanc epistolam esse apostoli, scriptam esse diuino spiritu, & tua tibi verba obijciat: Hoc saltē ecclesiā habere à Deo datū: vt

Nimiū arroganter ipse faciens.
Et is nō ne exigit bona opera.
Quoties sibi dissentit me lius rem perpedit scilicet Illuc haud dubie cedit, ac perueniet pro pediem.

Dei verba discernere posuit, à verbis hominū, iā reuocabis hoc protinus, ac dices, melius à te nunc rem esse perpensam: Ecclesiā nihil habere à Deo, sed Ecclesiā falli posse in recipienda scriptura. Quod si subinferset quispiam, incerta igitur esse ipsa euangelia, hoc tu nimis concedes etiam, scripturas & euangelia, quae leguntur, non esse fortassis Euangelia vera, sed illorum potius aliquod, quæ repudiavit ecclesia. Atq; his de rebus, vnumquemque suo periculo credere.

Luther cōfater incōstās.

QVOD si quis hic tibi obijciat inconstantiam, quod tibi toties dissideas, atq; à temet ipse dissentias: hic vero quantis tibi scōmatibus, quātis cachinnis ac ronchis irridetur, qui sit tā rūdis, & imperitus differendi, vt nesciat, quid sit hominē dissentire secū: aut eū putet leue esse, atq; instabilem, qui sit constanter incōstantis: aut sicut taurus ligatur cornibus, ita ligari postulet suis verbis hominē, vt, si quid vñquā dixit bene, id ei non liceat postea reuocare, cum sit cōmodum, atq; in malū vertere, modo nihil immutet in melius, ex ijs, quæ vñquam dixit male.

Quā bona fide Luther clamat euāgelio euāgelio euāgelio Heretici omnes cū Luthe ro hoc habet cō mune

VIDES hic lector euidēter: bonus hic vir quam bona fide, se clamare clamat Euāgeliō, Euāgelion: quasi quisquā vñquā fuerit hāreticus, qui non clamarit euāgelium, quū is interea viam sibi struat, qua vertat in dubiuā an euāgelium esset euāgelium: & scripturas, quas ait solas regnare debere: falsis interpretamentis eneruet, ac faciat cuilibet idem audendi licentia. Quas ipse libet, non agnoscit pro sacrī: denique si res vrgeat, agnitas etiam contemnit, ne quid dubitare possis, ipsum probasse pro nobis, id quod initio polliciti sumus probaturos nos: illū id prorsus agere, vt scripturas etiam ipsas, pro quibus se finit pugnare, subuertat.

Declarat Lutherum, qui iactat papistas, vti vitio-
fo disputationis genere petendo principium,
nō solum falſo id obijcere alijs, sed etiā
ipſi id disputandi genus propriū
effe atq; perpetuum: totū
caput istud est
amēnū.

CAPVT XX.

AGE Nunc, expendamus illud, in quo Nō con-
& disertum putat, quum in Ecclesiā catholica ludit tanquā papisticā & tam rudes censem omnes p̄r se, vt non intelligat quis-
quam, aut quā de re sit quæſtio, aut qua ra-
tionē res probari debeat. Est, inquit, apud eos ipſos, vitiosissimum genus disputandi, quod vocant p̄titionem principij. Hoc dis-
cunt & docent, vñq; ad canos, vñq; ad sepul-
chrū, tot fudoribus, tot sumptibus miserri-
mi homines.

Videamus ergo lector, vtra pars vitiosius petit principium? nam aliquod principium petit vtraque. Nos petimus ab illo postulata quatuor.

P R I M V M petimus: Lutherus vt cre-
dat sacris literis.

P E T I M V S, vt credat aliqua dicta, fa-
cta, tradita à Deo, quae non sunt comprehēsa literis.

P E T I M V S, vt credat ecclesiæ datū à Deo, vt possit discernere verba Dei, à verbis hominum, & traditiones Dei à traditionibus hominum, Christo videlicet ecclesiā suā regē-
te perpetuo, spirituq; sancto, ecclesiæ consen-
sum dirigente semper in rebus fidei.

P E T I M V S denique, vt in contro-
uerſo sacrarum literarum sensu, credat potius constanti sanctorum patrum sententiæ, &
fidei totius Ecclesiæ Catholicae, quām opini-
oni sue.

H Ā E C postulata quanquā nos putemus, haud minus evidentia christiano, quā illa sunt Euclidis Geometrica philosopho. Postulat ta-
men iste postulatorum eiusmodi rationes.

A T T V L I M V S ergo postremi, & alias rationes aliquot: & qd̄ facilius est ac similius veri, vñ falli atq; hallucinari quām multos, malum virum potius male sentire quām bo-
nos, hominem hāreticum potius errare, quām ecclesiā catholicā.

P E N V L T I M V M vero probamus, multis Ratiōnib⁹, & evidentibus scripturæ faciat testi-
monijs, multis prēterea rationibus, & deniq; ipsius cō-
fessione Lutheri.

P O R R O quod aliqua dicta, facta, tra-
dicta sunt à Christo, quae scripta non sunt, pre-
ter evidentes rationes alias, prēter alia scrip-
turæ loca, probauimus authore Paulo, proba-
vimus Euāgelio.

Primum vero postulatum, quod scripturæ primi
sacrae

Verba
Lutheri.
Tu scilicet
es, qui si-
ne tuo
laborē
de celo
docearis
Postula-
ta nostra

tum.
Secundū

Tertium

Quartū

Ratio ij.

Cur nul-
la ratio

sacrae credendum sit, speraueramus haud exacterum quicquam probationis Lutherum, propterea quod toties per omnes libros clamat, nihil aliud exigere se, quam ut soli credatur scripture sacrae.

**Cur non
concedit
quartū**

H AC postulata nostra, Lutherus deridet omnia. Nam postremum putat esse stultissimum, si quis hoc petat, ut patribus, & Ecclesiæ potius credit ille, quam sibi. Quum patres (ut ait) & Ecclesiæ iudicium, aliquando fallatur, ipse falli non possit. Propterea quod certus est (ut ait) doctrinam suam habere se de celo.

**Cur ne-
gatertiu**

PENULTIMVM vero quanquam olim ab ipso concessum, nunc tamē ferme reuocat. Censet enim illud esse ridiculu, si quis in fide, censeat Ecclesiæ gubernari spiritu sancto, quoniam tale principium potenterem Turca rideret. Itaq; pius pater, impius potius erit in Christum: quam sit ridiculus Turcæ.

**Cur non
admittit
secundū**

SECVNDVM nihil plane facit: quia quæcunque dixit, fecit, aut tradidit Christus, quæ scripta non sunt, ea semel omnia Lutherus habet pro nihilo. Propterea (puto) quod nisi fuissent res nihili, non putaret Lutherus tam negligenter futurum fuisse Christū, quin ea curasset comprehendi scripture.

**Quomo-
do tra-
stat pri-
mum.**

PORRO primum propter authoritatem scripturarum, tractat ambigue. Nam scripturas saepe citat perperam: & a genuino plerūq; sensu detorquet in falsum. Ibi cum nihil habeat pro se, nisi verba sua, eademq; fere semper contra conscientiam suam, quum diuersum sonent scripture verba, patres constanter interpretentur, & tota per tot aetates consentiat Ecclesia: ibi nos imperiti Thomistæ, petimus illud principiū, ut credat potius vniuersis quam vni. Sed quia hec est petitio principij, ab homine acuto & argumentandi calentissimo, risu repellimur, & cachinnorū cumulis obruimur.

**At nō est
commo-
dum.**

QVOD si scripture textum proferas, qui sit apertior, quam ut de sensu possit esse controuersia, tum necessitate coactus, prodit se, & scripturam negat aperte. Ait enim (si res poscat) epistolam Iacobi, non esse apostolicā, aut etiam si sit Apostoli, apostolum tamen sibi nimium arrogasse. Atq; vbi Lutherus semel dixit istud: si quis in eo rursus instet, ut auctoritati cedat Lutherus apostoli: iam mille modis ridebitur homo disputandi rudis, quem nō pudeat ut vitio cilioso genere disputandi, & principium petere, nempe ut scripture putetur, quam Lutherus negat esse scripture, aut Apostolus creditur scripsisse recte, quum eum semel dixerit pater potator errasse. Hunc igitur in modum lector, nos vito principio petimus.

**An non
tunimū
tibi ni-
mis im-
pie arro-
gas?**

LUTHERVS contra, paulo modestior est: principium enim statuit etiam ille, sed dūtaxat vnum, quod sibi concedi postulat. Est autem illud huiusmodi. Omibus de

rebus soli credendum ipsi.

HOC principium, velut rem natura notam, non dubitat ubiq; petere: imo pro suo sibiure sumere. Sit quæstio de scripture sensu: profert primū, quod vel sentit ipse vel se sentire saltē simulat. Tu contra profer, quicquid vñquam fuit Christianorum omnium, abigit omnes, velut muscas, & petit credi sibi. Negat leges humanas vtile esse: profer tu contra, quicquid vñquam fuit mortalium, deridet orbem totum, & postulat credi sibi. Negat vñctionis extrema sacramentum: profer tu contra, apostolum Iacobum: contemnit apostolum, & postulat credi sibi. Ita principiū istud, nusquam fere non petit cōcedi sibi, ut omnibus in rebus vni credatur sibi.

HOC postulatum eius, quanquam nemo non videt esse in speciem vehementer æquū, tamē, quia veremur laqueos, & hominis captiosi versutias, ægre ac difficulter adducemur, ut istud ei postulatum concedamus, maxime, quia sentimus hoc principio, & præclaro Lu-
theri axiome, totum niti mirabilis Luthera-
nae doctrina fundamentum. Nam eo princi-
picio concessio, mirum dictu est, quales & quan-
tas conclusiones sic probabit tibi, ut prorsus
negare non possis. At si neges illud axioma,
nihil tibi probat omnino. Cunctamur ergo
illi concedere tam callidū & captiosum prin-
cipium: & quererimus ab illo: qua ratione pro-
bas pater soli credendum tibi? Ad hoc hanc
redit causam. Quia certus sum, inquit, dog-
mata mea habere me de celo. Rursus queri-
mus. Qua ratione certus es, dogmata tua ha-
bere te de celo? Quia rapuit me Deus, inquit
imprudentem in medias has turbas. Rursus er-
go flagitamus. Qui scis: quod rapuit te Deus?
Quia certus sum, inquit, doctrinam meam es-
se à Deo. Quomodo id scis? Quia rapuit me
Deus. Quis scis istud? Quia certus sum. Quo-
modo certus es? Quia scio. At qui scis? Quia
certus sum.

QVAE SO telector, an non hic locum
habet illa disputandi forma, qua, nisi metitur
Lutherus, mentitur Amsdorius, theologos
disputare Lipsenses hoc pacto: cum respon-
dens negasset assumptum opponenti, proba-
bat idem opponens hoc pacto. Oportet sic es-
se. Illo iterum negate: deno & ille: Et quo-
modo potest aliter esse? Oportet sic esse.

HVIC mendacio Lutherus, velut vnum
dictum, de dictis melioribus adiunxit coronidem. Pulcherrime, inquit, & Thomisticissi-
me, quin & Lipissime, & Henricissime.

NVC quum reverendus pater, in hoc
principio sua fundet omnia: Ego certus sum:
quia ego scio: & ego scio: quia ego certus
sum: & ideo certus sum: quia nō possum erra-
re: & ideo nō possum errare, quia certus sum
& ideo certus sum quia ego scio, an nō nobis
licet in reverendum patrem, reverendi patris
coronidem recinere, pulcherrime, & VVit-
tenber-

Amsdor
fi fabula
de theo-
logis.

Lutheri
coronis.

Lepide
retalia-
tur coro-
nis Lu-
theri.

THOMAS MORVS

tenbergissime, quin & stolidissime, & Lutherisime.

VIDES ergo hoc loco lector, nihil illius ita recitare me: quemadmodum ex regis libro ille solet omnia. Qui nihil sincere citat, sed aut male mutat, aut ea commemorat inde, quæ ibi nusquam sunt; sed ipse dum narrat, singit sibi mōstra, quæ vincat. At nos ipsa re planum facimus, scripturas ab illo sic allatas, sic detortas à suo sensu, sic ipsum sua somnia preferre sanctorum omnium sententijs: sic totā ecclesiam floccifacere præ se, sic aperte sacrā scripturam negare, & agnitam manifeste cōtemnere, sic sua dogmata sine scriptura & cōtra scripturam statuere: vt dubitare non possis, illum ipsa re vnum illud vbiq; principium petere, vt contra omnes & omnia, omnibus in rebus vni credatur sibi.

**NE VIDERI POSSIT, H AEC tam absurdā per calumniam fingere de Lutherō, Lutheri verba ipsa commemorat, atq; expēdit: quibus clarum est, Lutherum, & dicere & sentire multis ad-
huc modis ab-
surdius.**

C A P^o XXI.

TAMEN quo minus dubites, istud nō ex ambiguis eius verbis colligi, sed verbis meis prædicari. Verba ipsa nebulous expende.

Certus sum, inquit, dogmata mea habere me de celo, qui etiam aduersus eum triumphavi, qui in vngue nouissimo plus habet virtutis & astutie, quā omnes papæ, & reges, & doctores,

Item paulò pōst.

Rapuit, inquit, me dominus imprudentē in medias has turbas.

Et rursus.

Neq; enim hic mihi patientia halēda ratio est, vbi mendatijs suis scurra leuis, non me nec vitam meā, sed doctrinam ipsam impedit, quam certissimus sum non meam esse, sed Christi.

Atque hec vbitantum dicendo probavit, iam suo iure aduersus regēnebulo debacchatur, tanquam pro fide corripere hæreticū, hoc demum esset blasphemare Deum.

Lutheri verba do mino di gna. *Indulgendum esset ei, si humano modo erraret.*

Nunc quim prudens & sciens menda cia cōponat, aduersus mei regis maiestatem in cœlis, damnabilis putredo ista, & vermis, ius mibi erit pro meo re ge, maiestatem Anglicam luto & stercore conspergere, & coronam istam blasphemam in Christum pedibus conculcare.

A H, ne seui tantopere bone pater: sed si satis debacchatus es, audi nunc iam leno. Ministrasti supra falso questū te, quod Rex nullū in toto libro, saltem exempli causa, locum

ostenderit, in quo te tibi dixerit esse contrārium. Hoc tu paulo ante mentitus es, quum rex multa loca, tuæ tibi repugnantē demon-

strarit. Hic regem puta vicissim abs te querere: cur ne vnum saltem locum, exempli minus causa protuleris, in quo eum dicas blasphemare Deum. Hic locus omnino querendus est, & paternitati vestræ proferendus. Interea vero, quām diu constabit reuerendam pa-

*Cur hoc
aqua ei
in te erit
quā tibi
in eum?*

ternitatem vestram, tam impudenter ista mētiri, licebit alijs pro maiestate Anglica, lutū & stercus omne, quod veltra putredo dānabilis egessit, in veltræ paternitatis os stercorum & stercorū omniū, vere sterquiliniū regerere, &

*Hūc suo
in coronam vestram, sacerdotalis coronę dig-
sibi gla-
nitate exauthoratam, in quam non minus ac dio iugū regiam scurrari decreuistis, omnes cloacas & lat-
latrinas effundere. Dabis mihi candide lector,*

pro tua æquitate veniam, quod istius me nebulonis verba stolidissima coegerunt responderē talia, quibus honor præfandus esset nūc, vero verius illud verbum sentio: Qui tangit picem, coinquinabitur ab ea. Etenim mēcessitatis etiam huius pudet, quod dum os hominis merdosum detergo, digitos mihi concacatos video. Verū quis ferre potest, nebulonē talē, qui mille vitijs ostēdat se posseſsum, atq; agitatū à legione dæmonum, & tamē ita se iactet stolidē. Sæcti patres omnes errauerūt. Ecclesia tota sèpius errauit. Doctrina mea nō potest errare, quia certissimus sum, doctrinā mēā non esse meā, sed Christi, videlicet al-

ludens ad illa verba Christi: Verba mea non Paralle-
sunt mea, sed eius, qui misit me patris. Quid lō l. Lu-
istud? Papa cadet: dogmata mea stabunt; nō theri de-
ne certare videtur cum illo Christi? Cœlum Secundū & terra transibit, vnum iota non peribit de parallelō verbis meis? Nam quum ait, Rapuit me do- Tertiū minus imprudētem in medias has turbas, hoc parallelō plus est, quām tulit illum diabolus, & statuit supra pinnaculum templi. Iam illud quā glo-
riōsum est! Ego triumphavi aduersus illum, qui in vngue nouissimo plus habet virtutis & astutiae, quām omnes papæ, & reges, & doctores. Quanto gloriōsius triumphatiste, quā Christus, qui de se dixit aliquanto modestius?

Ego vici mundum. Et item illud. Venit prin- *Hic supē
ceps mundi huius, & in me non habet quic-
quam. Iste vero quid dicit?* Ego triumphavi parallelō non aduersus mundum, sed magno interuallo sublimius, aduersus principem mundi dia-
bolum. Deinde triumphum suum buccinat, Videli-
& magnificis ornat ampullis. Triumphaui *rac anti-*

(inquit) aduersus illum, qui in vngue nouissimo plus habet virtutis & astutiae, quam omnes papæ, & reges, & doctores. O gloriōsum triumphum. Sed vnde nobis compertum? Quid hic nobis dicet, qui probat omnia scri-
turis manifestis? Quid aliud, quam illud Christi (nam cum illo certare conatur) Ego testi-
monium prohibeo de me ipso? Quod si quis respondeat, testimonium tuum non est verū *recurreret*

Noua Lu- theri scri-
ptura.

recurret illico ad nouā scripturā suā. Ego cer-
tus sum, dogmata mea habere me de cœlo.
Atque ibi, sicut in hoc suo principio, velut
firmissimo fundamento: quod non omnes pa-
pæ, reges, doctores, homines, angeli, poterunt
euertere. Certus igitur, imo certissimus, dog-
mata sua habere se de cœlo, sicut certi sunt &
certissimi, qui dormiunt, omnia vera esse, quæ
sominant. Imo vero certus & certissimus
mentiri se vigilanter, dogmata sua esse de
cœlo, quæ sua sibi murmurat conscientia, de-
monum illi præfigijs immissa: hominibus ma-
ledicit, & angelis, quicunque dogmatis ipsius
contradicunt. Et eos clamat os in cœlum ponere,
conspurcare sacra, blasphemare Deum:
quicunque non verentur arguere spuriissi-
mas ipsius blasphemias. Tantummodo clamat
anathema sint omnes, qui impetunt dogmata
mea, quia certus sum, dogmata mea habere
me de cœlo.

Cur non
iuras quo-
q; quo fa-
cias ho-
minibus
huius rei
fides

HOC igitur principio à reuerendo patre
petito, & à nemine concesso, sic arguit vtterius
reuerendus frater, pater, potator Lutherus,
extra ordinem sancti Augustini fugitiuus,
vnu ex magistris in eis, VVirtébergésibus
vtiusq; iuris bacchanalius informis, et in sacra
theologia doctor indoctus. Ego certus sum,
dogmata mea habere me de cœlo: ergo dog-
mata mea sunt cœlestia. Et tunc vtterius sic.
Dogmata mea sunt cœlestia, ergo quicunque
contradicit dogmatis meis, os ponit in cœlum
& blasphemat Deū. Quoniā quidē igitur
contradicunt meis dogmatibus, pontifex, impera-
tor, reges, episcopi, sacerdotes, laici, & omnes
in summa boni, mihi licebit pro Dei mei
majestate, pótificē, Cæsarē, reges, episcopos, sacer-
dotes, laicos, oēs deniq; bonos, anathematiza-
re, maledictis & cōuitijs incessere, atq; in
omniū coronas, & capita, licebit, ex ore meo, lutū
cœnum, stercora, merdas expuere.

HÆ sunt reuerendi patris conclusiones
necessario deducētæ, ex isto patris eiusdem prin-
cipio, per eum petito, vt ipsi credatur, certum
esse se, sua dogmata esse de cœlo. Verum age
reuerēde pater: si ego sic colligerē. Ego certus
sum, reuerendum fratrem patrem esse asinum
ergo reuerendus frater pater est asinus. Hic si
mihi concedat reuerendus pater, istud antecedens:
quā multas conclusiones mihi li-
cebit inferre: nimis comedendum ei fœ-
num: gestandas sarcinas: &, quod est gra-
uissimum: carendum esse ceruisia: quod
ægre foret pater potator auditurus.

Atque
agrius
latus

Verum potius quam eo traheretur, non dubi-
taret exigere vt probem me certum esse, il-
lum esse asinum: alioqui (vt est impudens)
haud concessurus illud, quod omnes tamen
vident esse manifestum. Verum ego pro-
tinus antecedens probare non dubitem, hoc
modo. Ego certus sum, quod sicut nullum
animal sit pater hominem, ita nullum ani-

mal rudit præter asinum: sed ego certus sum,
quod reuerendus frater, pater potator est ali-
quod animal, & rudit rudissime, ergo ego
certus sum, quod reuerendus frater, pater po-
tator est asinus verissime. Ecce reuerende
pater, ego probauit meum antecedens: nec po-
stulasset mihi concedi, nisi probauisset.
Probate, precor, & vos reuerende pater, il-
lud assumptum vestrum, quomodo certa sit
vestra paternitas, dogmata vestra vos habe-
re de cœlo, quo deferente, recipiſtis illa? Ne-
mo enim ascendit in cœlum, nisi quia des-
cendit de cœlo. Sed hic (vt audio) respon-
debitis, detulisse vobis dogmata vestra de cœ-
lo, non illum quidem, qui descendit de cœlo,
sed illum qui tanquam fulgor cecidit
de cœlo. Bene respondetis reuerende fra-
ter. Verum non sufficio vobis magister, sed
vos relinquo, cum cacodæmone dogma-
tum inspiratore vestrorum, cum quo manebitis
in Tartaro per omnia secula seculo-
rum.

NON sum profecto mihi tā iniquus fau-
tor, quin tibi facile lector ignoscam, si mi-
nus interdum probes hanc leuitatem meam,
qua nonnunquam quedam intersero, quæ
neque rei grauitati, neque tuæ severitati ref-
pondeant. Et tamen neminem esse vsquam
puto, tam toruum, qui non æquum censem,
vel conniuere yobis interdum, vel ignorare,
quum vbiq; legat spuriissimam petulantiam
stolidissimi nebulonis, in principem pruden-
tissimum: si nos ita commoueat indignatio,
vt vel inuiti, vicissim cogamur ineptire, &
& (quod ait Solomon) respondere stulto se-
cundum stultitiam eius. Præsertim quum eius
liber, prorsus omisso negocio, totus in scurri-
libus nenijs ocietur. Nos, licet obiter, in
eius insaniam ludimus: tamen interim ita rem
tractamus, vt tibi liquido constent omnia,
quæcunq; ab initio promisimus. Nam cum

Epilogus
corū que
probata
sunt hoc
primo li-
bro

Summa
Luther-
ni prin-
cipij.

generale responsum eius, in summa nihil co-
plectatur aliud, quam nihil habēdum esse pro-
certo, nisi quod comprehensum est, euidenti
scriptura, cætera vero vniuersa (etiamsi non
aduersantibus sacris literis, perpetuo totius ec-
clesiæ consensu firmata sint) vel extirpanda
penitus, tanquam traditiones hominū (quod
quidem censem optimum) vel vt minimum sic
tolerari libere, vt cuique relinquitur integrū,
corū quodq; probare, improbare, mutare, dā-
nare, abijcere vblibet, quando libet, quotiesli-
bet. Quum in hac parte collocet omnes leges
humanas, patrum decreta, ecclesiæ concilia, &
sacramenta, purgatorijs metum, sanctorū cul-
tum, & cultum celebrande missæ: nos & scrip-
turis clarissimis, & euidentissimis rationibus,
effecimus perspicuum: esse verbum Dei absq;
scriptura traditum, idque non minoris autho-
ritatis esse, quam sit ipsa scriptura. Probaui-
mus autoritate scripture, atq; ipsius etiā cōfes-
sione Luteri, ecclesiā in discernendo Dei verbo
in rebus

Cōditio
oblata à
Luthero

THOMAS MORVS

in rebus fidei, prorsus errare nō posse. Probauimus ecclesiam, quā ille vocat papisticā, esse veram Ecclesiā Christi catholicam. Probauimus ea sacramēta, quae Lutherus appellat traditiones hominum, non hominum traditio-
 nes esse, sed Dei: atq; ita illum, verbum Dei ne-
 gare, non hominum. Probauimus illum, non
 stolidē solum tollere leges omnes humanas,
 sed etiam oppugnare, & clanculum, & mani-
 feste scripturas ipsas. E quibus luce clarius
 ostendimus, illum quicquid ē scripturis attu-
 lit, pro sua causa sic allegare stolidē, vt nullus
 morio possit allegare stolidius. Et quū de cu-
 iusquā scripturā lensu, neminē vnu velit vni-
 uersis credere, sed vnumquenq; sibi, planum
 fecimus illum struere, vt vniuersā scripture
 robur eneruet, & fructum omnem vertat in
 perniciem. Deniq; quum scripturam indubia
 non fateatur esse scripturā, sed habere neget
 quicquam scriptura dignum: & apostolū non

Quanto
hic veri
& mode-
stus de
se prædi-
cat quā
Luther.

dubitē apostata reprehendere, clarissimum
 fecimus illum non occulte modo, sed etiā pa-
 lā, scripturas ipsas, pro quibus pugnare se fin-
 git, euertere. Postremo, præter eius improbis-
 simā mendaciam, & stolidissimas repugnantias,
 & mille eius infanias, quas hinc inde patefeci-
 mus, etiam vitiosum illud disputandi genus,
 in petendo principio, quod perquā facete sibi
 visus est exprobrasse ceteris, id inquam, ipsum
 probauimus illi vnam, atq; vnicam disputan-
 di formam esse. Sic igitur lector, plus quam ti- Hæc
 bi sumus polliciti, persoluimus, idque fecimus etor ubi
 probationibus, non aliunde fere, quam ex re- tolle me
 gis libello desumptis. Et quoniam Lutherō
 nunc, vt vides, belle processit generale respō-
 sum: nos iam accingimur ad eiusdem
 specialia, è quibus nihil videbis, in
 quo non ridebis hominis sin-
 gularem stul-
 titiam.

LIBER SECUNDVS.

REFELLIT EA, QVIBVS LVTHERVS
 NFGATVR DVM AD ILLA
 respondet, que Rex obiter attigerat de
 Indulgentijs.

CAPUT PRIMUM.



Apparet hominē parū fir-
 mis vesti-
 gij nixū
 Verba
 Lutheri.

V V M Rex, vt ipsius li-
 ber ostēdit, nihil sibi aliud
 in indulgentijs, & papatu
 proposuerit, quām insa-
 nam Lutheri leuitatē per-
 stringere, qui quum vtro-
 bique despūisset, potius
 quām resipisceret, optauit
 furere: quumque hæc transeunter attigisset
 rex, non aliud destinans, quām sacramēta tra-
 ctare, tamen ea ipsa quæ dixit obiter ita pro-
 strauere Lutherū, vt ne tātulum quidē, quod
 responderet, inuenierit, præter insulso risus in
 ridiculum ipsius caput reddituros.

Primum, indulgentias apprehendit rex defensor
 quas ego afferueram esse imposturas Romana ne-
 quitiae. Has defendi, hoc modo. Si indulgentia sunt
 imposturae, impostores erunt, non solum præcedentes
 pontifices, sed & ipse Leo decimus, quem tamē Lu-

therus eximie laudat. O regium, & Thomisticum
 acumen.

Et paulò pōst.

Itaque nihil mihi respondet rex Thomisticus, in-
 dulgentias damnanti, præter hoc verbū, indulgentia
 nō sunt impostura, quia Leo est bonus vir: ergo oportet
 sic esse, non potest aliter esse.

HOC loco, nihil est opus respondere, lector, sed ipsa regis verba subijcere, quæ tu
 quū leges, & ab isto nebulone depravata cō-
 peries, & illud oportet sic esse: non potest aliter
 esse: apud regem nusquam inuenies, sed tā
 sēpē quam stulte fictum ab Lutherō, vt ha-
 beret de suo, in quod videretur festiu ludere:
 tum vere oportet sic esse: & non potest aliter
 esse: quin si quis Lutherum dicat esse bipedē,
 stultiorem quadrupede, responsurus, sis oportet
 sic esse: non potest aliter esse. Hunc igitur
 in modum ait princeps.

Quemadmodum animal omne potissimū *Verba*
 ex facie dignoscitur, ita ex hac quoque prima *Regis*
 propositione clarescit, quam suppuratum is
 habeat cor, cuius os amaritudine plenum, ta-
 li exundat sanie. Nam quæ de indulgentijs
 olim

olim differuit, ea plerisq; multum videbantur adimere non modo de potestate pontificis, verum etiam de bona spe, ac sancta consolatione fidelium: hominesq; vehementer animare, vt in poenitentia sua cōfisi diuinitijs, ecclesiæ thesaurū, & vtroneam Dei benignitatem contemnerent. Et tamen ea, quæ scripsit, omnia idcirco mitius accepta sunt, quia pleraque differebat dūtaxat, nō afferebat. Subinde etiā petes doceri, sefēq; pollicens meliora docenti pariturū. Verum istud quam simplici scripsit animo, homo sanctulus, & omnia referens ad spiritum, qui sicut effugit: hinc facile apprehenditur, quod simul atq; à quoquā salubriter est admonitus, illicet pro benefacto regessit maledictū, conuijts & contumelijs insaniēs, quibus operæ precium est videre, quo vespiciātē prouectus est. Ante fassus est, indulgētias hactenus saltē valere, vt præter culpā etiā à poenis absolvierent, quascunq; videlicet vel ecclesia statuerat, vel suus cuique sacerdos iunxerat. Nunc vero, non eruditione (vt ipse inquit) sed malitia tantum profecit, vt sibi ipsi contrarius, indulgētias in vniuersum condemet. Ac nihil aliud eās dicat esse, quā meras imposturas, ac nihil omnino valere, præter quam ad perdendum hominum pecuniā, ac Deifidem. Qya in re, quam non scelerate modo, verum etiam furiose bacchetur, nemo est qui non videt. Nam si nihil omnino valent indulgētiae, sed meras sunt (vt Lutherus ait) imposturæ: tunc necesse est, impostores fuerint, non hic tantū Leo pontifex decimus (cuius innocēs, & inculpatā vita, moresq; sanctissimi, ab incunte ētate, per orbem totū, satis explorati sunt, quemadmodum in epistola quādam ad pontificem, Lutherus etiam ipse fatetur) verū etiā tot retro seculis, omnes Romanī pontifices, qui (quod Lutherus ipse cōmemorat) indulgere solebant, alius remissionem annuam, alius triennem, quidam aliquot condonare quadragesimas, nonnulli certā rotius poenitentiaē partem, tertiam puta, vel dimidiā, aliqui dēmum remissionem indulserunt & poenāe & culpaē plenariam. Omnes ergo (si vera dicit Lutherus) fuerunt impostores. At quanta magis cū ratione creditur hūc vñū fraterculū, morbidam esse ouē, quam tot olim pontifices, perfidos fuisse pastores.

Et paulo post.

Qui, quū eosq; progreditur, vt neget indulgētias quicquam valere in terris, frustra cum eo disputem, quantum valeant in purgatorio. Præterea, quid profuerit cū illo loqui, quibus subsidijs liberemur à purgatorio, qui totum ferme tollit purgatoriu. Vnde quum pati non possit, vt pontifex quēquam eximat, ipse sibi tātum sumit vt nemine ibi relinquat. Quid attinet cum eo pugnare, qui pugnat ipse secū. Quid argumentis promoueam, si cum eo agam, vt donet, quod negauit: qui nūc id ipsum negat, quod ante donauerat? Verum

quantumuis disputentur indulgentiae pontificis, necesse est, inconcussa maneat verba Christi, quibus Petro commisit claves Ecclesiæ, quum dixit. Quicquid ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlo: & quicquid solueris super terram, erit solutum & in cœlo. Item quorum remiseritis peccata, remittentur & quorum retinueritis, retinebuntur. Quibus verbis, si satis constat sacerdotē quēlibet, habere potestatem à mortalibus absoluendi criminibus, & eternitatem poenæ tollendi, cui non videatur absurdum, sacerdotum omnium principem, nihil habere iuris in poenam temporiam? Verum aliquis fortasse dicet: Lutherus ista non admittet, sacerdotem vñum quicquā ligare, vel soluere, aut pontificē summum plus habere potestatis, quam alium quēvis episcopum, imo quēlibet sacerdotem. At quid id mea, quid admittat, aut quid non admittat is, qui quorum nihil admittat nunc eorum pleraq; paulo prius admisit: quiq; omnia nunc reiçit solus, quæ tota tot seculis admisit ecclesia. Nam (vt cætera raceam, quæ nūus iste Momus reprehendit) certe indulgētias, si pontifices peccauerent, qui concesserunt: immunis à peccato nō fuit tota cōgregatio fideliū, qui eas tam diu, tanto confensū, suscepunt. Quorum ego iudicio, & obseruatō sacerdotū cōsuetudini, non dubito potius acquiescedū, quam Lutherō soli, qui totam Ecclesiam tam furiose condemnat.

Ecce lector, quam seite regem tetigit Lutherus, quum rex & euangelio probarit, & ratione successorem Petri condonare posse poenā purgatorij, quum rex præterea dicat: Non solum Leonem decimum (quem laudat ipse Lutherus) sed omnes retro pontifices fuisse impostores, si indulgentiae nihil sunt aliud, quā imposturæ, & totum fuisse Christianum populum, tot ætatibus obnoxium culpæ: & se meliori cum ratione creditur, vnum Lutherum vel stolidum esse vel impium, quā aut omnes pontifices fuisse deceptores, aut totum tot ætatibus populum fuisse deceptum. Lutherus contra, ad euangelium tacet: rationes dissimulat silentio, de cæteris tot seculorum pontificibus nihil respondet omnino: nihil respondet de populo, quem tot ætatibus defunctum, cum episcopis & clero, communī damnatione deuoluit ad inferos. Quid ergo respondet: nihil respondet omnino. Tantum cachinnos tollit homo lepidus, & Sardonio risu risit regem, quasi nihil aliud dicat, quām Indulgētiae non sunt imposturæ, quia Leo decimus est vir bonus. Et tamen hoc ipsum, sic ab illo recitatum de industria, vt possit depravatum vincere, quū omnibus viribus oppugnarit, expugnare non potuit.

Si Lutherus, inquit, tantum habet authoritatis, Verba vt tantus rex ei credat, Leonem decimum laudat: cur Lutheri non credat eidem, indulgentias damnant?

P - Hui

Pontifex
Luther
plebeio
sacerdo
te infe
rior.

THOMAS MORVS

Hui, quam argute nobis arguit reuerendus frater. Si negemus hoc lemma. sic nimirum probabit à simili. Si rex mihi credit vera dicent: cur non itidem credit aperte mentienti? Nam quod ait se, quum diceret, indulgentias nihil omnino valere, sed esse meram imposturam, muniuisse sententiam suam scripturis, & rationibus, reuerendus pater aperte mentitur. Nam in illis libris, quibus egit serio de indulgentijs, nihil dixit ultra, quām eas valere dumtaxat, ad tollendas poenas, quas aut lex inflixisset, aut homo. At nihil omnino valere, & meras imposturas esse, id demum primum in captiuitate Babylonica, sine scripturis, & ratione, ex pectoris sui sentina, solo furore deprōpfit. Illud quoq; non minus præclarum, quod sic ait.

*Hoc argumento regio, & Thomistico vsus, potes
discere: Roma in curia nihil agitur mali, qua Leo
decimus est bonus vir, & sic iustificabis omnē illam
abominationem, Romana perditionis.*

EN quam pulchre, quām similia conne-
stat. Quasi, aut in Romana curia fierēt omnia
qua bonus iste pater mentitur; aut quae face-
rent omnes, omnia sciret pótifex: aut si quædā
nesciret illorum, ideo nescire posset, quod vil-
las concedat indulgentias: aut nō esset im-
postor, si sciens faceret imposturas: aut bonus es-
set, qui impostor esset: aut sibi non pugnaret
stolidissime, prudentissimus pater, qui dicit:
Leo decimus est impostor, sed tamen est bo-
nus vir.

O B I T E R P V L C H R E T R A C T A T . LV-
*therum, stolidē argutantem aduersus Aristotelem,
quod nemo sit bonus vir nisi qui posse esse
bonus princeps.*

C A P. II.

NAM quid obtusius est illa argutia,
qua sibi videtur argue refellere. Ari-
stotelis (vt ipse vocat) argutiam.

*Si hoc loco, inquit, argutiam illam tracte: quod
aliud sit, esse bonum virum, & aliud bonū principē
(vt Aristoteles eorum docet) frusira tractauerō, co-
ram tam stupidis & crassis truncis: quanto minus
caperent, si secundum diuinas literas, hac de re dis-
putarem? Nam re vera bonus vir non est, qui bonus
princeps esse non potest. Spiritus enim Christi (quo
solo boni sumus) reddit hominem perfectum, ad om-
ne opus bonum instructum, vt Paulus ad Timo-
theum docet. Id quod & historia probant scriptura-
rum. Coram hominibus locum habet argutia ista:
aliud est, esse bonum virum, nempe in speciem: &
aliud bonū principē, & que in speciem. At Saul, vt
desit esse bonus vir, simul desit esse bonus princeps.*

AN nondum legis hæc tecum lector co-
gitas illud Horatij: Quorsum hæc tam putida
tendunt? Nam Leo decimus, si fuit impostor

neq; bonus papa fuit, neq; bonus vir: Quem Lutherus bonum virū fuisse confirmabat, do-
nec se declarauit Leo mali viri non esse fau-
torem. Quamobrem extra locum suum pro-
fus, hanc argutiam argutiam, nec in aliud, quā
vt suam declarat stultitiam. Quis enim præter
Lutherum tam stupidus est, & crassus truncus
vt id non videat esse verū, vel negante Aristote-
le, non modo non admonente, nō idem es-
se bonus virum, quod bonum principem?
quantumuis id neget bipedū stultissimus Lu-
therus, qui ex illo Pauli: Spiritus Christi red-
dit hominē perfectū, ad omne opus bonū in-
structum: Cōcludit, neminem in hoc mortali
statu bonum virum esse, qui non sic habet spi-
ritū Christi, vt sit instructus ad gubernādum
regnū. Et nisi quis ita sit bonus, quomodo ne-
mo bonus est, nisi solus Deus, alioqui bonus
vir vocari non possit, nec bonus vir sit, qui be-
ne credit, & bene facit, pro ingenij sui captu,
si sit aliquanto simplicior, quam vt sit idoneus
gubernando populo. Docet ergo nos stupi-
dos & crassos truncos, huius patris ingenium
subtile, & tenui festuca tenuius, illud Pauli:
Spiritus Christi reddit hominem perfectum:
sic intelligi, quod nemo sit bonus, nisi idē sit
optimus. Et quia spiritus Christi, reddit homi-
nē instructū ad omne opus bonū, ideo quēlibet,
cui se aliquo modo infundit, instructum
reddit ad quodlibet: vt nisi qui omnia omniū
dona gratiarum receperit, nullius omnino re-
ceperit, nimirum iuxta illud eiusdem Pauli:
Divisiores gratiarum multæ sunt, & vnuſ-
quisq; proprium donum habet à Deo: alius
quidē sic, alius autē sic, sed idē nobis egregie
probat historijs scripturarū. Nam corā homi-
nibus locū habet, inquit, argutia ista: aliud es-
se bonum virum, nempe in speciem: aliud bo-
nū principem, nempe in speciem. At Saul, vt
desit esse bonus vir: desit simul esse bonus
princeps.

Pulchre,
bene, te-
cte.

Inepte
interpret-
tatur apo-
stolum.

O præclarum argumentum. Sic accidit in
Saul: ergo sic accidere necesse est in omni-
bus hominibus: velut si quis ita colligat: iste
homo stultus est, ergo omnis homo stultus est.
Qui impedit, quo minus is, qui priuatim ali-
quo laborat vitio, tamen utilem esse possit in
publicum, quam quispiam nullo laborans vi-
tio, sed minus callens earum artium, quibus in-
structū oportet esse principē. Neq; enim Deus
omnia impertit omnibus. Quod si maxime ve-
rum esset, neminem esse bonum principem, ni-
si qui sit bonus vir: tamen altera parte nō cō-
mearet ratio, neminem esse bonum virum, ni-
si qui sit bonus princeps: nisi nobis persuadeat
reuerendus pater, hoc argumentum bonū
esse: Omnis rex est homo, ergo omnis homo
est rex. Et item istud. Omnis asinus est ani-
mal, ergo omne animal est asinus. Et hic vides
lector: quām belle procedat huic reuerendo
patri, id quod ille extra necessitatē, extra
occasionem, extra locum omnem protulit:
non in

Verba
Lutheri.
Aristote-
les.

non in aliud omnino, quām vt iactaret istud bellum inuictum suum, & triumphum aduersus Aristotelem, idem esse bonum virum, & bonum regem.

PER GIT RETEGERE, ET FESTIVI
ter refellere nugas Lutheri, circa Leo-
nem decimum.
C A P. III.

R VRSVS ad id redit, quo sua se stultitia dolet vrgeri.

Verba Lutheri.
Itaque nihil, inquit, contra me facit hoc, quod Leonis decimi personam Laudau, & indulgentias dammaui. Duplex est hic iudicium, Hominē non licet iudicare, etiam si pessimus sit, coram Deo, donec foris sine crimine viuit. Hoc enim iudicium ad eum pertinet, qui scrutator est cordis & renū. Aliud est de indulgentijs iudicare, quod ad doctrinam pertinet, in qua vt errare possunt, tam boni quam mali, siue sint vere aut ficte boni, imo & electi, ita pertinaces in errore non sunt, nisi manifeste impij. Hoc iudicium ad omnes & singulos pertinet, vt vocem pastoris, & alienorum discernamus. De Leone autē ipso, adhuc bodie incertus sum, quid senserit apud se, & an sit pertinax in errore. Sed quid ista spiritualia, & preciosia ante porcos projicō? Quid capiat harum rerum, qui hunc syllogismum non capit, longe insuffissum esse? Leo bonus est vir: ergo indulgentia sunt vere.

Quid ais lector? nō se pulchre expedituit reuerendus pater, hac bella distinctione, qua videlicet effecit, vt recte laudarit leonē, etiā voget impostorē? Nā vt se excusat à repugnantia sic excusat pontificē, vt quanquā pontifex nō solū concesserit indulgentias, sed etiā excomunicarit illum, qui reprehendit indulgentias, tamē dubitat, quid ille pōtīfex apud se senserit de indulgentijs. De quibus si senserit idē, quod Lutherus, hoc est, si contra sensit, quā scripsit, fuit bonus vir. Et hæc est acuta responsio reuerendi patris de indulgentijs: Ego certus sum quod sunt merē pōtīficiis Romani imposturē: sed quia de occultis nō debeo iudicare, & occultū est mihi, an Leo decimus fuit pertinax in contraria opinione, an & ipse quoq; crediderit, eas esse meras imposturas, & eas credens nihil oīno valere, tamē velut multū valitaras cōcesserit: & me, quod cōtra pertinaciter senserī, excomunicauerit, atq; ita verus impostor fuit, ideo absq; repugnatia & indulgentias, vt imposturas eius reprehēdi, & ipsum tamē imposturarū factōrē, vt bonū virū laudau, quia idem est bonus vir, & bonus princeps. Et hoc est lector ingenij Lutherani præclarum specimen: quod rationibus regis omnibus omissis, frustū vnum decerpserit sibi, & pro suo deprauavit cōmodo, quo facilius posset vincere. Et tamen quū id deprauasset maxime, tā stolidus est, vt non posset soluere.

REFELLIT DELIRAMENTA

Lutheri: quibus respondit de
papatu.

C A P. IIII.

VEniamus nunc, inquit, ad aliud de papatu: Verba quem ego potentibus scripturis conuulsi. Defensor autem eius ad scripturas magis mutus quam pīscis, regia fiducia presunxit, Lutherū ad solū eius nutum scripturas deferrū, & suis mendacijs accessurum. Probat autem papatū hoc modo. Oportet sic esse, quia auditi etiam Indiam sepe Romanō pontifici subdere. Item Graciam. Itē S. Hieronymus agnoscit Rom. ecclesīā pro mātre. Quid hic Lutherus dicere audebit aduersus tam egregia & tam Thōmisticā?

Ecce lector vbiq; similē sui Lutherū, hoc est nebulonem improbe impudenterq; mēdācem. Nam quum adhuc extēt libri: ex quibus eius vanitas arguitur: tamen, tanquam homines prorsus essent cæci: audet scurra vanissimus ea dicere: quā nemo nescit eum improbe stulteq; mentiri. Quod quo tibi faciam clarius, ipsa regis verba, quatenus ad hanc rē faciunt, adiungam.

VIS non hic quoq; nisi qui maliciam norit, miretur inconstantiam? Nam prius negauerat papatum esse diuini iuris, sed humāni iuris esse concesserat. Nunc vero secū dissidente, neutrius iuris esse confirmat, sed pontificem sibi mera vi sumptissime, atq; usurpasse tyrannidem.

Verba Regis.
Quā hoc probabile considerat.

Sentiebat ergo pridem, humano saltem consensu, propter bonum publicum, Romano pontifici, super ecclesiam catholicā, delatam esse potestatem. Idq; vsque adeo sentiebat, vt Boemorum quoq; schisma detestatur, pronuncians eos peccare damnabiliter, quicunq; papæ non obtemperarent. Hęc cum haud ita pridem scripserit, nunc in idem, quod tunc detestabatur, incidit. Qy in istud quoque similis est constatiq; quod quū in cōcionē quadā ad populum, excommunicationē doceat esse medicinam, & obediēter patienterq; ferendam, paulo post excommunicatus ipse, idq; meritissimo iure, sententiam tamē impotēter tulit, vt rabie quadam furibundus, in contumelias, conuictia, blasphemias, supra quam vī bonus lē possent aures ferre, proruperit: sic, vt suo fuīr sit, q; rōre plane perspicuum fecerit, eos, qui pellūtur ē gremio matris ecclesiæ, statim furīs corpori, atq; agitari dēmonibus. Sed illud rogo, qui illa tam nuper vidit, vnde nunc subito videt, nihil se tunc vidisse? Quos nouos oculos induit? An acutiorē cernit obtutu, postquam ad superbiam solitam, ira quoq; superuenit, & odium, & lōgius videlicet prospicit, vsus tam præclaris conspicilijs?

Hiccine
cōcupis-

tam inuarius ero pontifici, vt anxiē ac sollicite de eius iure disceptem, tanquam res haberetur pro dubia: satis est ad prælens negotiū, qđ inimicus eius ita furore prouochitur, vt sibi fidē derogeripse

P ij ac di-

THOMAS MORVS

ae dilucide se ostendat præ malitia, neq; cōstare fecū, neq; videre quid dicat. Nam negare nō potest, quin omnis ecclesia fidelium, sacrosanctā sedē Rom. velut matrē primatēq; cognoscet, ac veneretur, quæcūq; saltē neq; locorum diūtīa, neq; periculis interiacētibus prohibetur accessu. Quanquā si vera dicūt, qui ex India quoq; veniunt huc: Indi etiā ipsi tot terrarū, tot mariū, tot solitudinum plagis disiuncti Romano tamē se pōtifici submittūt. Ergo si tantā ac tā late fusam potestatē, neq; Dei iussu pōtifex, neq; hominū voluntate cōsecutus est: sed sua sibi vi vendicauit: dicit velim Lutherus, quādo in tanta ditionis irruperit possessionē. Non potest obscurū esse initū tā immensae potentie, presertim si intra memoriam hominū nata sit. Quod si rē dixerit vñā fortassis, aut duas ētates superare, in memoriam rem nobis redigat ex historijs. Alioqui, si tā vetusta sit, vt rei etiā tātē obliterata sit origo, legibus omnibus cautū esse nouit, vt cuius ius omnē hominū memorīa ita supergreditur, vt sciri nō possit, cuiusmodi habuerit initū, cēleatur habuissē legitimū: vetitū esse constat, omniū cōfensus gentiū, ne, quæ diu manserunt immota, moueantur. Certe si quis rerū gestarū monūmēta reuoluat, inueniet iā olim, protinus post pacatū orbem, plerasq; omnes christiani orbis ecclesiās obtemperasse Romanā. Quin Græciam ipsam, quanquā ad ipsos cōmigrasset imperiū, reperiemus tamen, quod ad ecclesiā primatū pertinebat præterquam dū schismate laborabat, ecclesiāe Romanā cessisse. Beatus vero Hieronymus quantū Romanē sedi censeat deferendū, vel inde luculenter ostendit, quod quā Romanus ipse non esset, tamen aperte fatetur, sibi satis esse, si suā fidē, quibusvis improbantibus alijs, cōprobaret papa Romanus.

Audin
hæc Lu-
there.

Cui cum tā impudenter Lutherus pronūciet, idq; cōtra suā pridem sententiā, nihil omnino iuriis in ecclesiā catholicā, ne humano quidem iure competere, sed papā mera vi, merā occūpasse tyrranidē: vehementer admiror, quod tā faciles, aut tā stupidos speret esse lectors, vt sacerdotē credant inermē, solū, nullo septum satellitio (qualē necesse est eū fuisse, priusquā eo potiretur, quod eū Lutherus ait inuasisse) vel in spē venire vñquā potuisse, vt nullo iure fultus, nullo fretus titulo, in tot vbiique pares episcopos, apud tā diuersas, tā procul desieetas gentes, tantum obtineret imperiū: ne dum vt credat populos omnes quisquam, vrbes, regna, prouincias, suarū rerum, libertatis, iuris, fuisse tā prodigos, vt externo sacerdoti, cui nil deberent, tantū in sece potestatis darent, quātū ipse vix esset ausus optare. Sed quid refert, quid in hac re Lutherus sentiat, q; p̄e ira atq; inuidia, non sentit ipse quid sentiat.

Vides hic regē lector, nō id agere, quod méritur iste, vt tanquā res esset dubia, probet patū. Imo ex professo, abstinere ab ea quēstione, ne videatur habere potestatē pōtificis pro-

controueria. Tantummodo reprehendit infanā leuitatē nebulonis, qui quod paulo ante sic asseruerat esse legitimū, vt dānabit̄ eos peccare fateretur, quicunq; contradicerent: paulo post contradixit ipse, atq; sua ipsius sen. Et mentitia in eandē dānationē incidit, affirmās patū, nullo iure quicquā habere ponderis, neq; aliud esse quicquā, nisi meram tyrranidē, quā pontifex inuadens per vim atq; iniuriam occupari. Quod quām verisimile sit, pulcherri me tetigit princeps. Quæsūt enim, quando, quibus inuaserit viribus, quā verisimile sit, tot nationes adduci potuisse, vt tātū in se iuris extero sacerdoti, nullo iure coacti concederēt. Nam planū esse omnes gentes populi christia ni bil respondet Lutherus. Quid enim posset in potuit tam aperta re: sed quod rex adiecit ex abūdāti de Græcia & India, id vero vir disertus arripit aidit in quod caninā facundiā suā exerceat.

Respondeo, inquit, si ideo stabit papatus, quia rex Verba Anglie audiuit, Indiam & Græciam sēcē subdidisse, Lutherus eadem ratione non stabit, quia Lutherus certus est, neq; Indiam, neq; Græciam, sub Romano pontifice vñquā fuisse aut esse voluisse.

Primū si quis ab hoc reuerēdo fratre quereret, Et hic quomodo certus sit, neq; Indiā, neq; Græciā, mētiri sub Romano pontifice vñq; fuisse, aut esse voluisse, respōdebit sat scio nobis, eadē certitudi ne se certum esse, qua cert' est, vt scribit, dogmata sua se habere de cœlo. Ergo, si ideo certus est reuerēdus pater se verū dicere, quia cer

t' est, dogmata sua se habere de cœlo. Ego ideo certus sum, reuerēdū patrē falso mētiri, quia certus sum dogmata illū sua habere de tartaro. Et hæc est forma formalis cōsequentiæ, secūdū regulā patris Lutheri, fratri extra regulā B. Augustini. Quam regulā Augustini, & D. Benedicti, & itē Dominici, ac Frācisci, receperunt & Indi & Græci, approbatā videlicet, au thoritate sedis Roma. Per quod, & alia multa ex annalibus, & synodis, & Græcorum patrū cōmentarijs, & epistolis euidēter cōstare posset, vtriusque gentis ecclesiā, agnouisse sedis Rom. præcellentiā. Si aut hoc probandum si bi sumplisset rex, aut nobis aliud esset proposi tū, quā vt ostēdamus, quam stolidē Lutherus respōdeat regi. Quod si ideo negat papatū Lutherus, quia id quod etiā rex fatetur, lōgius ab sunt Indi, q; vt possint, ob quodus negociolū Romā currere, negabit humano generi domi niū tributū, in cetera animalia qđ in illis deser tis degunt multa, quā hoībus sunt inaccessa. Quod si Græci perpetuo repugnassent ecclēsiae Rom. tamen ne sic quidē quicquam sustulissent argumentū regis, cuius robur cōsistit cō sensu ecclēsiae catholicæ, qua plane fuisset in reliquis nationibus, etiamsi perpetuo fecis set Græcia, quod nunc faciunt quādam rura Boemica

Hoc verū similius.

Boemica. Nisi neget Lutherus Carolū esse regem, totius Hispanię, propterea quod aliquot oppida rebellarunt. Iam ex India, & Græcia, tandem peruenit ad Hieronymum.

Verba

Lutheri.

Vbi est acumen tuū domine frater. Deinde, inquit, gloriōsus dominus rex, pro suo more, satis fortiter mentitur, dum Hieronymum facit assertorem papatus, cum vir ille Ecclesiā Romanam, suam dumtaxat, non nobis matrē appellasset.

QVÆSO lector iudica, quā sincere pater potator hunc locū Hieronymi tractet: cū ille dicat, satis esse sibi, si suam fidem comprobaret papa Romanus: nimirum aperte significans, non dubitādum esse illū recte sentire de fide, qui cum illa sede consentiat: quo quid potuisse dicere magnificenter? istud adeo disimulat pater potator Lutherus, vt etiam teñeras lectori conetur offundere, & animos hominum verbis alio, ne quid recordentur abducere. Sed istud est impudētissimum: quod quum papatum, nec humano saltē consenseru robor accepisse contendat, sed meram vim esse pontificis, occupantis tyrānidem, infestatur principem secommatis: quod amentiā eius taxans ac intemperantiam, ad potentes (vt ait) scripturas, quibus ipse videlicet rem probauerit, magismutus quā pīscis fuerit. Quis nō hunc impudentem nebulae rideat? quādō nemo nesciat, tātū abesse, vt aut scripturis, aut ratione probarit istud, vt ne conatus id quidē vñquam sit, sed iactarit dumtaxat furiosus per conuitium, atq; nec id quidem ante fecerit, q̄ excommunicatus ē cōetu fidelium, corruptus a cōetu dæmonum, ira atq; inuidia frendens, nec amplius sui potens, sibi fidem sustulit.

DE COMMVNICATIONE LAICOrum, sub vtraq; specie, profert ea, que scripsit rex: & eadem comparat in genere, cum his que scribit Lutherus.

C A P. V.

P Oſtquam dimidium libelli ſui, alijs cōſumpſit nugis, incipit homo nugacifimus, nugari tandem, in ipsis sacramentis: & poſt deliramentorū & in lanæ ſcurrilitatis abyſſum, producit aciem argutiarū, ſi quis ipſi credat, inuidam.

Verba

Lutheri.

Age, inquit, reuelemus ſceleratam banc & regiam nequitiam in prima tyrannide, ſcilicet yna parte sacramenti. Ego, alteram partem eſſe impie Christiano populo ablatam, ſeptem argumentis probavi: que & tum me vincebant: nunc autem & triumphant: poſtquam affertor papistarum gloriōfimus, regia foritudine illa transit intacta.

Audin lector, Thrafonis huius magnifica verba, & celebres ab ſibi decretos, atq; ador natos triumphos: vt argumenta ſua ſeptem, velut reformidantem, regem reliquife iactat intacta! Nos ergo lector, argumenta iſta Lu-

theri strenua ſtati produceamus tibi, eadēq; miſere (vt videbis) affecta. Sed interim: quia videri vult, non auſum ea regem tangere nos tibi primum ē regis libro, quædam recenſebimus, quibus abs te perpenſis, fiet perſpicuum, quum Lutheri ſeptem illos duces ſigilatim videbis, à me produci mortuos, eos olim omnes, inuidum principem vno ſemel iētu, mactasse. Princeps igitur hac de re ſcribit, hūc in modum.

Interim vero, liber excutere, quam fraudu- *Verba* lenter per ſpeciem fauoris in laicos, conetur Regis. corū odiū concitare in facerdotes. Nam quā decreuifet, ecclesiæ fidem ſuceptā reddere, ne quid ponderis eius haberet authoritas, atq; ita facta via, præcipua quæque Christianæ religionis euertere, ab ea re ſumpſit initium, cui populum ſperabat alacriter applaſurum. Tegit enim vetus vlcus, quo pridem vlcerata est Boemia: quod laici ſub vtraq; ſpecie non recipiant euchariftiam. Eam rem quum prius ita traſtasset, vt dumtaxat diceret, recte factum pontificem, ſi curaret, communi confilio ſtatuendum, vt ſub vtraq; ſpecie laici communicarent: Poſt, vbi nescio quis, illud ei negauit, non contentus in eo manere, quod dixerat: ſic profecit in peius, vt totum clerum cōdemnet impietatis, quod iſtud non faciant, nō expectato concilio. Ego de primo non diſputo. Cæterum, etiam ſi cauſas non viderē, cur non decernat ecclēſia, vt vtraq; ſpecies miniſtretur laicis, tamē dubitare non poſſem, quin ſint idoneę, quæ & olim fecerunt, vt id omitteretur, & nunc quoq; faciant, ne redintegratur. Nec plane aſtentior, totum clerū, per tot ſecula fuſile tā ſtolidū, vt ſe obſtrinxerit æterno ſupplicio, propter eā rē, vnde nihil reportaret cōmodi temporalis: imo vero, quā nihil ſit tali periculi, vel hoc euidenter oſtendit quod deos, qui non tantum iſtud fecerunt, verum etiam qui ſcriperunt eſſe faciendū, Deus non modo fuſcepit in cōlūm, verum etiā voluit eſſe venerandos in terris, & ab hominibus honorari, à quibus honoratur ipſe. Inter quos fuit (vt de alijs interim taceam) vir eruditissimus, & idē ſanctissimus, diuus Thomas Aquinas: quem ideo libentius commemoro, quoniam eius viř ſanctitatem, Lutheri ferre non poſteſt impietas, ſed, quem omnes Christiani venerantur, polluti labijs vbiq; blaſphemati. Quanquam ſunt permulti, qui etiam ſi pro sanctis recepti non ſunt, tamen ſue doctrina, ſue pietate ſpectentur, tales ſunt, vt Lutherus eis comparari non poſſit, qui hac in re contrarium Lutheruſ ſentient. Inter quos ſunt magister Sententiārum, & Nicolaus de Lira, & complures alij, quorum cuilibet magis expediti Christianos omnes, quām Lutheruſ credere. At vide quęſo, quām vacillat, ac ſibi repugnat Lutherus: vno loco dicit: Christum in cōna omnibus omnino fidelibus, non permittendo, ſed præcipiendo

P iiiij dixiſſe:

THOMAS MORVS

dixisse : Bibite ex eo omnes . Postea vero, timens ne laicos, quibus in sacerdotum odium adulatur, offendaret, hæc verba subiungit. Non quod peccent in Christum, qui vna specie vtuntur, quum Christus nō præcepit vla vti, sed arbitrio cuiuslibet reliquerit dicens: Quotiescumq; hæc feceritis, in mei memoriam facietis: Sed quod illi peccant, qui hoc arbitrio volentibus vti, prohibet vtraq; dari. Culpa nō est in laicis, sed in sacerdotibus. Videtis aperte, quod primo dixit esse præceptum: hic dicit non esse præceptum: sed cuiuslibet arbitrio relatum. Quid opus est ergo, nos illi cōtradicere, qui sibi toties cōtradicit ipse? Et tamen quū dixit omnia, laicos nō satis defendit, si quis rem vrgeret: & in sacerdotibus, quos tā atrociter accusat, nihil probat esse peccati. Nā in eo dicit totum esse peccatum, quod sacerdotes alterius speciei laicis inuitis adimerent libertatem. Hic igitur, si quis eū perconctetur, qui sciat, istum ritum inoleuisse, retinente populo, non potest (opinor) docere. Cur ergo totum condemnat clerum, quod laicis inuitis, ademerit suum ius, quum id inuitis esse factū, nullo possit documento probare? Quāto fuit æquius, si, nisi volentibus illis, recte nequivit institui pronunciare, pro tot sacerdotiorum consuetudine, plebis interuenisse cōsensum. Ego certe, qui video, quas res à plebe cleris obtine re non potest: ne tantum quidem, quin ferme, sub ipso altari suorum condant, ca dauerat, non facile credo, populum fuisse passurum, vt inuiti per contumeliā, in tanta re, ab villa iuris sui parte pellerentur, sed causis aliquot idoneis, è laicorum voluntate cōstitutū. At istud miror, tam vehementer indignari Lutherum, laicis ademptam alteram, quū illum nihil permoueat, quod vtraq; species admatur infantibus: nam illos olim comunicasse, nec ipse negare potest. Qui mos si recte fuit omislus, quanquam Christus dicat: Bibite ex hoc omnes: Nec quisquam dubitat, quin cause fuerūt magnæ, etiam si nunc earum nemo meminisset, cur non etiam cogitemus bonis iustisq; rationibus, quantumuis nunc ignoratis, abolitā esse consuetudinem, qua laici olim, nec id fortasse diu, sub vtraq; specie solebant recipere sacramentum? Præterea si eam rē, ad exactam euangeliæ narrationis formam reuocet: neq; quicquam prorsus permittit Ecclesiæ, cur Eucharistiam non iubet semper in cena recipi, imo vero postcenan? Denique non minus incommodi fuerit, in hoc sacramento facere? si quid fecisse non debeas, quam si quid nō facias, quod fecisse debueras. Ergo si totius Ecclesiæ consuetudo rectū non facit, vt in laicis omittatur species vini, qua ratione aquam in vinum audet Lutherus infundere? Neq; enim tam audacem puto, vt sine aqua cōsecret, quā tamen vt admiseret, neq; exemplum habet ex cena dominica, neq; ex apostoli traditione compertum: sed sola Ecclesiæ consuetudine

didicit, cui si putat hac in parte parendum, cur eam in altera tam arroganter oppugnat? Qya de re, quicquid Lutherus obgannit, ego certe tutius opinor credere, laicos recte sub altera tantum specie communicatos, quā per tot secula totum clerum (quod ille disputat) hac vna de causa fuisse-damnum. Nam omnes appellant impios, & tales, vt in crimē inciderint læsæ maiestatis euāgelicæ. Quod si vtri sint (inquit) heretici & schismatichi nominandi nō Boemi, non Græci, quia euāgelijs nitūtur: sed vos Romani estis heretici, & impij schismatichi, qui solo figmēto præsumitis cōtra euīdetes Dei scripturas. Si Lutherus nihil admittit aliud, quam euidentes Dei scripturas: cur non iubet Eucharistiam (vt idixi) sumi à cōnātibus? Nam sic factum à Christo, scriptura commemorat. Quāto melius crederet Lutherus, non humano ūgmento, sed eodem authore Deo, factum in Ecclesia, ne laici sub vtraq; specie recipieren Eucharistiam, quo authore factum est, vt reciperetur à ieunis? Placuit, vt ait beatus Augustinus, spiritui sancto, vt corpus domini, quod post alios cibos ab Apostolis in cena receptum est, ante alios cibos, à ieunis reciperetur in ecclesia. Videtur ergo verisimile, quod spiritus sanctus, qui Christi regit ecclesiam, sicut Eucharistiæ sacramentū mutauit à cōnātibus ad ieunos, ita laicos, ab vtraq; specie deduxit in alteram. Nam qui alterum mutare potuit, cur non alterare potuerit & alterum?

VIDE S. charissime lector, hac in parte, quā modeste se gerat princeps, aduersus nebulonis istius immodestia. Nam & modice reprehendit eius malitiam, & in vna atq; eadē re, duplē inconstantia, semper se in deteriora mutantē. Arguit eius impietatem, qui tota tot sacerdotiorum dannet ecclesiam, & id dicat factum malicia sacerdotum, quod factum est bonitate spiritus sancti. Nam si stetisset in eo Lutherus, vt diceret ecclesiam benefacturam sit cōmuni consilio, laicis vtraq; specie permitteret, rex ea de re se disputaturum negat. Quanquā ego non dubito, quin istud, quod per tot ætates iam factum est, Dei consilio factum sit: id quod luculēter ostēdit rex: & nisi deo rursum idem placeat immutari, non passurum alioqui Ecclesiā, istud humano demutare cōsilio, nec in sacramentis alio gubernari spiritu, quā sancto spiritu suo. Sed rex modeste se negat hac de re diserturū. At quod iam discordia Lutherus cōmouet, & hortatur, vt sua quisq; authoreitate audeat tot ætatum totius Ecclesiæ cōfensum cōtemnere & Christianos omnes, per tot secula defunctos, mittit ad inferos, quasi nō spiritus Dei sancti gubernaret ecclesiā, sed spiritus ille diaboli, qui per os Lutheri spurcissimum, sanctam blasphemat ecclesiam, & ecclesię sponsum Christum: id vero ferre pius princeps non potuit: & tamen absq; cōuitijs, & contumelijs disputat, aduersum hominem con-

Infantes
olim cō-
muni-
caſſe.

nem conuiiantissimum, & omnibus conuiij & contumelijs dignissimum, atque ostendit, neque causam esse, cur sacerdotes tollere voluerint laicis alteram sacramenti speciem, & animas suas perdere, propter id, vnde nihil prorsus essent lucraturi, neque laicos id vnuquā fuisse passuros, vt alteram speciem iniquè præriperent sacerdotes quibus interdum aqua & iusta potentibus, vnde nec ipsis lucrifaceret clerci, neque perderent quicquam laici: populus tamen, velut pro titulo sui iuris obficit. Ostendit multa princeps, quæ circa hoc sacramentū, iam multis seculis Ecclesia tota fidelium, ab exemplo Christi sacramentum instituentis, euariat, quorum nullum Lutherus ante reprehenderat. Quædam, ne nunc quidem, quæ tamen aut male fieri necesse sit, & damnabiliter: aut fieri, quod plane verum est, authore Deo. Ostendit igitur princeps, eius generis omnia consilio Spiritus sancti, Ecclesiam gubernantis esse mutata. Aduersus hoc tam pium, tam verum, ac modestum Regis responsum, improbus atque impius nebulo, conuij & stultiis insanit.

Verba Lutheri. *Ego, inquit, alteram partē sacramenti, esse impie Christiano populo ablata, septē argumētis probavi.*

REX sufficienter ostendit non ablata per sacerdotes. Ergo si per homines factū est, per ipsos factū est laicos. Atque ita Lutherus, hanc impietatem à sacerdotibus, in quos cupit trudere, depellit homo sapiens, in ipsos, quibus adulari studet, laicos. Et depellit inexcusabili-
ter, suo ipsis dogmate. Nam si verū est, quod omnes laici sunt ita sacerdotes, vt habeant æqualem potestatem, super quocunq; sacramentum: Postquam ad hoc duntaxat electi sunt, & eligi poterunt per alios laicos (vt ait) Lutherus in sacramento Ordinis, adeo nō defendit laicos, stolidissimus iste patronus, vt etiam vehemēter inuoluat damnationē, quod suæ salutis incuria, neglexerint eligere sibi sacerdotes, qui sibi ministrarent vitramque speciem. Nisi laicos dicat, hactenus ignorasse mysterium. Nūc vero, missum de cœlo se, qui tam sacram dogma reuelaret hominibus, vt Deus, qui solet abscondere à sapientibus, & reuelare parvulis, jā contra credatur, à parvulis abscondisse, quod reuelaret superbiissimo nebuloni. An ideo dicet, per sacerdotes ademptā laicis, quia de ea re cautum est in concilijs? At si perpendas lector, ea ipsa concilia, facile videbis hanc rem, non ex illis natam esse concilijs, sed aduersus eos esse statutum, qui, quod iste nunc facit, auderet mutare, quod iam tum diu ante, per omnem populum catholicum fuerat obseruatum: nimirum Spiritus sancti, per totam Ecclesiam sepe diffundente consilio. Quomodo enim in idē totus Christianus populus, per tam diuersas gētes in ea re consensisset, quum verba Euangelij videantur in alteram potius partē vergere, nisi illo id agente, qui facit yna-

nimes in domo: qui ducit Ecclesiam suam in omnem veritatem: qui cum ea semper est, vñq; ad cōsummationem seculi. Qui scripturarum, vt author est dignissimus, sic est interpres verissimus. Quamobrem quum id, quod Lutherus ablatum queritur, hoc est nihil rei: nam & sanguis Christi est in corpore Christi: sed altera species, non id per sacerdotes ablatum sit, non omnino per homines, sed per spiritū Dei: Qui quod Rex, vt priore libro supra declaratur, est, apertissime docuit, suo flatu in rebus fidei regit & gubernat Ecclesiam, Lutherus dum dicit istud impie ablatum esse, non conuiiator est in Regē, sed blasphemator in Deū, per quem factum est, quod impie factum, homo ter impius asserit. Neq; iam contra Regem pugnat iste bellus bellator, cum suis septē argumentis, sed velut draco ille cum septem capitibus, insurgit aduersus Deum: & quod Satan ausus est olim in deserto, scripturis pugnat aduersus scripturarum dominum.

S P E C I A T I M R E C I T A T A C
refellit septem argumenta Lutheri.

C A P V T VI.

A G E ergo producamus istos nūc Lutheri septem duces claros, septem (putato) victores olympiacos, imo gladiatorum septem putrida, & fœtoribus abominanda cadauera.

Primum, inquit, argumētum meum erat autho-
ritas Euangeliſtrum narrantium cōſtantī. & uno Lutheri.
sermone, Christum instituisse vitramque speciem, his Primus
qui memoriam sui erant facturi, & signanter ad Achilles.
calicem adiecit: Bibite ex eo omnes. Ad hoc nihil dicit Rex defensor Ecclesie.

E N simium in purpura, Thersitem in Achillis panoplia. Non est argumentum tuum authoritas Euangeliſtarum Luthere: neque enim Euangeliſta quisquam, aut hæresis author est, aut schismatis, sed sensus adulterinus, quem tu ex Euāgeliō cōſingis, & quicquid ipse pestilenter affuis Euangeliſtarum verbis, illud est argumentum tuum. Nam ex eo, quod nō recte illi narrant Christum consecrasse sub vtraque verba ē-
specie in cœna, tu interpretamento capitist tui uāgelistę concludis, ministrandum esse laicis, quum id neque exemplum Christi probet, nec vllum verbum Christi, vel euangeliſtae cogat. Nam licet tibi non libeat illud intelligere, nemo tamen est, qui nesciat, in cœna Christum instituisse formā sacrificij, quod solum & vnicum, loco sacrificiorum omnium legis Mosaicæ, sacerdos euāgelicæ legis offerret, in memoriam passionis suæ. Atque idem sacrificium (quem admodum verē scriptit Rex) quod offerendo consummavit in cruce, consecrādo inchoauit in cœna. Instituit item conuiuium, quo in memoriam eius imposterum epularetur populus,

T H O M A S M O R V S

vt de eodem sacramento comederet , ac pane propositionis vesceretur, vtique si mundus es- set. Hoc institutum, Christus (quatenus ad sa- crificij formam pertinet) perpetuo seruari fe- cit in sacerdotibus, vt simul & panis & vini spe- ciem offerret , vt figura respondeat res, quæ olim adumbrata est in oblatione Melchise- dech, qui panem & vinum obtulit Abrahæ. Populi verò coniuuium, alias apparuit aliter, non sacerdos, nō populus, sed coniuuator ipse Christus. Nam alias populum pauit, non cor- pore solū & sanguine, verū etiā sub vtrq; spe- cie panis & vini. Alias vini specie sustulit, rem tamē ipsam, suum videlicet sanguinem , eis re- liquit in carne . Nec vtrobiq; eadem ratio est. Nam duæ illæ species, non vnum tantum con- ficiunt sacramentum, sed duo . Verum illa sa- cramenta duo, non duo faciunt integra sacri- ficia, sed vnum . Integrum est ergo sacra- mentum sub alterutra specie, sed vtramque requiri- rit integritas sacrificij . Sed vnde probas, in- quir, alteram speciem, laicus ab ipso sublatam Christo, quam ego prius contendi, sublatam po- pulo, malicia sacerdotum ? Imo tibi Luthere, prius probandum fuit, quod ipse per maliciam finxit, per vim, & tyrannidem sustulisse vni- speciem sacerdotes . Quod mendacium tuum impudēs, & vipereum retexit, ac reuicit prin- ceps. Sed id tu tuo more dissimulas. Verum probauit id Rex, à solo factū Deo, cuius vnius spiritu, in sacramentis & articulis fidei gubernari probauit, Ecclesiā Catholicam, per quam vniuersam, obseruatur id , quod reprehendis. Et probauit illud princeps, nō ratione solum, & sanctorum patrum omnium sententijs, sed apertissimis etiam scripturis . Denique (quod tibi turpisimum est) probauit ex verbis tuis, ad quæ omnia, ne verbum quidem respondisti- tu: sed omnino surdus ad ea, quæ responden- tur tibi, pulchre te litigare censes, si coccicis in morem perpetuo recinas, quod coepisti semel occinere.

Nihil tur-
pe homi-
ni per se
impuro.

N A M quod videri vis, ex illo mire cau- sam fulciri tuam, quod Christus ad calicē signan- ter (vt ais) adiecerit , Bibite ex eo omnes: quasi neminem prorsus excipi voluerit à bi- bendo sanguine, sub specie vini: quid habes ex Euangelio, quo possis ad alios illa verba tra- here, quād ad tum præsentes Apostolos, præ- fertim quem alias Euangelista commemoret idem, ac velut interpretetur alijs verbis, népe his, Accipite & diuidite inter vos? Quos, quæ- so, dixit, quum dixit inter vos: alios ne, quād inter præsentes Apostolos? An non satis aper- tè declarat, quos omnes iubeat bibere , quum illud, quod bibi iussit, ostendat , inter quos iu- beat diuidi? An adhuc Luthere postulas, vt doceare clarius, quos omnes dixerit, quum di- xit: Bibite ex eo omnes? Ecce, potest stud ex illo saltem discere, quod Euangelista subiungit, Et biberunt ex eo omnes. Dubitas adhuc bo- ne vir, quibus omnibus dixerit, quum id quod

omnes facere iussit, ab omnibus vides esse cō- pletum? Quin istud Luthere libenter abste- quererem: Quid tibi vis, in eo quod ais, Chri- stum signanter adieciſſe ad calicem : Bibite ex eo omnes? Nō opinor id sentire te, quod plures voluerit. Christus recipere speciem vini, quād panis. Quantumuis ergo signanter, om- nes adiecit ad calicem, noluit tamen ad plures pertinere, quād illud, quod ante dixit de cor- pore: Accipite & comedite: vt vtrūq; dictum perinde valeat, ac si aut ibi dixisset : Bibite ex eo, nec adieciſſet omnes, aut hic dixisset, Acci- pite, & comedite omnes. At nec istud puto negaturum te, non alijs illud dixisse Christū: Accipite & comedite: aut , Bibite ex eo om- nes: quād dixit istud: Hoc facite in meā com- memorationem. Ergo si illud, Accipite & co- medite, & illud item, Bibite ex hoc omnes, non dixit Apostolis, sed Christianis præsentibus & futuris, citra villam prorsus exceptionem vni- uersis, sequetur nimirum, quod vniuersis dixit & illud: Hoc facite in meā commemora- tionem. Recordare iā , quod ipse sic interpretaris hæc verba Christi : Hoc facite , id est, hoc to- tum facite, quod ego nunc facio, hoc est, con- secrate corpus & sanguinem meum, & come- dite, & bibite. Vides ergo bone vir, eo rem de- duxisse te, vt necesse habeas aut illud , omnes bibite, restringere, ad præsentes duntaxat Apo- stolos, aut illud: Hoc facite, dilatare prorsus ad vniuersos. E quorum altero, sequetur interi- tus argumenti tui fortissimi: ex altero seque- tur illud absurdissimum: quod nemo prorsus erit, neque sacerdos, neque laicus , neque vir, neque puer, neque mas, neque fœmina, quin illi demandatum sit, vt Christi corpus & san- guinem non recipiat solum, sed etiam conse- cret . Quam rem omnium absurdissimam, quanquā te tā absurdū video , vt pro absurdā non habeas, tamen quando non dubito nem- nem fore tam insanum, vt hac in parte dignet- tur furori tuo subscrivere , mihi satis erit, eo traxisse te, vt aut necesse habeas fateri, id quod ex arguento tuo sequitur, perquam absur- dum esse, aut eam rem neges esse absurdam, quam nemo plane nescit esse furiosam. Et hoc ^{Hic os} est lector argumentum primum, quod tanquā ^{cōprise} fortissimum , dominus doctor collocauit in fronte: ad quod ait, regem nihil dixisse, qui ta- men vno responso, & illud, & reliqua sex, per- fudit penitissime, quum probauit , quod licet in cœna sacramentum istud primo sit institu- tum, & sacrificium incepit, tamen oblatum est, & cōsummatum in cruce: nec tam certam sacramenti formam, in illa cœna præscriptam esse fidelibus, quin & illius sacrofanti sacra- menti, sicut & cæterorum omnium obserua- tio legitima, perpetuo petenda sit ab ecclesia: quam & post illam cœnam docuit Christus, per spiritum sanctum, & per eundem spiritum, quando vult in Ecclesia sua quædam, prout ipsi placet, immutat, causasque mutandi , vt folus

Tolle iā
exanimē
Luthe.
tuum
Achillē.

solus Deus mutat, ita solus Deus nouit. Hoc dumtaxat nemo non nouit, quicquid circa sacramenta, per totam mutatur ecclesiam, mutari illud non alio mutante, quam Deo, qui ne in rebus eiusmodi tota possit errare, promisit suum spiritum, illam duceturum in omnem veritatem, & se cum illa futurum usque ad consummationem seculi.

Secundus
Achilles
Lutheri.

Secundum erat hoc: si solis presbyteris dedisset Christus in cena sacramentum, non licet vili partem dare laicis, quia non licet institutum & exemplum Christi mutare. Hic tacet gloriosus defensor rex Anglie.

I M O hic, non tacuit rex, sed ostendit tibi Luthere multa mutata, sed ea mutata per illum, qui potestatem habet mutandi omnia, nempe per ipsum Deum, sine cuius instinctu probauit, ecclesiam nihil in sacramentis mutasse. Nam argumentum istud tuum quam praecclare procedit: Deus dedit sacramentum solis sacerdotibus, ergo non licet dare laicis. Eadē ratione dicas licet: Christus dedit tantum viuis: ergo non licet dare mulieribus. Quam si dicas, nihil in Christo differre mares a feminis & contra Paulum, permittas mulierem cōcionari, dicemus tibi, nec laicum per te differre a sacerdote, vt adhuc contra te procedat similitudo: vt si dari possit mulieribus, quod Christus legitur solis dedisse viris: possit & dari laicis, quod Christus legitur, solis dedisse sacerdotibus. Præterea, quero ab te Luthere: an quisquam in cena sacramentum receperit, præter solos apostolos? Si dicas alios: quærerò, qua scriptura probes id? Nam tu nihil adnuntiasti vis, absq; manifesta scriptura. Sin concedas, solos Apostolos: id quod concedere tibi necesse est tunc quærerò vtrum, quando recipiebant sacra mētū, laicos fuisse illos dicas, an sacerdotes? Nam nec erat aliud aliud, nec quisquam vtrumq; simul. Elige ergo vtrum libet. si vis, fuisse laicos: iam ex ista praeclara argumentandi forma quam affers tu, licet dicere: Dedit tantū laicis, ergo non licet dare sacerdotibus, quia non licet institutum & exemplum Christi mutare. Sin fateare fuisse sacerdotes: iam ex argumēto tuo, laicos, quibus vtramque speciem debet disputas, vtramque sustulisti, nisi falsa sit tua collectio, quod non licet dare laicis, quod Christus in cena dedit tantum sacerdotibus. Sed est omnino falsa ista, & furiosa collectio nisi valeat hæc quoq; Christus hoc modo fecit in cena, ergo instituit, vt idem eodem modo perpetuo fieret in Ecclesia. Et item hæc: Christus ita fecit in cena, ergo non licet ecclesiæ, ipso iubente Christo, quicquam mutare. Christus dedit coenantibus, ergo non licet ecclesiæ, iubente Christo, dare ieunantibus. Christus in cena legitur, in calice consecrassè solum virum, ergo non licet Christo iubere, vt in Ecclesia sua sacerdos immisceat aquam. Et hoc est lector secundum argumentum D.

doctoris: quod voluit videri tam validum.

Tertium est. Si potest una pars laicis tolli huius sacramenti, poterit & baptismi, & pœnitentiae, eadem autoritate tolli, & quicquid Christus vñquam statuit, potest partim tolli, & particulatim totum tolli. Si totum tolli non potest, nec vlla pars tolli potest. Ad hoc obmutescit gloriosus assertor sacramentorum.

Tertius
Achilles
Lutheri.

R E X ad istud respondebat Luthere, altera sacramenti speciem ablatam esse laicis, dispensatione Dei: & illud tibi probauit euidenter. Nec veretur asserere, Deum, qui vnam speciem sustulit laicis, auferre, si velit, vtrāq; posse: Ecclesiam vero, nisi Deo sic volente, non posse: sed neq; in id cōsentire posse: quod in Sacramentis fieri Deo volente non liceat. Nā Deus Ecclesię suę, talibus in rebus dirigit corda: & per spiritum sanctum, dicit in omnem veritatem, vt eam reddat columnam, & firmamentum veritatis & fidei. At tibi contra, rex ostendit peccatum inspirare diabolum, per quem ausus es & baptismi sacramento gratiam tollere, & fidem eius, malorum operam securitate polluere. Pœnitentię vero duas partes tollere, tertianam stultissimis dogmatibus inficere. Eucharistia sacramentum, non alijs modo substantijs miscere, sed omnium cærementiarum honore spoliare: & (quod omnium sceleratissimum est) in conscientiam confuscatam, qui buslibet iniquitatibus immergere. Denique matrimonij sacramentum, & confirmationis, & ordinis, &unctionis extremæ, nec autoritate, nec ratione fretus, abnegare. Et non pudet te ecclesiast totam conuictijs, & sycophancijs incessere: quasi laici tollat vnius sacramenti partem alteram, cum tu nebulo miserrimus & quatuor tollas integra, & reliqua tria fœdissimis hæresibus contamines. Et quum hæc omnia tibi rex sacramentorum defensor, & vera dignus gloria, responderit, tu ad hæc omnia sacramentorum furiosus impugnator, obfurdescis.

Nihil ne
buloni
sanctum

Quartum est, inquit, quod Christus dicit, sanguinem suum fundi pro remissione peccatorum nostrorum, eis non posse negari signum remissionis, quod ills Christus dederit. Ad hoc, inquit, mutus est larvatus Thomista Anglorum.

Quartus
Achilles
Lutheri.

P R I N C E P S ad hoc Luthere nō erat mutus, sed tu larvate potista, surdus, qui semper nihil audis, quod non libenter audis. Alioqui recordare nebulo, quod probauit princeps vini speciem non per homines ablatam laicis, sed per ipsum Christum: & iam propone rursum istud argumentum tuum. Christus pro laicis fudit sanguinem, in remissionem peccatorum: & hoc pacto concludas: Ergo Christus (quoniam sub specie panis, remissionis integrum signum relinquens in corpore) non potuit auferre laicis specie vini, quod est signum remissionis in sanguine. Nam sic necesse est in-

THOMAS MORVS

est inferas, si quicquam velis inferre, quod tāgat rem. Alioqui si concludas hoc pacto: Ergo homines non potuerunt auferre specie vi- ni, quod est signum remissionis: quid potest concludi stolidus aduersus principem, qui tam aperte probavit, non ablatam esse per homines, sed per Deum? Ecce domine do- tor, quā belle vobis procedat istud argumen- tum quartum.

Quintus

Achilles

Lutheri.

Quintum est, inquit, si potuit vinum tollere, po- tuist & panem, ac per hoc totū institutum Christi pe- nitus evacuare: si totum non potest, nec partē potest. Et inuidus rex, forte recordatus prouerbij, Silento respondebat multis, & ipse mīhi silendo omnia re- pondet.

TV potator inuidet, neque meminisse pos- tes, quid tibi responderit rex, neque quid ipse in proximo pene versu dixeris. Nam, quid est aliud stolidum istud argumentum, quintum, quā frustulū marcidū, ex furfuracea massa ter- tij argumenti decerpsum? Nam quod hic col- ligis de uno sacramento, ibi colligebas de om- nibus: nec interim verbum facis ullum de eo, quod princeps aduersus te probavit, istud, quod tu impugnas, non ab homine factū esse, sed à Deo. Atqui Luthere, oportebat te, ad id respondere primum. Interea stolide facis, si dissimiles illud: & dicas nobis: Homo nō po- test vini speciem tollere: sin fateris illud: & stolide facis, & impie, si dicas: Deus non po- test mutare, quod potuit non instituere. En- quali silentio tibi respondebat ad quintum.

QVID mirum si partem tertij ponas pro quinto, qui sextum omisisti totum, tam bellus arithmeticus, vt ita numeres, primum, secun- dum, tertium, quartum, quintum, septimum? Sed ne quid tibi queraris interceptū, fugitiuus ille seruus in captiuitate Babylonica repertus est, atq; extractus huc, vt cadauer istud exan- gue, vel ex stigmate possis agnoscere.

Sextus

Achilles

Lutheri.

Obsecro, inquis, qua necessitas, que religio, que vtilitas, laicis negare vtramq; speciem, id est signū visibile, quando omnes concedunt eis rem sacramēti sine signo: si rem concedūt, que maior est, cur signū, quod minus est, non concedūt?

O B S E C R O te Luthere per stulticiam tuam, non sentis istud ipsum, quod tu torques in clericos, regem in te retorsisse? Nam quum tu nihil aliud clamis, ob maliciam, quam alterā speciem impie sustulisse sacerdotes, rex declarans eam rem non esse imputandam sacer- dotibus, ostendit, non solum laicos tantā iniuriam nō fuisse passuros, sed illud etiā, quod ipse quoque perquam prudenter fateris, nullam fuisse causam, cur sacerdotes illud per iniuriam facere voluerint. Quod enim commo- dum inde consequerentur ipsi: aut quae fuisset inuidia, quum nemini negēt rem ipsam totā? nemini negent signum totius in corpore, sig-

num etiam cuius vtrumque concedere? Aut quāmo brem voluissent, eo concessō, quod est vltra modum omnem maius, id subtrahere, quod omnes sciant incomparabiliter esse mi- nutius?

O prudentem virum, quam scite disputas aduersus regem. Ille dicit, id non fecisse sacer- dotes: tu probaturus eos fecisse, contendis nullam fuisse causam, cur facerent. Rex pro- bat id fecisse Deum, & quod ipsi placitum est, non solum sacerdotibus, sed populis insuper inspirasse fidelibus, qui ecclesiam suam catho- licam (cum qua se futurū promisit, vñq; ad consummationem seculi) nō patitur in sacra- mentis errare. An tu adhuc quāres, quare fe- cit? Et non desines impugnare, quod Deus fe- cit, nisi tibi reddatur ratio, quare fecerit. An nobis respondere non licet: quis consiliarius eius fuit? Scio multas magnāq; causas allega- ri posse, & prudentissimos quosdam viros al- legasse permultas, quae populum permouere potuerint, verum ego diuinare non dignabor de causa, quum certus sim, neque populū Dei sine Deo, neque in populo Deum sine causa fecisse. Nam quod quod tu garris, hoc à Deo permisum, vt esset occasio schismatis, nempe sic est permisum à Deo, vt à Deo permisum est, euangelium scribi, ex quo suscitarunt ha- retici multa schismata. Nam boni viri nullam ex communione cœperunt occasionem schis- matis, sed ecclesia concors erat & vnamis. Neque quisquam fere fuit ē populo, qui vel peteret speciem vni, vel tam rebellis esset spi- ritui, vt vel oblatam foret accepturus, donec vnu aut alter similis tui, fax inferni, in segetē domini immisit ignem, qui angulum aliquem depopularet agri dominici.

P O R R O, quod aīs his verbis, nos re sa- cramenti iam dudum amissa, iam contra rem maximam propter signum pugnare recte fane & vere, nos illud, dicas. Nam catholici re ipsa contenti, de signo solliciti non sunt: sed vos schismatici & haeretici, contra rem vere maxi- mam, hoc est voluntatem Dei pugnantes, pro signo solo totam sacramenti rem, fructumq; eius omnem perdidistis. Postremo, quod aīs istam ablationem alterius speciei tunc tem- pris incēpisse, quo tempore pro diuitijs mundi, cœpimus contra Christianam charitatem in- sanire, quām frigidum est. Nam quid habet haec res affine cum diuitijs? an sacerdotes, vt laicis non ministrarent vtramq; speciem condu- cuntur diuitijs. O rerum solidarum inopem, verborum stolidorum diuitem Lutherum.

*Septimum est, inquit, Paulus omnium obstruens **Septim'** ora, qui ad Corin. vndeclimo, non presbyteris, sed ec- Achilles Lutheri. clesiae & omnibus fidelibus tradidit totum sacra- mentum. Hoc, inquit, argumentū dixit assertori sa- cramentorum, Noli me tangere.*

A N ideo Luthere non tangeris, quia tam stupidus es, vt non sentias, quando tangeris?

Certe

Certe stupidissimus es, si non sentis, quam parum causam tuam probet apostolus. Nam primum, etiam si locus ille nihil haberet ambigui tamen vix æquū esset postulare te, vt ora omnibus obstruat apostolus, quem apud te nullius apostoli tāta sit authoritas, vt os obstruat tibi: vt qui linguam maledicam exercere non solum sis ausus in apostolum Iacobum, & illi de authoritate sua mouere contouersiā, sed in ipsum quoq; debacchari Paulū: qui quum te offendit, ad Ephesios quinto, quod ausus est matrimonium vocare sacramentum, non dubitas in dubium vocare, vtrum id ex Deo sit locutus, an ex sensu suo. Verum quoniam satis certum est, neminem tam impium esse, q̄ te: perge nihil veritus, cæteris Christianis omnibus Paulum allegare. Sed vide tamen quatenus suffragetur tibi. Si quis aut negasset laicos olim vtramq; speciem recepisse, aut id factum reprehendisset in Corinthijs, recte Paulum citasses, cum & factum probaret illuc tantus testis, & recte factum tantus probaret apostolus. Nunc vero quum concedant omnes, & illud factum volente Deo, & nunc illud ipsum Deo dispensante mutatum, tu stolidē nunc alleges apostolum: ex quo probas illud, quod nemō negat: illud, quod obstat tibi, nō attingis: nisi te forte putas pulchre colligere. Si rem hoc pacto concludas: Paulus vtramq; specie dedit laicis olim, quando Deus ita voluit: ergo perpetuo sic facere debet Ecclesia, siue velit Deus siue nolit. An non Paulus quædam tradidit Corinthijs, que neq; tū licebat negligere, neq; nunc obligatur quisquam seruare? nisi tu, qui libertatem preten das, multis damnationibus inuolucas vniuersum orbem? Paulus circumcidit Timotheū: nec dubito, quin id recte riteque fecerit: & tamen idem paulo post interminatur alijs: Si circumcidimini, Christus vobis nihil proderit. Olim ad baptismum tantum admittebantur adulti: & Christus, non antequam adolevit, baptisatus est. Infantes baptisasse non leguntur apostoli. Cur ergo non clamas institutum esse, ne baptisentur pueri, vt hac quoq; parte calumniam struas ecclesiæ. Olim contrā, postquam baptisari ceperunt infantes, etiam communicari confuerant. Nunc illud videmus abolitum. Cur vtramq; speciem nō redarguis, tot secula iam subtractam pueris, qui alteram tantum damnes ablatam laicis? Iam istud ipsum de vini specie, an non Christus ipse prætermisit aliquando: nisi contra sanctos omnes Cleopha nèges, & sociū eius recepisse corp' in specie panis, cū in fractione panis cognoverūt eū: aut qui nihil admittis absq; scriptura, nobis probes absq; scriptura, simul præbita specie vini, quum testetur euangelista, protinus à portrectione panis, euauisse Christum. An non Paulum ipsum legis, in actis panem consecrasse, porrexisse discipulis, nec interim de vino verbum vllum? Quod si pergas querere, qui

sciam, quæ mutantur in Ecclesia, circa sacramentorum formam, ea mutari placito & consilio Dei, quæram abs te vicissim, quī scias ipse, lotionem pedum licuisse prætermittere? nec eam sic institutam à Deo, siue sacramentum fidei, siue sacramentorum saltem ritum, tales qui nusquam licite posset aboliri, quum Christus lotionis illius exemplum præbuisse non minus accurate videatur, quām Eucharistie: Imo hoc etiam magis accurate quod non dixit illis, hoc facite, sed meo exemplo hoc debetis facere. Quæ verba nullo modo suadere sed necessitatem videntur imponere, præser-tim quoniā modestiæ causa recusanti Petro, tā humile ac prope sordidum erga se officiū Domini, sit interminatus, non habiturū eū vllā partem cum ipso, nisi perageretur lotionis illius mysterium. Dic ergo Luther: qui scis istā lotionem, aut non institutam pro sacramento aut tantum fuisse ritum temporarium? Quæ scriptura discernes istud? alia ne quā hac, qua Christus promisit ecclesiæ: Spiritus paracletus quem mittet pater in nomine meo, ipse vos ducet in omnem veritatem? Et, Ego vobiscū sum, vsque ad consummationem seculi: & si qua sit alia eiusmodi? Qui scis, licet paulo post esse mutata, quæ per epistolā olim consti-tuerunt apostoli? nisi putas apostolorū quoque consilio, quod communiter habuerunt Hierosolymis, defuisse spiritum Dei. Qui scis, apostolos absque peccato mutasse baptismi formam, ab ipso præscriptam Christo, idque in re momenti (quicquid tu garrias) maximis? Neque enim tantum resert, an quisquam baptisetur aqua, quantum resert, in cuius baptisetur nomine. Potest & martyr suo baptizari sanguine. Potest aliquis & spiritu, sed in alio nomine nemo potest, quām in quo præscribit Deus. Quod si contendas, satis fuisse nomen Christi: ego Luther, vt ista fateor esse vera, sic ista vere video contra te facere omnia. Nā quum Christus institueret tria nomina, patris, & filij, & spiritus sancti, in quibus per lauacrum, populus regeneraretur in fidem, nulla prosuersus humana ratio potuit apostolis esse sufficiens, vt deflecerent à præscripto Christi, neque potuerunt contra Christi tam aper-ta verba credere, magis referre, vt solius Christi nomen redderetur illustre, quam vt tota trinitas in claresceret orbi, & confusesceret populus in ipsis Christianismi foribus cognoscere, & colere patrem, filium, & spiritum sanctum, quorum nominibus baptismus recepissent. Quod si respondeas, vt respondent quidam, Christi nomen, quum significet vñctū, & patrem vñctorem implicare, & vñctionem spiritum: retorquemus in te carnem, quæ subest speciei panis, non implicare tantū, sed & vere continere sanguinē, qui seorsum consecratur in specie vini, sed tamen, vt tu nō cedes id, satis esse causę, cur ecclesia relinquat in laicis vini speciem; ita nos non cōcedemus tibi,

Cur mag
ne doc-
tor non
docuisti
hoc nos
stupidos

Forte q̄a
non suc-
currebat

THOMAS MORVS

tibi, illud alterum satis fuisse causę, cur apostoli potuissent, in baptismo nomina patris, & sancti spiritus prætermittere: ne illud eadē ratione, quod Christus Deus erat, & idem Deus cum patre & sancto spiritu. Nam ut tu Christum dicis, duas instituisse species in Eucharistia, ita nos Christum dicimus, & euangelio teste dicimus, in baptismo tria statuisse nomina, nec illud obiter aut ociose, sed maxima de causa statuisse, ut protinus in baptismo personarū trinitas innotesceret. Vides ergo Lutherum nullam rationē apostolos permouere potuisse ut ex baptismi forma, patris aut spiritus nomine expungerent, quam formam non minus expressam vides in euangelio, quam utramque speciem in Eucharistia. Quid affersigitur, cuius dum accusas ecclesiam, non accuses apostolos? An hoc videlicet interesse dices, inter hanc causam & illam, quod illorū factū scriptura sacra complectitur, cui tu standum esse fateris: Ecclesiæ factum, nulla scriptura nititur, sed mera consuetudine, quam tu & male inoleuisse, & propere censes abolendam. At hic vide, quam nihil dicas, nam in Actis Apostolorum, nihil aliud legis, quam apostolos in solius Christi nomine baptisasse, sicut hic vides, laicos sub altera tātum specie per tota ecclesias communicass: & in euangelio vides magis aperta verba Christi, quibus iussi sunt, patris & spiritus sancti nomen adiungere, quam sunt omnia, ex quibus cōdendis Ecclesiæ præceptum à Deo, ut utramque speciem daret populo. Rursus ergo te rogo: quomodo nō oppugnas apostolos, eisdem machinis, quibus oppugnas Ecclesiam? Qui nunc maledicis ecclesiam, quomodo nō blasphemas apostolos? quos quid aliud habes, quo defendas, quam quod in solo Christi nomine baptizarunt, eius ipsius dispensatione, cuius ore prius aliam baptizandi formam suscepserant. Istud igitur idem rex tibi respōdit de ecclesia, videlicet cā, quod hac in re facit, Christi spiritu gubernatam facere. Sed ubi legit, inquis, istud rex, ecclesiam istud immutasse per spiritum Dei? Vbi legis tu Luther, Apostolus aliud postea mandasse Christum, quam quod ante mandauerat? An apostolos in sacramentis non patientur errare, quos delegit propter Ecclesiam? & Ecclesiā ipsam patientur errare, propter quam ipsos delegit apostolos? An ad solos pertinet apostolos illud Christi: Spiritus sanctus, quem venerit, ille vos ducet in omnem veritatem? ut illud ad eosdem quoq; tantum pertinere disputes: Ego vobis sum, vsque ad consummationem seculi.

EPILOGVS EORVM, QVIBVS REX resellerat argumēta Lutheri: & simul quam incertarē redderentur omnia, si cuiq; liceat ē quouis scriptura verbo conuellere fidem publicam.

CAP. VII.

NVNC igitur vides lector: quam imbecillum sit istud robur, omnium illo Lutherum septem argumentorum: quibus iste Satan conatur expugnare Christum: quā Stulta Lutheri ratiocinio. stulte nobis arguit, qui dicit: homines nō possunt istud facere, quum principes, & clarissime dixerit, & non vno tantū loco clarissime probauerit, non homines hoc fecisse, sed Deum. Si Deum fecisse Lutherus non fatetur, cur id non negauit? Cur id à rege toties dictum, tot libri sui locis inculcatum, tam sepe tam aperte probatum, silentio dissimulat? Sin Deum fecisse fatetur (fatetur autem, qui contra nihil responderet) quam stolidi nunc atq; impia sunt omnia septem argumenta, quaz nihil prorsus aliud valent, quam si diceret: Hoc Deus instituit, ergo peccat, quisquis aliter, ipso iubente Deo, fecerit. Aut si sic diceret: Hoc sonat scripturæ litera ergo impij sunt, qui obsequuntur spiritui sancto, cōtra speciē literæ, quā spiritus ille sanctus melius intelligit, quā septem millia spirituū nequā, qui Luthero ministrat sua septem arguments. Quamobrem lector chariflime, quum istud, quod Lutherus reprehēdit, velut sacerdotum factū, rex probauit esse factū spiritus sancti, cuius occulto spiraculo gubernari probauit ecclesiam: cui rei, Lutherus nihil adhuc inuenire potuit, quod responderet. Vides iam, quam stolidi bacchetur in regem, quasi non responderit ad arguments sua, tā fortia videlicet ac robusta, ut vno verbo veritatis prostrata sint omnia. Et tamen quum rex sustulit omnia clarissime, probas videlicet, id quod Lutherus velut à sacerdotibus factum, reprehendit, non ab illis esse factū sed à spiritu sancto recurrit adhuc stipes tam stupidus, ut plagam, qua ad cor vsq; vulneratus est, non sentiat: ac rursus in regem torquet sua septem tela tam pulchre dirigit, ut septem millibus nunc aberrent à scopo. Nam quum res facta probatur à Deo, ille disputat in sacerdotes. An postquam constat de authore spiritu Dei, tamen resistet spiritui, propter corticē literæ? Cuperem ergo scire, quid sentiat de salute martyrum, quos proprio sanguine baptisatos credit ecclesia: quibus antea corrigit occidi, pro fide Christi, quam sacramentum possent baptismi recipere. Nō dicet (opinor) sanctissimos illos martyres, omnes esse dānatos. Nec video tamen, quomodo possit eorum salutem afferere, si nihil recipiat præter euidētes scripturas. Quarū si quas reperias, quæ videantur illis promittere regnum Dei: non facile tamen inueniet ullam, quæ promittat apertius, quam hec aperte videtur denegare: Nisi quis tentatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Verum, quoniam haud multum est curæ martyrum Lutheri, ut quorum imagines, & cultū omnem contendat tollendum, cupio saltē scire ex eo, si nihil admittat omnino præter euidentes scripturæ.

evidentes scripturas, quidnam satis evidenter esset responsurus, si quis illi tam facilem ex sola fide pollicenti remissionem peccatorum omnium idque subita haec, & qualicunq; vnius menti penitentia, obijceret illud de peccato in spiritum sanctum, quod Christus aperte dicit, neq; in hoc seculo, neque in futuro remittendum? Quid hic faciet Lutherus? Obijcet videlicet illud Prophetæ. Quacunq; hora ingemuerit peccator, etc. Quid ergo dicit, siis, qui proposituit, dicat illud peccatum exceptio- nē esse, & aliquod saltem esse peccatum, quod quale sit, nemo adhuc satis explicuit, quod nulla deleri penitentia possit? Quis erit disputā- di finis? Imo si quis obijciat illud Apostoli, voluntarie enim peccantibus nobis, post acceptā noticiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia. Terribilis autem quædam ex- pectatio iudicij, & ignis emulatio, quæ consumptura est aduersarios. Et illud itē eiusdē: Irritam quis faciens legem Moysi, sine villa misera- tione, duobus vel tribus tellibus moritur. Quanto magis putatis, deteriora mereri sup- plicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguine testamenti pollutum dixerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ cōtumeliam fecerit? Et item illud. Impossible est enim, eos, qui semel sunt illuminati, & gustauerunt etiā donū cœlestis, & participes facti sunt spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonū Dei verbum, virtutesq; seculi venturi, & prolapsi sunt rur- fūs reuocati ad penitentiam, rursus crucifi- gentes sibimet ipsis filium Dei & ostentui ha- bentes? Has, inquam, scripturas si quis produ- cat, & iam illud: Quacunq; hora ingemuerit peccator, saluus erit: sic tamē hoc vsquā scrip- tura sacra habeat: dicat intelligendū esse, quacunq; pars ætatis, peccatorem infidelē posse per penitentiam recipi, ad baptismi gratiā, ete- rū post baptismū, rursus peccanti, denuo salu- tis locū nō esse, quis erit hic Lutherus finis, qui nihil admittit, præter evidentes scripturas?

Verū nō audi- et nisi sua.

Quād facit scripturas tā eidēter cōcordes, vt nō remaneāt argumēta plus septē, Lutheri aduersario, quæ nūquā poterit evidenter tollere, nisi recurrat ad ecclesiæ fidem, Dei digitis scriptā in cordibus fidelium, neq; minus veram, neq; minus certā, quocunq; libro scripturarum per quā fidē, certi sumus de fidei articulo, etiā quā de scripturæ sensu sēpe simus incerti, è cuius scriptura textu, argumētū plus septē Chri- stum oppugnabat Arrius. Argumentis plus septem Christi matrem sanctam impius op- pugnabat Heluidius. Vtriusq; perfidiam ex- pugnauit ecclesia, sita nimis super solidam petram fidei, qua docuit eam spiritus sanctus aduersus Arrium, concordare scripturas ad- versus Heluidium, & ab ipso declarare pro- ductas, & citra ullum scripturæ testimoniū, perpetuam virginis integritatē cre- dere. Quā igitur & ecclesiæ catholicæ publica fide, & cōsentiente scriptura certissimū sit, ec-

clesiā in fidei rebus, regi spiritu Christi, nō dubitamus id verū esse rectumq; quod spiritus dicit Ecclesiæ, etiā si qua litera scripture sit, in specie cōtraria, scientes, aut de illa dispensasse Deū, aut certe non esse contrariam, sed videri, sicut duos interdum scripture textus, qui pug- nare videntur, nihil dubitamus, inter se con- cordes esse, etiam si nobis discordare videātur. Quamobrē, aut illud Lutherus tollere debuit regi mutationē, quam velut factam per sacer- dotes incesit, factam esse per spiritum sanctū. Et item illud, Ecclesiā in fidei rebus eodenī gubernari spiritu, ad quæ duo, nihil omnino respondet: aut salua est Ecclesia Christi, nō so- lum aduersus argumenta septem Lutheri, sed etiam aduersus septuagesies septies septena millia cœvdæmonum, qui Lutherū, velut aptissimo dæmonum organo, tam stolidas ar- gutias aduersus Ecclesiā, & Christum spon- sum eius inspirant. Igitur quām omnia Lu- theri argumenta princeps aperte soluerit: Lu- therus contra, suo more, quædam excerpens, organū cum quibus pugnet, validissima quæque dissi- mulat. Nam neque ad hoc respōdet quicquā: quod rex ostendit, rem, quam ille reprehendit per eos factam non esse, quōs reprehendit. Ni- hil ad illud respondet, quod rex ostendit, eum laicos non excusare, quos ille vult excusa- tos. Nihil ad illud respondet, quod vtraq; spe- cies nūc auferunt infantibus, de quo nihil quæ- ritur Lutherus. Nihil respondet ad illud, quod Memori- rex ait rem, quam ille redarguit, nō ab homi- nibus esse factam, sed à Deo, qui in fidei rebus ipse pro- verbij si- regit Ecclesiā, qua in re, summa totius rei lento re cōficit. Quām hæc ita se vtrinq; habeant, tu spone- tur multū lector æquus inter vtrinq; iudica, quā- tis. impudens nebulo sit Lutherus, qui tam mag- nifice scurratur, & scurriliter gloriatur, regem ei nihil respondere, se vero respōdere ad om- nia: quām vno verbo rex, illius argumenta ve- resoluat atq; euerit omnia: ille regis contra fere dissimulet ac prætereat omnia.

RETEGIT AC REFELLIT DV-

plicem, imo triplicem Lutheri menda-
cissimam & stolidissimam sy-
copantiam.

C A P: VIII

NA M illa, quæ velut firmissima dele- git, cum quibus luctaretur, sic tracta- uit egregius palestrita, vt perspicuum fecerit illa ipsa, quæ videri vult infirma, infir- mis ipsius viribus esse firmiora.

E linguis, inquit, defensor in rebus necessarijs, vi- Verba
deamus quā lingua sit in suis nugis, ventre disten- Lutheri,
de lector, vt magnalia ista Thomistica capere possit,
probaturus licuisse alteram partem tollere quā re-
galiter incedit, quasi esset rex. Ecclesia, inquit, ma-
ne communicat sacramento, quod Christus fecit
vesperi, deinde nos aquam vino miscemus, de quo
Q. nūbis

T H O M A S M O R V S

nihil meminit scriptura. Quare si ecclesia hic potuit aliud facere, aut insinuere, potuit & partem sacramenti tollere.

E C C E lector, quam nebulonice procedat nebulo. Nam si rex loquutus de Ecclesiæ, vel institutione vel consuetudine, nihil eo loco prorsus adieceret aliud: tamen quom tot libri sui locis, & ratione probauerit, & scripturis, ecclesiæ in sacramentis gubernari spiritu sancto: quis ita sine sensu viueret, vt nō sentiret quid senserit rex? aut quis tā improbe faueret Lutero, vt nō dānaret in re tā aperta, tā stolidā Lutheri calumniam? At nunc, vt vanissimum viideas sycophantam, audi quæso lector princeps, illo ipso in loco, quid dicat.

**Verba
Regu.**

**Diuus
Augusti-
nus.**

**Verba
Lutheri.**

**ridiculū
Lutheri
cōmētū.**

S I Lutherus, inquit, nihil admittit aliud, quam euidentes Dei scripturas, cur non iubet Eucharistiā (vt dixi) à cœnantibus sumi? Nam sic factum scriptura commemorat. Quāto melius crederet Lutherus, nō humano figmento, sed eodem authore Deo factum in ecclesia, ne laici sub vtraq; specie reciperen Eu- charistiā, quo authore factum est vt recipetur à ieiunis. Placuit enim (vt inquit Augustinus) spiritui sancto, vt corpus domini, quod post alios cibos ab apostolis in cena receptum est, ante alios cibos à ieiunis recipetur in Ecclesia. Et protinus ita rem concludit rex: Spiritus sanctus, qui Christi regit ecclesiam, sicut Eucharistie sacramentum mutauit à cœnantibus ad ieiunos, ita laicos ab vtraque specie deduxit ad alteram.

Quid hic aīs lector? Per quem dicit rex hæc esse mutata? per homines, an per Deum? An non manifeste dicit mutata per Deum? Quo ergo nomine dignus est frater scurra Lutherus, qui nusquam non mentitur, principem disputare, hæc esse mutata per homines? Nam hæc est iittius nebulonis perpetua forma, non disputandi, sed calumniandi scurrititer. Et nunc, quasi scirent omnes, regem id dicere, quod sciunt omnes Lutherum mētiri, pergit scurraristrenue.

Sic rotari debet, inquit, ac ferri p̄ceps & insana libido mentendi, aduersus Dominum glo- riae.

I M O Luthere, sic rotari debet & p̄ceps ferri, furiosus fraterculus, & insana mētiendi libido, aduersus agnitam veritatem, desiderio despudē gloriole. Nam id ridiculū est, quod videri vis regem loqui aduersus dominum gloriae. An hoc quicquam est contra dominū gloriae, quod rex ait, Deum posse sacramenta sua, prout ipsi libertas, dispensare, & parentum esse Deo, siue per scriptum quicquam iubeat, siue sine scripto? Nam quod tu imputas regi, quasi dicat homines posse mutare, quod statuit Deus, illud certe, tam impudenter & improbe mentiri conuictus es, vt oculos post hac, si quis pudor esset, nunquā auderes attollere.

Quam vellem, inquit, modo possent asini & porci loqui, vt inter me & Henricum iudicarent. **Verba
Lutheri.**

Hoc saltem recte facis Luther, & in causam tuam commode: quam quoniam Deo & hominibus vides esse damnata, ad porcos appellas & asinos, si forte tam spurcum aut stolidum ullū brutū possis inuenire, vt tibi vel ad grunniere velit, vel adrudere. Quanquā ego profecto nō dubitē, si vel asini possent vel porci loqui, quin facile iudicarent, te & spurcio- rē esse porco, & stolidorē asino, qui tā fœdementiaris, & orbi te spores imponere, tam perspicuo & tam parentim mendacio.

Set accipiam, inquis, alios asinos & porcos: iudicate ergo vos ipsi sophistæ Parisienses, Louanienses, Colonienses, Lipsenses quoq; & vestrisimiles vbi vbi sint, qua dialectica valet ista Henricissima & Thomisticissima consequentia! Nam & vos signatis ad marginem libelli huius: Hic iacet Lutherus prostratus. Et Henricum vestrum appro- bas. Et re ve- rapla- tu, eras. **Verba
Lutheri.**

A T A T hoc illud est. Hinc illæ lachrymæ. Hoc animum tuū percellit Luther. Hoc vulnerat, laniat, lacerat, quod principis liber p̄sim probatur doctis, qui merito probat, & merito signant in margine: Hic iacet Lutherus prostratus, laces profecto prostratus turpissime, si prostratus iacet, qui nihil habet reliqui, quod contra possit hiscere, præter apertū, & nulli non compertum mendacium.

Dicite ergo, inquit, vnde locus? vnde regula istius consequentia? Aliquid sit extra scripturam: ergo contra scripturam est sentiendum. **Verba
Lutheri.**

T I B I Luthere quærenda est regula qua tuearis istam consequentiam. Nam ita plane tua est. Quis istam consequentiam fecit tibi? Quis ita collegit nisi tu? Sic enim colligit princeps, Christus per spiritum sanctum multa iubet, ac docet eccleiam sine scriptura: ergo Lutherus est hæreticus & Antichristus, qui nihil ecclesiæ credendum prædicet absque scriptura.

*Vnde, inquis, regula istius consequentia? Vinum Verba
miseretur aqua extra scripturam: ergo scriptura alteram partem statuens, est damnanda, pro heresi Lutheri, babenda, & alijs blasphemis vestris conspurcanda.*

Et statim magnifice scurra subiungis.

Pudescit ne tua frons Henrice, non iam rex, sed sacrilegio latro? Non sudatis virulentis sophistæ, vos miserabiles trunci, in reprobum sensum versi?

S I C libertas ac licet nebuloni ludere, & alijs obijcere capitis sui stultias. Nam quis tibi sic argumentatus est? Qui damnauit scripturam ullam? Qui habendam censuit pro hæresi? Qui conspurcauit blasphemis?

Nemo

Nemo certe, nisi tu, qui & Pauli reiecis interpretationem, & epistolam canoniam reprobas, & Iacobum blasphemas Apostolum. Nam quod rex ait, huc tendit: quod sicut Deus aquani vino miscendam docuit, absque scriptura, sic & alteram speciem auferendam docuit, absque scriptura. Quam, sicut ante monstratum est, nulla scriptura laicis dare precepit. Ego plus etiam dicere non dubitem: quod si quando, clarissime fuisse aliquid de sacris ritibus aut sacramentis, in scriptura mandatum, quoquā ppiam non dico credi, sed fieri, hoc aut illo modo mandetur: Deo tamen postea, aliter de illo dispensante mandato, & absque scriptura iubente contrarium, id quod eum hac in causa fecisse probauit rex, non erit impius, qui sine scriptura paret, atque obtemperat deo, quemadmodum facit Ecclesia: sed qui (quod Lutherus facit ac docet) scripturæ prætextu deum contemnit. Nec Ecclesia tamen scripturam, si qua videretur aduersari, damnaret, aut haberet pro haeretica, aut conspurcari blasphemij, sed honore seruato scripturæ, diuinitus edocta cognosceret, mandatum illud fuisse temporarium. Alioqui dicat nobis elegantissimus porcus, & prudentissimus asinus: an quisquis lotionem illam olim non seruat hodie, quam Christus olim peregit in cena, damnat & conspureat illud euangelium? Et tamen Christus & exemplum dedit lotionis illius, &, si locum spectes cum interminatione, mandarum & seruauerunt & tradiderunt apostoli, & aliquandiu tota seruanit Ecclesia, id quod disci licet è Cypriano martyre. Et nunc tamen, absque scriptura noua, per Christi spiritū ad eam lotionē Christianus populus desijt obligari, nisi tu, qui quinque sustulisti de sacramentis septem, subito reponas octauum. Nec tamen quisquam dānat, aut blasphemij illud conspureat euangelium. An Paulum dicens apostolum blasphemij conspurcasce Deum, & hanc damnasse scripturam? Erit pactum meum in carne vestra, in fœdus æternum: Masculus, cuius prepucij caro circumcisā non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Nam contra illam tam manifestam, tam rigidam, tam minacem scripturam, non dubitauit dicere: Si circūcidimini, Christus vobis nihil proderit. At Christus, inquis, baptizare iussit, & baptizatus est ipse. Factor: sed circumcidijam olim iussit, & circumcisus est ipse: & se venisse dixit, non vt legem solueret: & circumcisionis legem scriptura vocat fœdus æternum: nec per scripturam Christus contra docuit Paulum. Nam & ipse circumcidit Timotheum. Quid aliud habes, quam vt Paulum dicas, absque scriptura doctum à spiritu sancto, vt contra scripturæ verba, manifeste mandantia perpetuo circūcidj: contra exemplum Christi, qui circumcisus est ipse: contra tam apertum verbum

Christi, qui se venisse dixit, non vt solueret legem, sed vt impleret: non dubitaret tamen auferre circumcisionem? Memineris ergo, regem eodem modo respondisse tibi, quod ecclesia catholica, ab eodē docta spiritu, quo dōsus est Paulus, vini speciem non dubitauit auferre. Quam vini speciem preberi laicis (quāquam aliquando factum est) nulla tamē scriptura (qualem tu solam recipis) euidens, & manifesta præcepit. At (inquires) Paulum docuit Deus, & absque scriptura, sed ecclesiam nihil docet absque scriptura. Ergo, quod Deus quicquid docet Ecclesiam, docet euidentibus scripturis, hoc tu Luthere proba nobis euidentibus scripturis, contra illud euangelistę. Non omnia scripta sunt. Et illud apostoli. Collaudo autē vos fratres, quod omnia mea memoria tenetis, & quemadmodū tradidi vobis, instituta tenetis. Præterea illud. Huius rei gratia reliquie in Creta, vt quae desunt, pergas corrigeret, & constitutas oppidatim presbyteros, sicut ego tibi ordinarā. Et cōtra illud. Seruare quae præcepi vobis, siue per sermonē, siue per epistolam. Et illud item. Ego, quā venero, cetera disponā. Necnō & illud prophetæ. Ego dabo leges meas in cordibus eorum, & in membris eorum subscrības. Et quæcūq; sunt eius generis alia. At proba saltē scripturis euidentibus Christum, qui cū spiritu suo affuit Paulo, ecclesię non adesse catholicę, contra scripturam euidentem, qua contra promisit ipse, quum dixit: Ego vobiscum sum, vsq; ad consummationē seculi. Pudescit ne nunc tua frōs Luthere? Non fudas virulente sophista? Vere Alludit frons meretricis facta est tibi. Vere misera- ad verba Lutheri.
truncus factus es, & sic in reprobum sensum versus, vt mendacijs, sycophantij, haereticis, & blasphemij instupescens miseriam tuam, præ præsentium molestiarum mole, imminentium malorum terrore, & æternæ damnationis horrore, non sentias.

Dicat, inquit, nobis gloriōsus assertor sacramē- Verba
terum, vnde probet missam necessario mane ce- Lutheri.
lebrandam.

E C C E lector, vt sui semper similis est. Hoc nūf
Vt rursus nebulo, mendacem se, vt rursus se quā non
declarat sycophantam. Dic reuerēde Afinc,
vbi dixerit rex, necessario mane celebrandum
esse. Sic enim dixit rex?

S I Lutherus, eam rem ad exactam Euā- Verba
gelice narrationis formam reuocat: cur Eu- Regis
charitiā non iubet semper in cena recipi,
imo vero post cœnam.

Ecce Luthere, rex rem non restringit ad auroram, sed (vt sāpē iam dixi) ostendit ecclasiā, spiritu doctam sancto, ne se obligari putaret ad vesperum. Et Augustino teste probat, sanctū docuisse spiritum contra Christi exemplum, sumendum esse iejunis, quod Christus dedit cœnātibus. Diciā Luthere,

Q. ij dic, vbi

Hic Lu-
therte
scru-
pus tibi
infectus
est.

An non
hēc fāus
est mani-
festata tē-
ptura Lu-
there?
An non
hēc fāus
est mani-
festata tē-
ptura Lu-
there?

THOMAS MORVS

dic, vbi sit illud, quod regem mentiris dixisse, de mane. An idem est mane sumere, & ieiunium sumere. Proba nobis euidētibus scripturis, idem esse mane sumere, & ieiunum sumere. An ideo idem est, ieiunum sumere, & mane sumere, quia tu ieiunus sumere, nisi summo mane, non potes, quia summo semper mane potas? Hic locum habet tua quæstio: dicite Sophiste VVittembergenses, unde locus, vnde regula huius consequentiae? pater potator summo mane semper est ebrius, ergo nemo potest nisi mane recipere sacramētum sobrius.

Alludit ad verba Lutheri.

Verba Lutheri. *Idem, inquit, quero de aqua miscenda vino. Quis fecit haec articulum fidei? quis audet dicere, peccatum esse, si sine aqua celebretur? An Henricus, dum credit sic esse, & non credit Lutherū sine aqua celebrare?*

Æ Q V M est te Luthere veniam regare, quod te non adeo putauit improbum, quam tute temet esse gloriari. Nam cuius de te cogitationem, tua non vincat impietas? Etenim, quid in sacris audeas, & nunc significas, & paulo post satis aperte declaras.

Verba Lutheri.

Quis fecit, inquis, hunc articulum fidei? Quis audet dicere peccatum esse, si sine aqua celebretur?

Vt celebretur à ieiunis, & aqua fundatur in vinum, ista fideles suos docuit author fidei, qui in rebus & sacramentorum & fidei, docet Ecclesiam suam omnem veritatem, eique, quod ipsi placet, inspirat. Cuius voluntati, qui non obtemperat, peccat ne, an non peccet tua te stultissime damnatio docebit. Non opus est, ista tibi dicat Henricus. Tota hoc tibi dicit Ecclesia Christi, ab annis plus mille præteritis. Cui quiequid tamdiu inspiravit sponsus, vere oportet sic esse, quantumuis id nouus nunc neget, & contemnat hæreticus.

I A M illud non minus est ridiculū, quam cætera impia, quod ē tuo phanatico cerebro natum regem fingis dicere, his verbis.

Verba Lutheri.

Consuetudo (inquit) habet vim legis. Respondeo. Habet vim legis, sed in ciuilibus causis.

Vt tu semper Luthere, Lutherus es. Reperias nobis in toto regis libro, vbi dicat hoc, quod tu cum dicis dicere: Consuetudo habet vim legis. Non te pudet istud fingere, vt possis videlicet pulchre soluere? respondeo, Habet, sed in ciuilibus causis. Quasi rex tibi allegasset hominum consensum, ac non manifeste scripsisset, Christum ista suis inspirasse fidelibus. Nos igitur (vt videoas, quam belle tibi procedat, ista tua tam impudens sycophatia) respondemus tibi, consuetudinem Christiani populi in rebus sacramentorum & fidei, vim habere valentioris legis, quam vlla habeat cōsuetudo cuiusquam populi, in rebus ciuilibus,

quum hæc nitatur consensu dumtaxat humana, illa concilietur, & coalescat inspiratione diuina.

Nos, inquis, in libertatem vocati sumus, que nec Verba legem, nec consuetudinem ferre potest, quum agamus in spirituualibus.

Verissime profecto pronicias, de te & tui similibus, quos diabolus vocavit in seruilem libertatem suam. Nam vt legibus & moribus christiani populi, Deo seruire, regnare est, ita leges & mores abrumpere, quos populum suum Christus voluit obseruare, & suave iugum excutere, quod Christus voluit suum gregē portare, quid aliud est, quā seruū deo fugiuū esse, vt libere viuas diabolo? Imo liberatissimæ specie, seruitutē seruias miserrimam.

Quare, inquit, dominatio & regalitas Henrici, Verba suum dialecticam male didicit, & hoc loco vitiosissime petit principium, arripies hoc pro certo, probato, diuino, necessario articulo fidei, quod est mere liberum, & humanum inuentum.

Doctoralis magistratitas Lutheri non considerat, quod in hoc loco se declarat vitiosissimum nebulonē, qui sub nomine regis blasphemet Augustinianus Augustinum, in cuius olim verba iurauerat, à quo nunc, & Christo simul, perfuga periurus aufugit. Nam illum allegauit princeps, aperte pronunciante id, quod iste clamat esse merum, & liberū inuentum humanum, fuisse inuentum spiritus sancti. Et certe ex tot sanctis ecclesiæ patribus qui ad hunc vsq; diem à Christo passo vixerūt nullus vñquam fuit, qui communes vniuersæ ecclesiæ mores, circa sacramenta non credidit, aut traditos esse Dei iussu per apostolos, aut per spiritum sanctum inoleuisse in Ecclesia. Quos si quis interdū humana fragilitate At Lute. ro pecca trâgressus est, inter peccata numerauit. Cōtra tum est vero, ex tot impijs & insanis nebulonibus, qui eos ferunt ad hunc vsq; diē à Christo passo vixerūt, tu pro pemedū solus exortus es, q; cōmunes vniuersæ Ecclesiæ mores, circa sacramenta blateres, sic esse protus liberos, vt quod vniuersi tam sancte, tam perpetuo seruant, & tot seruarunt seculis, id iam cuique liberum sit, quando libet, quoties libet negligere. Et aedes nebulo, sub papistarum nomine totam tot ætatum ecclesiam irridere.

Quare nos, inquis, papistis istis sanctis, libenter fauemus, magnificos illos fidei sue articulos, qua erudiant: Esse tantum mane communicandum, Esse tantum in loco sacro, aut portatili, quod vocant, celebrandum: Esse aquam vino miscendam, & alios grauissimos, & his sanctissimis sanctis dignissimos articulos.

N E M O est petulantissime scurra, qui non sentiat blasphemias istas irrisiones tuas, recta contingere sanctissimos quosque preceres Ecclesiæ catholicæ, nempe Cyprianum, Hiero-

Bellus es Lutherus rhetor extra cōtrouersiam.

Verba Lutheri.

Hieronymū, Ambrosium, Augustinum, Basiliū, Gregorium, Chrysostomum, atq; id genus reliquos, quorum sanctissimi libri psalmū declarant, eos, quæ tu derides, serio sancteꝝ feruasse, & execrabilem credidisse, si quis illa non per incuriam prætereret, sed quod tu facis, arroganter & contumeliose conteneret. Sed tu tibi conscius, omnibus sanctis te esse execrabilem, velut desperatus nebulo, viciſſim sanctos omnes, amens & insanus irrides.

Verba
Lutheri.

Nos autem, inquis, tales fideles mere fatuos, & stolidos affirmamus.

NIMIRVM, quasi dicas, nos hæretici, nos infideles, tales fideles mere fatuos & stolidos appellamus. Sed quum dies illa venerit Lutheri, in qua stabunt fideles in magna cōstantia, tum vos hæretici, & infideles videntes, turbabimini timore horribili, & gementes p̄æ angustia spiritus dicetis: Hi sunt fideles & sancti, quos nos infideles & impij aliquādo habuimus in derisum, & in similitudinem improprij. Ecce, quomodo computati sunt inter filios Dei. Ergo nos errauimus à via veritatis, & iustitie lumen non luxit nobis, & sol intelligētæ non est ortus nobis. Lassati sum in via iniquitatis & perditionis. Quid profuit nobis superbia?

Tū tibi
Lutheri
executie-
tur ista
iactantia
verbō.
dum.

Nos inquis, communionem sacramenti liberam habemus, sive per diem, sive per noctem, sive mane, sive vesperi, libera sunt tempora, hore, loci, vestes, ritus.

OMNIA tibi libera sunt: nec tua refert ubi, quando, quomodo sacrificies, noctu ne, an interdiu, in luce ne, an in tenebris, ebrius, an sobrius, vestitus, an nudus, cultus, an sordidus, super altare, an super foricam furcifer.

Verba
Lutheri.

Apud nos, inquis, non peccat, qui modestie ederit, aut biberit ante communionem, quod & Paulus confirmat, I.ad Cor.XI.dicens: Si quis esurit, domi manducet, vt non in iudicium conueniat ad cœnam dominicam.

Vt pote
apud quos
nullū sit
peccatum,
distin-
cūlitas

QVI ante communionem ederit aut biberit, non peccat, apud vos, hæreticos homines nimirum impeccables. Apud quos, nullū tam grande peccatum est, quod peccatum esse possit. Omnia peccata vestra, sic absorbentur in fide, quorum animas interim totas absorbet infidelitas. Iam quod affers ex Paulo: pone primum illic perspicue dici, quod tu illum dicis dicere: quid aliud ex eo loco probasti tamen, quam quod id tum licuerit? Conclades ne ex eo, postquam tibi probauit rex, contra placuisse spiritui sancto, annis iam plus mille, idem licere tunc? quia Apostolus, sic dispensante Deo, permisit illud tunc? quasi non quædam aliquando permiserit, que paulo post etiam ipse prohibuit, nisi nunc circumcisionem permittas omnibus, quia Pau-

lus olim circumcidit Timotheum. Sed quæso te Lutheri, qui nihil admittis præter cūdentes scripturas, quomodo facies illum Pauli locum tam evidentem pro te? Paulus ait: Si quis esurit, domi edat. An ideo manifestum facies, illum dicere id eis licere? nec vñlū esse peccatum, si esurientes prius domi comedant, deinde saturi sumant Eucharistiam? Idem quum ijsdem scribat Corinthijs: Qui cōtemp-tibiles sunt, in ecclesia, eos constituite ad iudicandum, probat ne, vt constituantur contemptibiles, an id potius dicit, ad eorum verecundiam, qui neminem repererint satis sapientem in ecclesia, qui dirimeret litigia christia norum, sed eos litigare permittant apud ethnicos: quāquam velit eos potius apud quemvis litigare christianum iudicem, quam Christi nomen prophanare apud gentes. Tamen aperte pronunciat eos peccare, quod de pecunia litigant apud se. Omnino (inquit) peccatum est quod habetis iudicia inter vos. Et tu Lutheri, si locum, quem affers diligenter expandas, videbis eum forte potius totū cōtra te canere. Nam ibi manifeste reprehēdit apostolus eos, qui suas coenas afferentes secum, p̄eoccupabant eas edere, priusquam ederent cœnam dominicā. Et ideo. Non licet (inquit) edere cœnam dominicam, quia propriam quisq; cœnam p̄eoccupat. Ex quo non obscure colligitur, ieiunos venisse ad communionē, sed cibū quenq; suū, cepisse portare secū: quem quia quidam preq̄ustabant, apostolus id reprehendit, p̄cipiens, vt domi corpus pascerent, in templo pascerent animam. Quod si tam effeminitati essent, aut alias sic affecti, vt grauētur tantisper durare ieiuni, quoad conueniret concio: continerent se potius, & comederent domi, nec ad communionem auderent, saturi & eructantes accedere, vnde sibi damnationem accerferent. Relege ergo locum rursus Lutheri, videbisq; eum totum tibi potius aduersari, quam suffragari. Siquidem haud ait, si quis esurit, domi manducet, ac dein veniat: sed si quis inediā nequeat ferre, domi remaneat iubet, ac ibi famē sedet: nec ad téplū Dei adeat, vt ventris negocium agat.

Non quod damnem vsum, mane & locis sacris communicandi, sed necessitatē repudiamus. Volumus enim, si quis ieiunare non posset, aut reumat, vel grauedine leuari ieiunus non posset, ante comedat & bibat, quam partipet mensa domini: & hoc libere agat, quo corpore & animo sit compotissimus. Nam quod Henricus Ecclesiam vocat, nos dicimus meretricem purpuratam esse. Ecclesia enim & si ritibus & ceremonijs carere non posset, non tamen leges & laqueos animarum ex ipsis facit, faciunt autem hoc, qui Ecclesia nomen iactant porci illi & asini, Henricista, Papista, Sophista, Thomista, & sui generis deceptores, & Anti-christi.

audi hūc
ia Lutheri
re cōtra

Eni Lutheri
re testi-
moniū
tū con-
tra te.

Verba
Lutheri.

Vos, id
est hæ-
retici.

THOMAS MORVS

D. Martinus plus millies declarauit aperte quam magnifice, & quam regaliter, imo quā nebulous, & quam scurriliter, omnes ecclesiæ consuetudines, omnes leges, omnes ritus, & cæmonias omnes cōtemnat. Nam leges exūsset etiam, ne quis dubitet, quanti faciat reliqua, quibus hoc pro magno tribuitur, vt legis, quas exūsset, & quētur. At nunc subito cepit esse circūspectus, & moderari sentiā suā. Nam ante dixit sēpe, sic esse omnia ista libera, vt liceat omnia, quādō libet, quoties libet, seruare, mutare, probare, damnare, curare, negligere. Nunc non damnat vsum, sed repudiat necessitatem communicandi mane, & locis saecris. Et qui in Babylone contēdit, missam fore multo magis christianam, si vestium, cantu, gestuum, & cæterorum rituum, & cæmoniarum omnium, pompa tolleretur: contra nunc fatetur hic, ecclesiā ritibus & cæmonijs care non posse. Sed ecclesiā verā, id est, Lutheranam, ritus & cæmonias habere liberas: ecclesiā vero papisticam, id est catholicam, leges & laqueos animarum, ex ipsis facere. Videamus ergo Luthere, qui sint hi laquei, quos injicit ecclesiā catholicā: & quae sit hæc libertas, in quam nos vendicat ecclesiā tua.

*An non
Luthere
hoc satis
est liber-
tatis?*

Consideremus istud, in hac ipsa consuetudine qua communicamus ieiuniū. Ecclesiā hunc ritum accipit, & alios ritus eiusmodi, perductos in consuetudinem, per occultam dispensationem spiritus sancti, sicut sanctissimi quique patrum testantur, non tanquam sacramentorum substantiam, sed qui in honorem sacramentorum adhibentur, qui neque contemni sine peccato possunt, nec sine magna grauique causa debent omitti. Cæterum si quis decumbat ægrotus, aut alias sit in periculo, communicat non ieiuniū, communicat vel ter pastus, ne decadat absq; viatico. Verum vbi neminem est communicandi necessitas, abstinentiam potius censet ecclesiā catholica, quām ritum & consuetudinem diuinatus institutam, temere præsumas infringere. Dic igitur Luthere, quis est hic animarum laqueus, vbi potes implere, quod præcipitur? & quod non potest implere, non exigitur. Sed hoc tibi tamen & ecclesiæ tuæ, non satis videatur liberum. Sed si quis reumat vel graueditas, nisi ne leuari ieiuniū non posse, vis vt ante comedat, & bibat, quām attingat mensam domini, & hoc libere agat? Cur istud? vt sit (inquis) corpore & animo quā cōpositissimus. Valde profecto liberum facis illum ecclesiā ritum: si libere tibi licet eum soluere, de qualibet causa tam facile, ob reumat aut grauedinis paululum. Nam si talibus excrementis, corpus exuberet valdus, nocuerit potius, quām profuerit cibus. Quin istud miror nunc placere tibi vt qui communicat, animum habeat compositum, quum in Babylonica placuerit, vt accedens ad communionem, haberet animū, quam maxime posset, confusum, per conscientias er-

roneas, & peccatorum vel morsu, vel titillatione turbatas. Præterea si reumat vel grauedine molestetur, quare non potius differet communicare, quām contra tam receptū totius ecclesiæ morem communicet? Hoc vide licet te mouet, quod tune communicaretur rarius: & tu communicationem illam sanctissimam velles fieri frequentissimam. Hoc tu curas scilicet: qui in Babylone censes Eucharistiam sumendam, tantum semel in vita: nec id nisi in mortis articulo.

*Quā hæc
cohæret
tu lector
extima.*

SED tu adhuc liberiorem facis ecclesiā tuā, nempe vt p̄eoccupet edere, si quis ieiunare non posse. Olim, qui communicabant, ad cœnam vslq; ieiunabant: Quam rem, quum aliquot aut egroti, aut delicati nō ferrēt, ecclesia docente spiritu sancto, mutauit tempus. Et potius elegit à vespere ad auroram ducere, q̄ pret̄textum relinquere cuiquam, vt cogi videatur ante communionem edere. Et nunc tu tamē dicis: si quis non potest ieiunare, posse fortassis istud dicere: si communicare non licet ante vesperum. Nunc miseret me profecto tui, & ecclesiæ tuæ, si perpotantes vslq; ad medium noctem, non potestis postea ieiunare vslq; ad summum mane. Nunc vides lector, quam belle reuerendus pater temperat sermonem suum: & quam pulchre distinxit, quatenus deferendum sit ritibus, & consuetudinibus Ecclesiæ.

REFELLIT SOLUTIONES LVTHE ri, quibus conatur illud soluere quod rex ob- icit, de aqua infusa vino.

C A P. IX.

SED iam illud, quod aqua licite miscetur vino. Quæ res, vt ostendit princeps, non magis potuit fieri, quā altera species omitti, nisi per spiritum Dei. Per quē & dicit & docet, vtramq; rem esse receptam. Operæ pretiū est videre, quū diu riseris, quam perplexe tristes interea, & quam ridicule tādem solueris. Aī diuerſam esse rationem, de specie vini tolenda laicis, & de aqua infundenda in vinum. Alterum enim Ecclesiæ non licere statuere: quia vini species est pars sacramenti: de altero licite statuere potuisse: quia est res impertinens ad sacramentum. Nam quicquid est impertinens: id plane liberum esse dicit, & de talibus homines posse statuere, vt pote ritibus & cæmonijs, quibus ecclesiā dicit non posse cādere. Obiter ergo lector quam festiuum illud: quod ritibus ac cæmonijs fatetur ecclesiā carere non posse, & tamen paulo post vnumquenq; liberum esse vult, eadē statuta vel obseruare vel trāsgredi videlicet vt libera sit Ecclesiā. In quam libertatem sic vocati sumus, inquit, ē seruitute, vt nec vlla lege, nec vlla consuetudine teneamur, sed ita vide licet liber quisq; sit in rebus spiritualibus, vt quic-

*Nempe
cui nulla
sit liber-
tatis,
nisi ne
licentia.*

quicquid libet, licere debeat: quid nō? vt dum vnum natale celebrat, alius faciat pascha, & dū religiosi ieiunāt quadragesimā, pater potator interea, cum suis compotoribus, celebret bacchanalia. Et hēc est vna solutio, qua soluit illud argumentum regis.

Verba
Lutheri.

Non valet inquit, similitudo: quia, vt tolleretur altera species, non potuit ecclesia statuere: quia forma instituta à Christo: sed de aqua infundenda potuit, quia non est de forma sacramenti, sed quiddā impertinens. & quicquid est impertinens, non solum ecclesia, sed etiam quilibet potest libere pro suo libito facere, vel omittere.

Et tamen paulo post, idem reuerendus pater ait, non impertinens esse, sed malum, aquā infundere vino: atq; ita non licere, quia habet inquit, malam significationem: nam significat, inquit, synceritatem scripture, confundi traditionibus humanis. Vides igitur, vt homo sapiēs, & nusquāsibi cōtrarius, vnu regis argumētum soluat duabus solutionibus, inuicē libi cōtrarijs: Altera, qd^e cuiilibet licet aquā infundere, quia non est prohibitum, sed tantum est impertinens, nec magis vlli parti sacramenti contrarium, quam creationi mundi, aut nativitati Christi: Altera, quod licere non potest, quia malam habet significationem. Et certe licere non potest, si tam malum est, vt significet synceritatem scripture confundi traditionibus humanis.

Vnde ista
regula
Lutheri?

HIC ego tuam fidem charissime lector imploro. Id quod hic nebulo modo appellat impertinens, modo consuetudinem incertae originis, modo etiam ritum malū: cogita quēso tecum, an vllā originē habere censem, prēter solam voluntatem immortalis Dei. Nam si mortales omnes conuenissent in vnum, putas ne tam audacem futurum fuisse quenquā, qui primus ausus esset proponere, aquā infundēdam in vinum, qua de re nihil esset factum in exemplo Christi? Quod si quisquam fuissest tā audax, vt proponeret: quenquā ne putas futurū fuisse tā amentem, vt in retanta ferret talia proponentem, vt homines ex aqua & vno rite se facturos crederent, quod Christum accepissent in solo fecisse vno? An non minus timuissent vtramq; speciem omittere, quā alteram, adiunctā tertia humana temeritate violare? etiam si quid esset, quod omnes scirēt habere significationem optimam. Quanto minus si (quod hic ait nebulo) res haberet significationem pessimam?

Non est
verisimili-
le.

Nā alioqui nihil censem esse periculi, si quis quum sacramentum conficit, quicquam faciat quod sit impertinens, & non contrarium. Ah sceleratum scurram, quem, hac ratione vident omnes non reueritum cum pane mixtum consecrare caseum, aut sacrosanctū corpus domini consindere, atq; infarcire farcimine.

SED tulector pie, quum videoas nemine,

qui quidem christianus esset, id vñquam fuisse ausurum, vt aliquid adijceret venerando sacramento: dubitare nō potes, aquam sola sancti spiritus ordinatione infusam: velut representet illius aquæ memoriam, qua simul cum sanguine de Christo fluxit in cruce, vel quia vinum in coena quoq; miscuit Christus, etiam si nihil de ea loquantur euangelistæ, qui non omnia scriperunt, quæ fecit Christus, certe quacunq; de causa spiritus sanctus instituit, nō alio receptum spiritu, quam sancto, potes legit̄or esse certissimus. Quare nec id dubitare potes, quod spiritus sanctus instituit, quisquis id malum significare dici, illius spiritum à spiritu pelsimo fortiter esse possēsum. Quid ergo mirum est, si stolidus nebulo calumniatur principem, quum & apostolum Iacobū, & ecclesiam totam catholicam, iam olim cōtempserit, & nunc eo procedat impietatis, vt aperte blasphemet spiritum sanctū? Quum id, quod nemo non videt spiritum sanctum omnibus O sacrile inspirasse fidelibus, hoc audet scurra, quo quis gū nebū infidelis deterior, execranda lingua & radicē ionem, tus execranda, blasphemare.

Is est Lu
therus.

O STENDIT, QVAM IMPEDITVS illo arguento Lutherus, de aqua infusa in calicem: & simul duo illa genera stultorū, ab Luthero conficta facete retaliat.

CAP. X.

SED quam misere torqueatur illo arguento de aqua infusa vno, docet eius perplexa fluctuatio. Huc atq; illuc rotat se, nec vñquam consistit secum: licet, inquit, hominibus statuere, vt infundatur aqua, quia est tantum ritus, & res impertinens ad sacramentum. Et statim paulo post. Non licet aquam infundi, quia malam habet significationem. Rursus. Ecclesia non potest carere ritibus, & cæremonijs: ex quo sequitur quod ritus & cæremopiæ seruandæ sunt, & ex consequente, seruanda est aquæ mixtio: quem ritum esse faterur, & duntaxat impertinentem, & qualem dicit Ecclesiam posse statuere. At rursus, paulo post: Nemo tenetur ad ritus aut cæremonijs, quia liberi sum' ab omnibus euangelica libertate: Ergo aquam non obligamur infundere. Sed paulo post rursus: Si quis infundat aquam, malū significat: Atq; hac ratione, prohibemur infundere. Vide quo pacto se ex illo extricet arguento D. Martinus. Aquam tenemur infundere. Aquā non tenemur infundere. Aquā nō tenemur infundere. Age age nebulo: perge sceleste, sic perplexo loqui. Sic obscuratur cor insipiens. Sic caligant impij. Sic hallucinant schismatici. Sic vertigine rotantur hæretici.

ET tamen affectat videri non rixator tantū strenuus, sed si superis placet, etiam scurra stultorum fūctus. Fingit itaque duo stultorum genera: fūctio.

Q. iiiij quorum

Stulta
Lutheri
stultorū
fūctio.

THOMAS MORVS

quorum alter sit tam stultus, ut ex facto impertinente extra scripturam, putet tolli scripturam. ut ex eo, quod sit adulterium, tolli putet scripturas, prohibentes adulterium. Alter vero, tam stolidus, ut ex uno quolibet scriptura loco, quemlibet alium scripturae locum, quantumvis impertinentem putet haereticum esse, ut ex eo, quod Ietro legitur consuluisse Mosi, ut statueret iudices, credat omnes scripturas falsas esse, quae loquuntur de natuitate Christi. Deinde disputat suo more festiuie, hoc est scurriliter: utroque stulto stultiorem esse principem, qui ex eo, quod homines licite statuerent, ut aqua vino misceretur in sacramento: quae res est (ut ait) ritus dumtaxat impertinens, & ideo licite potuit ab hominibus institui, concludat etiam, licite ab hominibus institutum, ut vini species tolleretur laicis. Quare rem taalem esse contendit, ut ab hominibus institui non potuerit, quia vini species non est res impertinens, sed pars sacramenti.

V E R V M quum huius tam festiuie fictionis fundamentum sit, non nullum verbum principis, sed stolidum ipsum Lutheri commentum, quo nemo non illum videt. id dictum imputare regi, rex quod nulquam dicit, quis adeo stultus est, ut non stultum istum, tam stultos fingenter, rideat? Nam quod tam facile nobis lingit stultos, equidem nihil miror.

Si tantu stultos gigneret min' ef- fici malii. Naturale est enim, ut stultus procreet stultum simili similem, sicut asinus asinum. Nec dubito, quin stultus iste, postquam ei iam displicere cœpit in sacerdote castitas, multos nobis stultos geniturus sit. Verum cum sua stultorum suorum generatione, sic glorietur, ut aut neminem stultitiam suam videre credat, aut id se saltet simulet credere: fingat nobis egregius iste stultorum filius, vnum saltet stultum huiusmodi, qui quum inuenierit forte anulum ex orichalco, per iocum deceptus a quopiam, persuadeat sibi, eum esse aureum illum annulum Gygis, qui olim imperitabat Sardinibus, quo illum, ferunt, solitum ire quolibet inuisibilem. Hac mirabilis fortuna, superbus morio, quos ludos iocosq; dabit, dum mille nugis faciet præstigio sui periculum? quam gestiet, quam ridebit? quam saltabit pre gaudio, spectatoribus in alias partem auertentibus oculos, ut eius foueant stultitiam? Iam ille, se interea mirabilem quempiam semideum his haberi putabit, quibus ridetur insanus. Non simius simio similior est, quam isti stulto stultus, & stulte stultifex Lutherus. Qui tamen nemo stultitiam eius videat, ita se superbus effert, & quasi iam persuaserit omnibus, id regem hominibus tribuere, quod nemo nescit eum tribuisse dumtaxat Deo: ludit ac gestit stolidus, velut omnibus omnium oculis nouo perstri-
ctis præstigio, ne se ludentem conspiciant, venustate scilicet in morem camelii saltantem. Ipse

Huius- modi quiddam se- ria repe- riret Lute- rus. tam stultus interea, ut fannas, cachinnos, ronchos, & ringcerotas non animaduertat omniū

vndiq; ridentium, tam ridiculam stolidem sibi plaudentis insaniam.

Verū ne fors ægre ferat venerandus pater, nomen stulti: age, singatur aliis, non plene stultus, sed pene stultus. Cæterum plene nebulo, & plusquam plene scurra parasiticus, qui fuerit aliquando frater, post curta, dein rursus frater, post apostata, tum leno rursus, postremo plaguepatida, qui in aliquo Bohemicā pago, rusticorum conuiuiū ingressus, scurri cœperit: qui quā turpissimis gestibus, & verbis obscenissimis risum captarit: postquā impetus minus, & improbus, imitatus est rusticū lenonem, ebriosum, meretricem furiosam, tādē cupiens exhilarare conuiuas, incipiat imitari morionem: & quo primarium stultitiae specimē edat, nudus prodeat in conuiuiū dumtaxat opertus rete, quasi persuaserit ei quispiā, sic incantatum esse se, ut nemini possit consipi. Sic igitur ingressus, non morio stultus & innocens, sed improbus scurra, & lastaurus impudens, obscenis gestibus laborat excitare risum donec tam foedum spectaculum detestatibus illius etiam ruris rusticis, qui publice coeunt in templis, ipso solo qui risum captat sic petunt.

Hec Lu- theri ie belle con- petunt.

Sic trac- tari de- bet Lu- therus

Hic scurra, scio, non displiceret Lutheru: neq; enim sua cuiquā forma displicet: neq; quicquam Lutheru tam conforme, quam huiusmodi scurra: ita vierq; pari modo scurratur. Nam nec illius nuditas magis conspicua est, quam Lutheri, cuius obscena sic retegit, ac reuelat regis libellus, ut ipsius liber, quo se rectum simulat, non magis cum tegat, quam illum alterum scurram tegit rete: nec illius magis pudenda nuditas, nec magis impudens, quam nebulonis istius, qui sibi conscius, turpissimam sycophantiam suam omnibus vbiq; patere: neq; quenquam esse mortalium, qui non illum sentiat id ipsum aperte sentire: tamen scurra turpissimus, tanquam sibi persuaserit, nemini se posse conspicere, sic se stultum simulat, ac sub persona stulti, non in rusticorum conuiuio, sed in totius orbis theatro, non in re leuicula, pareat sed in materia religionis & fidei, tam imprudenter abutitur improbe scurrandi licentia, ut titia-plane se demonstret dignum, quem non honesti solum cuncti, velut honestatis corruptelam publicam publice castigandū curent, sed omnes etiam scurra virgins in foro verberent, quod tam improbe scurrandeo, scurram ordinem ex ridiculo reddat inuisum.

Hoc quo magis sp
OSTENDIT LVTHERI IN CAUSA
diffidentiam, & disimulationem earum rerum, quibus debuit respondere: nec non aduersus beatum Ambrosium, stolidam & blasphemam sycophantiam.

DE TRANSVBSTAN-

TIATIONE.

Verba
Lutheri.

Quarto, quū ego demonstrarem, non esse necessarium credere panem & vinum transubstantiari: insurgit in me Thomista rex, duabus machinis. Quarum prima est Ambrosii verbū: Altera Thomisticus ille aries, qui vocatur Oportet sic esse. Ambrosius inducit, afferentem nihil remanere nisi corpus & sanguinem post consecrationem. Quid ergo respondeam tam insulsis, & ineptis stultis? Si hic queram, an Ambrosii verbum sit articulus fidei necessarius, dicet rex, Oportet sic esse. Si dixerim, quis dedit Ambrosio ius condendi articulos fidei, dicet, Oportet sic esse. Et non videt stolidum caput, tale esse Ambrosii verbum, quod se ipsum deuoret, cum impossibile sit nihil remanere nisi corpus & sanguinem post consecrationem, nisi apud Thomistis subtilissimos viros, forma, color, figuris, et alia accidentia, nihil esse dicuntur. Nam hac vere ut non sunt nihil, ita videamus ea remanere, vt Ambrosium hic errasse palam palpemus etiam.

Et tu ne-
quis tuū
Videre
scelus.At Lute-
rus vti-
tur diuer-
sa rho-
rica ut a-
liquid
truncet.Hos ne-
taceat, ri-
det Lu-
therus.At Lute-
rus vti-
tur diuer-
sa rho-
rica ut a-
liquid
truncet.

Aut nunquam quisquam vietus est candide lector, aut hac in re profecto clarissime vietus est, & turpissime cecidit impiissimus haeticorum Lutherus: Cui, si tam aliquid esset frontis, quam nihil est omnino mentis, sic illū oppressisset pudor, vt in ignem potius fuisset coniecturus se, quam in huius articuli mentionem vñquam venturus denuo. Sed quam nihil illum pudeat, vel hinc agnosce lector. Rex illius argumenta recensuit omnia fidelter, atq; adeo nihil imminuit, vt quādam etiā amplificet. Omnia vero tam aperte soluit, vt ne nunc quidem præter stulta conuictia, sicuti statim videbis, quicquam potuerit inuenire Lutherus, quod contra rursus obijceret. Denique totam rem ex ipsis Christi verbis probauit, quæ licet tam aperta sint, vt expositiōne non egeant, tamen exposuit tam dilucide, vt si cuiquam ante fuissent dubia, postea dubitare nō posset. Postremo, ne videretur ex suo dumtaxat capite quicquam dicere, sicut Lutherus ē suo dicit omnia: profert magnā antiquorum patrum, & doctissimorum, & sanctissimorum ceterum, eadem de re, idem omnino sentientium: quorum testimonio probauit, non modo se pro suo libito non torqueare scripturam dubiam, sicut Lutherus in transuersam torquere solet apertam, sed nec in clavis quidē cito credere, nisi secū consentire senserit bonorum atq; eruditorum sententiā.

Quin eadem opera, probauit & illud: Nempe ruscōtra-transubstantiationis fidem, quam Lutherus se se p̄-improbē mentitus est, natam esse intra trecentos annos: veterem fuisse ecclesię fidem ante annos plus mille. Quū ergo princeps (vt dixi) luculenter hæc probarit omnia, Lutherus ita prostratus in lutum, pudoris dolore stimulatus, exira versus in furiam, hæc ferme dissimu-

lat omnia. Et omīssis oīibus ac netuis, conatur, mollioris hinc inde carunculæ frustū ali-

Hoc pro-
re facit.
suo mo-

quod arripere, quod rodat. Nec tamen quicquam inuenit tam fragile, quin putridos eius

dētes infringat. Quemadmodum illud ipsum de Ambroſio, in quo spectare potes, & extre-

mae desperationis, & duplicitis fycophantiae Lutheranæ conscientiam. Ait enim regem, tam

Solita Lu-
theri sy-
cophātia

tum afferre duo, ydlicet dictum Ambroſij, & Thomistarū (vi vocat)arietē, Oportet sic

esse. Quæſo te Luthere, quū tot veteres pro-
duxerit rex, cur tu, qui sacrilegium clamias esse

omitti tuorum quicquam, atq; id clamias im-
pudenter ibi, ybi nihil prorsus omititur: cur

inquam, hic reliquos omnes subtrahis, de solo
fateris Ambroſio? Nemo tam stupidus est, qui

Itaq; Lu-
non intelligat tā multorū, qui & eruditī fue-
runt & sancti, consensum, tempore locoq; di-

stantium plus habere momenti, quam dictum

vnius Ambroſij. Cur tu tantus bellator, tā cer-

tus victoriae, in causa (vt fingis) facilis, non au-

des congregari cominus? Cur queris tam pudē-

da suffugia, vt, quod fortius est, dissimiles:

quod minus forte est, id selegas, tanquam solū

fit, cum quo pugnare debeas?

Putasti quen-

quam esse tam stupidiū, vt te non sentiat, quū

ita rem tractas, pugnam detractare, & extre-

mae desperationem tam male tegendo, ma-

nifeste prodere?

SED age, reliquos omittamus in gratiam

tuam: videamus interim, quam belle viceris

hunc vnum, quem tanquam oportunum &

obnoxium, ac superatu facillimū delegisti tibi

comparem.

Si queram, inquis, an Ambrosii verbum fit articu-

lus fidei necessarius, dicet rex, Oportet sic esse. Si

queram, quis dedit Ambroſio ius condendi articu-

los fidei? dicet, oportet sic esse, non potest aliter esse.

Hoc tu Luthere, princeps neutrū respōdit.

At si quæsieris, an quitalia querit, absurdus nu-

getur: an is, qui in tāta re tā inepite nugatur,

ad vtrūq; respondebit: oportet sic esse, non

potest aliter esse.

I AM quid vñquam legisti lector, magis

scurrile, quam id, quod sequitur, quo furiolu-

lus iste bacchatur in beatum Ambroſium, quē

vult haberi tam stultum, vt verbum eius seip-

sum deuoret, propterea, quod impossibile sit,

nihil remanere, nihil corpus & sanguinem: sci

licet quia remanent accidentia, quē non sunt

omnino nihil. Atq; ex hac ratione concludit,

Ambroſium illo dicto sic errare palam, vt id

palpemus etiam. Refer adhuc manum palpa-

tor eximie. Ambroſium palpa diligētius: quū

dicit hoc paſto. Licet figura panis & vini, in

altari videatur, nihil tamē aliud quam caro &

sanguis Christi credendum est, dicit ne perij.

se prorsus accidentia? si dicat accidentia pe-

riſſe, quonodo dicit restare panis & sanguis

figuram? An figuram sensit esse substatiā?

Quomo-

Verba
Lutheri.Audit le-
ctor hūc
fycophā
tam?Fulchra
ratio Lu-
theri.

scilicet

ratio Lu-
theri.ambro-
si verbaambro-
si verba

THOMAS MORVS

Vbi sunt
Lutheri
illa verba
sui de-
uoratri-
cia?

Lutheri
qua cert
palpato-
Verba

Lutheri
cōmētū
de fide.

Quomodo potuisset apertius dicere, remane-
re accidentia, mutari substantiam, quam quū
diceret, adhuc ea manere, per quē manere vi-
derentur panis & vinū: sed non manere quic-
quam, quod esset aut panis aut vinum? An
dumtaxat oculorum visu, manet species panis
& non idem reliquis item sensibus videtur?
Igitur quum dicit adhuc videri panem & vi-
num: an non aperte dicit accidentia manere,
per quae efficitur, ut panis & vinū esse videa-
tur? Quomodo igitur, hic palpat palpator,
beatum Ambrosium errare? Ita ne cuiusquam
digiti stupent, ut non palpet hunc palpatorē
non errare palpando, sicut errauit Isaac: sed
maligne calumniando bacchari, nec se se de-
uorare beati Ambrosij verbum, sed furias de-
uorasse Lutheri cerebrum.

Sed esto, inquit, Ambrosius voluerit non manere
panem & vinum, dicam, Ambrosium suo sensu abū-
Cur ergo tu ini-
quos es
Ambo-
sio cū ni-
hilo sis
certior?
p. Cur er-
go tu ini-
quos es
Ambo-
sio cū ni-
hilo sis
certior?
dare permitto. Neque sanctus vir, hoc verbo consci-
entiām vilius ceu articulo fidei voluit obstringere,
quum id non possit ē scripturis demonstrare, sed si-
cuit ipse libere hoc modo est opinatus: ita permis-
it aliter alijs opinari, exceptis Thomistis, quos etiā
veterosis somniis suis ceu articulis fidei, iustū est
illaquare & vexari.

Quam acute soluit: quum non ex vnius
Ambrosij, sed ceterorū quoq; sanctorū omniū
libris clarescat, publicam catholicæ Ecclesiæ
fidem (quā vel absq; scripture certam esse, ve-
ramq; nec falli posse scripture testatur) multa
secula fuisse tales: quum eandem fidem prob-
ent etiam aperta verba Christi, non debent
hæc satis esse Lutheri, qui fidem hæc natā esse
mentitur intra trecentos annos. An aduersus
Lutherum ideo non debent hæc valere, quia
Lutherus Ambrosium pernixit abundare in
suo sensu, & idem Ambrosius tantum suū sensum
aperuit, nec Lutherus præcepit aperte, ut
idem crederet: quia nunquam putavit, nasciturum tam improbum hereticū, qui id, quod
Christus ecclesiæ pro indubitate tradidit, tra-
sturus esset in dubium:

COMPARAT ET EXPENDIT
verba regis, cū verbis Lutheri, & ex
euangelijs responsū Lu-
theri conuincit.

C A P. XII.

Verba
Lutheri.

IAM aliud regis robur, quod oportet sic esse, quia
clara sunt, inquit, verba Christi, dicentes: Hoc est
corpus meum. Non dicit cum hoc, aut in hoc,
sic corpus meum. Hic iterum non tam letargū regis
quam nequitiam accuso. Sic enim detruncat Latro
verba Christi, & meum argumētū regaliter trā-
filit, ac si ius haberet verba Dei rapere, & ponere
pro libidine. Ipse, iuxta rudem & asinianam Thomis-

starum philosophiam, aptat pronomen, Hoc, ad pre-
dicatum, corpus meum. Deinde mox (quasi hoc vi-
cisset) clamat, Aperta sunt verba. Hoc est corpus Imo tu
meum. Sed interim totum pondus, quo Iarualem il-
lam philosophiam vrgebam, facet subdolus sophista. emotz
Hic enim, tota disputatione egi, ne pronomen hoc, mētis es
ad corpus meum aptari posset in eo loco. Neque
enim opus erat mihi tam crassis porcis, qui mibi di-
cerent, nihil esse nisi corpus ibi, si pronomen, hoc, nō
nisi corpus demonstrat. Sed quum virtuosissimus pe-
titior principij (vt est mos omnium sophistarum) de-
beat primum ostendere pronomen, hoc, ad predica-
tum pertinere, & meas rationes diluere, horū ni-
hil facit, & garrit ridicule Christum non dixisse in
hoc, vel cum hoc, sed hoc est corpus meum. Nonne
& ego ista subtilissima subtilitate Thomistarum, facere
possem dicere, Christus non dixit panis substantia-
tum in corpus: vt vos fabularum magistri singitis?
Sed hic fuerit regi laborandum, vbi ex filo sermonis
ostendi, pronomen, hoc, ad panem aptari: & sic sona-
re aperte verba. Hoc est corpus meum, id est, hic pa-
nis est corpus. Nam textus sic habet. Accepit panē, Egregie
benedixit, fregit, & dixit, Hoc est, etc. Vides hic, ut
omnia illa verba, accepit, benedixit, fregit, de pa-
ne dicantur. Et eundem demonstrat pronomen, hoc,
Quia illud ipsum, quod accepit, benedixit, fregit, hoc
inquam acceptum, & benedictum, & fractum, sig- At iā ap-
plicatur, quum dicitur: Hoc est corpus meum, non male in-
predicatum sed subiectum demonstrat. Non enim telligere.
corpus suum accepit, benedixit, & fregit, sed panē: grammatica
ideo non demonstrat corpus, sed panem. Hæc sunt cla-
ra verba, que rex nequitiosus occulit, & nudi illam
propositionem vrget. Hoc est corpus meum, & pro-
nomen, hoc, ad corpus temeritate propria aptat.

Si quis vsquam locus est lector: cuiusmodi
sunt supra mille qui manifeste probent, Lu-
therum esse mortalium omnium maxime im-
pudentem, hic certe locus id docet clarissime.
Queritur principem, Christi verba temerasse,
ipius argumenta præterisse: quum rex integ-
re Christi verba recenseat, ex Euangelisticis
oibus: Lutheri argumēta melius recitet, quā
Lutherus. Deinde sic rem tractet, vt hoc li-
bello planè se demonstret Lutherus, suam se at Luthe-
causam prorsus habere pro victa, ita regis ar-
gumenta prorsus reliquit intacta: cū vno dū-
taxat aut altero argumenti frustulo rixatur,
nihil prorsus afferit, quo labantibus argumentis
suis succurrat. Quamobrem hac in re nihil
erit mihi cum Lutherio negocij: subiungā tā-
tum quādam ex libello principis, quae quum
lector, cum Lutheri responso contulerit, fa-
cile deprehendet, quam deploratam causam
Lutherus habeat. Quam nunc, post tam glo-
riosam iactantiam, tandem sic reliquerit inde-
fensam. Sic igitur inquit rex.

SECVNDAM captiuitatē facit, quod Verba
quisquam vetetur credere verum panem, ve- Regis
rumque

Quomo-
do rex
prætere-
ri argu-
menta.
Luther,
ipse id fa-
cit quod
regi ex-
probat

rumque vinum restare post consecrationem. Quia in re, contra quam, totus iam credit Christianus orbis, ac multis retro seculis credidit, persuadere conatur Lutherus, in Eucharistia sic esse Christi corpus & sanguinem, ut tamen substantia veri panis, verique vini remaneat, post hac, opinor, quum libebit, corporis aliquando substantiam sanguinis; negaturus, tanquam post in melius mutata sententia, quemadmodum ter, ante iam fecit, neque in indulgentijs, in potestate pontificis, & cōmunione laicorum. Interea se singit ista docere, motum videlicet misericordia captiuitatis, qua populus Israeliticus seruiat Babyloni. Ita totam Ecclesiam appellat Babylonem: Ecclesi⁹ fidem vocat seruitutē: & homo misericors offert libertatem omnibus qui velint ab Ecclesia separari, & istius putridi & abscessi membra contagione corrupti. At quibus modis, inuitat in hanc plus quam seruire libertatem, operæ pretium est cognoscere. Magnam censet ac primariam rationē: quod verbis diuinis non est villa facienda vis, neque per hominem, neq; per angelum.

Verba Lutheri. Sed quantum fieri potest (inquit) in simplicissima significazione seruanda sunt, & nisi manifesta circumstantia cogat, extra grammaticam, & propriam, accipienda non sunt: ne detur aduersarij occasio, vniuersam scripturam eludendi. At vis sit verbis diuinis, si quod Christus ipse vocat panem: hoc nos dicamus intelligi panis accidentia, & quod ille vinum vocat: hoc nos dicamus esse tantum vini speciem. Omnibus ergo modis, verus panis, ac verū vinum restat in altari, ne verbis Christi fiat vis, si species sumatur pro substantia. Nam quum euangelista clare scribant, Christum accepisse panem, ac benedixisse, & Attuum liber, & Paulus, panem deinceps appellant, verum oportet intelligi panem, verumque vinum, sicut verum calicem. Non enim calicem transubstantiari etiam ipse dicunt.

Verba Regis Lutheri argumenti diluvii tur. H AE C est ergo magna, & (quemadmodum ait ipse) primaria Lutheri ratio: quā ego me spero facturum, ut omnes quam primum intelligent, nihil magni habere momenti. Nā primum, id quod ait, euangelistas clare dicere, quantumuis clare dicant, pro Luthero tamen nihil clare probat: contra vero, quod pro illo probarat, hoc nusquā dicūt. An nō scribūt, ait, accepisse panē & benedixisse? quid tū postea? Accepisse panem & benedixisse, etiam nos fatemur. Panem vero dedisse discipulis, postquā inde suum corpus confecerat, hoc & nos instanter negamus, & euangelista non dicunt. Quae res quo fiat apertior, & tergiuersandi minus pateat locus, Euangelistas ipsos audimus. Matthæus ergo sic narrat. Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panē, & benedixit, & fregit, deditque discipulis suis, & ait: Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens:

Bibite ex hoc omnes, hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur, in remissionem peccatorum. Marci vero verba sunt ista. Et manducantibus illis, accepit Iesus panem, & benedicens fregit, & dedit eis & ait: Sumite, hoc est corpus meum. Et accepto calice, gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes, & ait illis: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur. Lucas denique narrat hoc pacto. Et accepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis detur. Hoc facite in meā cōmemorationē. Similiter & calix postquam cœnauit dicens: Hic est calix, nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur.

E X omnibus euangelistarum verbis, nullum video locum, in quo post cōsecrationem, sacramentum vocetur panis, aut vinum, sed tantum corpus & sanguis. Dicunt in manus Christum sumpsiſſe panem: id quod nunc fatemur omnes: at quum reciperent apostoli, non panis nominatur, sed corpus. At Lutherus euangelistæ verba, in suam partem conatur, interpretatione torquere. Accipite, Manducate. Hoc, id est, hic panis, (inquit) is quē accepérat, & fregerat, est corpus meum. Sed hec est interpretatio Lutheri, nō verba Christi, neque verborum sensus. Si panem, quem accepit, quemadmodum accepit, sic tradidisset discipulis, nec ante conuerteret in carnem, ac porrigitendo dixisset: Accipite & manducate: recte diceretur porrexisse, quod in manus accepérat: nihil enim fuisse aliud, quod porrigeretur. At quum, priusquam daret apostolis manducandum, panem conuerterit in carnem, non iam accipiunt panem, quem ille suscepérat, sed corpus eius, in quod panem cōuerterat. Quemadmodum, si quis, quum secum accepisset, alij daret inde natum florem, non id dedisset, quod accepérat: quanquā naturę communis ordo, alterū fecisset ex altero: ita multo minus porrexit apostolis, id, quod in manus accepérat Christus, quum panē suscepsum, in suam ipse carnem tanto vertisset miraculo, nisi quis contendat, quoniam Aarō Comp̄ manu, ideo cum colubro quoq; virgē estitilis se substantiam, aut colubri denuo, cum receperat virgula. Quod si cum colubro, virga restare non potuit, quanto minus restare potest panis, cum carne Christi, tam incomparabili substantia? Nam quod argutatur, imo nugatur Lutherus, pro sue simplicitate fidei facere, quum de vino dicat Christus, nō, hoc est sanguis meus, sed, hic est sanguis meus: miror, quid homini venerit in mentem, quum istud scriberet. Quis enim non videt, quam nihil omnino facit pro eo, imo contra: videretur magis pro eo fecisse, si dixisset Christus: Hoc est sanguis meus. Habuisset enim anfam saltē Lutherus, qua, demonstrandi articulum re ferret ad

Argutu-
la Luth.
interpre-
tatio.

Compa-
ratio-
nem ele-
gans.

ratio-
efficax.

Lutheri
nugax ar-
gutia e-
luditur.

THOMAS MORVS

ferret ad vinum. Nunc vero, quum vinum sit neutri generis: Christus ait: non hoc, sed hic est sanguis meus: & quū panis sit generis masculini, ait tandem: Hoc est corpus meum, non hic: vt vterq; ostendat articulus, Christū, neq; panem propinare, neq; vinum, sed suum ipsius corpus & sanguinem.

NAM quod vidēri vult Lutherus, prōnōmen, hoc, ad corpus referrī, nō Christi prōposito, sed occasione linguarum, nempe Latinā & Græcā, ac proinde nos remittit ad Hebraicā, an non ridiculum est?

Nam Hebræa lingua, si neutrū genus non habet, non potest tam aperte declarare, ad utrum Christus retulit articulum, quām Latina vel Græca. Nam in Hebræa lingua, si articulus fuisset masculinus, tanquam diceret, hic est corpus meum: tamen res relinqueretur ambigua, quia potuisset ea locutio vidēri coacta, necessitate linguae, non habentis neutrū. Sed quum apud Latinos, panis & corpus sint diuersi generis: is, qui transtulit ē Græca, articulum coniunxit cum pane, nisi apud euāgelistam repperisset, demonstrationem factam de corpore. Præterea quum Lutherus fateatur idem generis discrimen esse, & Græcis facile potuisset cognoscere euāgelistas, qui scriperunt Græce, articulum fuisse posituros, qui referretur ad panem, nisi quod conciij mentis dominicæ, voluerunt admonere Christianos articulo corporis, Christum non panem communicasse discipulis, sed corpus. Qamobrem, quod Lutherus interpretatur in suam partem verba Christi, Accipite & manducate, hoc est corpus meum: id est, hic panis, quem acciperat: non ego, sed ipse Christus contradicit, sua verba intelligi: nempe hoc, quod eis porrigebat, non esse quod ipsis videbatur panem, sed suum ipsius corpus (si recte Christi verba recensent euāgelistæ) Nam alioqui poterat dicere, non hoc (quod exponeretur) id est hic, sed aperte potius, hic panis est corpus meum: quo sermone docerentur discipuli, id quod nunc Lutherus docet ecclesiam: nempe in Euchatistia pariter & Christi esse corpus & panem. Nunc vero sic loquutus est, vt ostenderet manifeste, corpus dumtaxat esse, nō panem.

I AM quod tam magnifice transfert ad se Lutherus: quod Christus etiam loquitur de calice, quem nemo dicat esse transubstantiatum, miror hominem non pudere tam temperantis ineptiæ. Quum dicit Christus, Hic calix noui testamenti in meo sanguine, quid facit pro Lutherō? Quid enim significat aliud, quam id, quod discipulis propinabat in calice, suum esse sanguinem? An ex his Christi verbis ostendet nobis Lutherus, manere vini substantiam, quia Christus loquitur de sanguine? aut vinum in sanguinem non posse mutari, quia adhuc restat calix? Utinam præludium delegisset sibi Lutherus

ex alia materia, in quā minore periculo potuisset ludere. Nam quum Boemos & Græcos sic excusat ab hæresi, vt hæreticos clamet omnes esse Romanos: multo magis ostendit se Lutherus hæreticum, qui non soluti fidē abnegat, quam tota credit ecclēsia, sed etiā dētriora credi suadet, quām aut crediderūt Græci, aut vñquam credidere Boemi.

Q V I D ais Lutherū quid in te erdis, Cataldum hæc legit, interea rogitat lectorem? an gus mēdiorū Lutheri in te? Dixisti regem argumenta tua regaliter transilire: sed lector te videt hic scurriliter valde mentiri. Dixisti regem Christi verba truncare sed lector te dignum censet, cui mendacissima lingua secari debeat, & stolidum truncari caput. Dixisti regem nihil afferre, nisi Oportet sic esse: lector eum videt tua argumenta tam vere soluisse, vt nihil habeas, quo possis ferre subsidium.

E T tu, quo fugam tuam turpissime dissimiles, excepis ē tam multis, vnius argumenti partem, & illam quoque quantum potes, depranas, quam nec sic effugis. Sed nusquam tutus, huc illuc trepidus curritas, sicut fugientes solent. Debuit, inquis, ostendere pronomē hoc, ad corpus pertinere: quasi non omnes eū videant id clarissimis argumentis fecisse, & exemplis etiam illustrasse, de semine & inde natō flōre, de virga & inde factō serpente. Quibus tuum illud præsidium de circūstantia plane prostrauit. Et tamen illa dissimulans, rursus redit cum eadem circumstantia. Accepit panem, benedixit, fregit, ac dixit: Hoc, id est hic panis est corpus meum. At interea de responsione regis, verbum nullum: de exemplis illis magnum silentium.

Vides hic, inquis, vt omnia illa verba accepit, benedixit, ac fregit, de pane dicantur. Et eundem demonstrat pronomē, hoc. Quia illud ipsum, quod accepit, benedixit, ac fregit, hoc inquam, acceptum, & benedictum, & fractum, significatur, quum dicitur: Hoc est corpus meum, non prædicatum, sed subiectū demonstrat. Non enim corpus suum accepit, bene- dixit, & fregit, sed panem: non ideo demonstrat cor- pus, sed panem. Hac sunt, inquit, clara verba, quæ tem- rex nequitiosus occulit.

Sed quid tex ad ista responderit, & hoc tā aperte stultum sophisma, quām aperta ratione diluerit: hoc nequitiosus occulit Lutherus. Et tanquam omnium clausisset oculos, ne quis illud posset legere, sic rursus stultissime iactat idem sophisma, rursus oculis subiecti, & prædicans subiectū, & prædicatum, & catenā nobis longam faciens ē glacie. Panis erat, quē accepit, ergo panis erat, quem benedixit. Panis erat, quē benedixit, ergo panis erat, quē fregit. Panis erat, quē fregit, ergo panis erat, quē dedit discipulis. Sic Lutherū soles vigilati stertere nabo, vt te non sentire simules, quū hanc fragilem catenam tuam tibi rex infringeret,

collectio
argumē-
ti Luth.

negans

Argumē-
tū Luthe-
ri inep-
tissimū.

negas Christum dedisse, quod in manus accep-
perat, postquam id, quod accepit, mutauit in
aliud: quemadmodum pulcherrimè demon-
strat exemplum illud, de flore nato ex semine.

Quod exemplum, tu non es ausus attingere.

Sed si teneret hæc præclara cathena tua, nec
virga Aaron ex virga versa fuit in serpentem,
nec ex serpente rursus in virgam, si sic sophi-
sticari pergamus. Aaron, quod in manus sum-
psit, hoc proiecit, sumpsit autem virgam, pro-
iecit ergo virgam. Deinde, quod proiecit hoc
ante Pharaonem iacuit, sed non nisi virgam
proiecit, ergo non nisi virga iacuit ante Pha-
raonem. Aut si simul fuisse vis, & virgam &
serpentem, licebit saltem eodem modo collige-
gere. Quod in terra iacuit, hoc Aaron sustulit,
& secum retulit, sed serpens iacuit in terra:
ergo serpentem è terra sustulit, & serpentem
retulit domum. Quin eodem sophismate pro-
babis nobis Euam perpetuo fuisse costam, si
quis hoc sophismatis genus admittat. Quod
Deus de latere tulusit, hoc Adæ coniunxit, in
vxorem, sed de latere eius costam tulusit, ergo
costam illi dedit vxorem. Quod si quis hoc so-
phisma tuum rideat: hic serius, vt soles, cum
eodem redibis insanis, & rem conaberis ob-
tinere conutis, exclamans: Vos asini, nûquid
costam tulusit Deus ex Adem, & ædificauit in
mulierem, & adduxit ad Adam, & ei dedit in
vxorem? Nunquid igitur costa fuit, quam de
Adam tulusit? & quod tulusit, id ipsum ædificauit?
& quod ædificauit, id ipsum adduxit? & quod
adduxit, id ipsum coniunxit? Ergo à primo ad
ultimo, costam ex Ada tulusit: ergo costa Adæ
coniunxit. Iam si quis audeat huius sophis-
matis aperire mysterium, ac neget Deum addu-
xisse costam, quam ædificauit in mulierem,
sed mulierem, quam ædificauit ex costa, sicut
Christum respondit rex dedisse discipulis, non
panem, quem acceperat, sed corpus, quod ex
pane fecerat, illum ridicule ridebit reueren-
dus pater, & negabit argumentum suum
bene solutum esse, neque quicquam dicet esse
Non enī responsum, præter, oportet sic esse. Nec in-
opus est, terea verbum faciet vllum, de his, quibus tam
vicius tā- aperte reuincitur:

Hoc Lu-
there tuū
sonat ar-
gumētū.

Non enī responsum, præter, oportet sic esse. Nec in-
opus est, terea verbum faciet vllum, de his, quibus tam
vicius tā- aperte reuincitur:

Illi se fere
discit es-
se disser-
tus.

tum plane reperiisti, nimium bene potus in ca-
lice. Nunc vbi illorum te pudet, fatis est om-
nia tacere, & clamare, nihil aliud afferri con-
tra te, quām, oportet sic esse, verba sunt clara
& aperta.

Nam hoc est, inquis, insigne sapientie Thomisticae,
quod postulatus rationem huius articuli fidei (cum
nullum articulum sciat à me admitti, nisi aperte
scripturis munitum) ipse tamen nihil aliud assert,
quām oportet sic esse: verba sunt clara & aperta. Sed nec
Quis autem tam insanus est grammaticus, qui ex
hoc sermonē, Hoc est corpus meum, intelligat, aut
colligat, id, quod est panis, transubstantiari in car-
nem, nisi Thomistarum fex: que etiam grammati-
cam nos dedocuere?

NON dubito Lutherē (quāquam sis im-
pudens) quin hic tamen sudes satis, quum sen-
tias apud te, quid lectors sentiat de te, tā sto-
lide dissimulante omnia, quāt te videre vident
omnes. Nam quod ita queris, Quis tā insanus
est grāmaticus? nos hoc Lutherē querendum
relinquimus tibi, qui aſiduē verfaris, cum in-
sanis grammaticis, qui tuas hærefes insanis &
agrammatas, sui picturant insanis grammati-
ca. Sed qui sic illa verba intelligunt, quomo-
do qui intelligunt, tu bis insanus appellas in-
sanos: illi sunt, inquam, & doctissimi quique
veterum, & sanctissimi. Quorū Rex tibi mul-
tos adduxit, qui panem afferunt non manere,
sed in carnem verti, tot seculis nati, non ante
Thomistas modo, sed & ante Thomam, quos Ita nihil
à Rege nominatos impudenter dissimulas, vt habet
eos licentius blasphemēs, & insanus appelles pro san-
insanos.

Quin eximus nostralius Rex Henricus, strophā
Thomistica, aſus est etiam à me exigere, vt probem
non transubstantiari, scilicet inſulfissimus Thomista,
docendus etiam est elemēta diſputationis, qui quām
affirmatiuam debeat probare, contendat ab aduer-
ſario, vt negatiuam probet, Hos doctissimos viros ad-
hereticos mittamus, & ad Turcam, vt fidem no-
ſram defendant: sic, vt non ſit necesse rationem fidei
reddere, ſed ſolum dicere, proba negatiuam.

EN rursus lector stropham Luthericam,
hoc est, stolidam proſus impudentiam. De-
buſſet reuerendus pater, principis verba refer-
re, quibus ab illo dicit exigi, vt probet nō tran-
ſubstantiari. Nam quām taciſt te Lutherus, om-
nibus compertum eſſe mendacissimum, potuit
ſcire neminem ei quicquam crediturum, niſi
quatenus probaret, quod diceret. Nunc verò
quām lectors Regem videant, tale nihil exi-
gere, ſed ipsum quāt debuit, ipsa luce clarius
probasse, facile ridebunt, ac reiſcient hoc sto-
lidum Lutheri commentum, cum ceteris eius-
dem patris vanitatibus. Verum diuino quid
ſibi velit. Postquam videt ea ſoluta, quāt pro-
tulit aduersus fidem publicam, nec am-
plius habet quicquam, quo iam poſſit tam
R stolidis

Verba
Lutheri.

eos qui-
dē ou-
nes.

Quisquis
te dedo-
cuit, tu
Plane vi-
deris nes
cire grā-
maticā.

Ita ne-
bulo.

Verba
Lutheri.

Ita ne
vos do-
ctus eſtis
doctor,
vt nescia-
tis, quid
cui ſit
probādū.
Dilece hie
Lutherē
rum of-
ficiūm.

THOMAS MORVS

Stropha Lutheri. Stolidē dicta defendere, cupiens à necessitate disceptationis absoluī, sic interpretatur, quasi exigere ab eo, vt reddat rationem, cur aduersus tam constantem, tam perpetuam totius ecclesie fidem, clarissimis euangelij verbis firmatam, impiam tueatur hæresim: hoc demum sit exigere: vt probet negatiuam. Et hæc est eximia stropha reuerendi patris, qua se diuersum sperat, ac fugitum, ne comprehendendi possit à tardis & crassis Thomisticis.

Ostendit, quām stolidē Lutherus conetur refellere solutionem principis, qua respondit ad ea loca, que Lutherus allegavit ex Apostolo, quibus Eucharistiam probaret esse verum panem.

C A P . XIII.

Verba Lutheri. **S**ED hacenus, philosophatus sit Thomista noster regius. Iam videre dignum est, quām Thomistice, theologisetur aduersus meas rationes. Cum ego aduersus Thomisticum illum fidei articulum, posuisse fulmen illud cœlestis, P. iuli verbum, i Corin. 10. vbi tam aperte panem appellat hoc sacramentum, vt nec Regis rudit. ss., nec Thomistæ nequit. vllum mentiendi & ludendi effugium inuenire posset: cum sicut verba Pauli luce clariora. Panis, quem frangimus, nonne participatio corporis domini? Non ait, Corpus, quod frangimus, non ait nihil illud consecrationis reliquum, quod frangimus, aut accidentia quo frangimus, sed panis, quem frangimus, utique iam benedictus & consecratus. Hic igitur panis benedictus est participatio corporis domini, etc. Simile est i. Corinth. 2. Qui manducat hunc panem, etc. Hoc bonus & suavis Thomista, nihil neque scripturarum, neque rationis afferens, sed ex mero suo, oportet sic esse, dicit scripturam sancta soteris aliquando id appellare, quod fuit, vel quod simile fuit, vt Exod. 7. Deuorauit virga Aaron, virgas magorum, id est draco, qui fuit virga Aaron. Hæc ille. vitio det

Lutheri pars disputationis. ECCE Lector, vt bonus & suavis satanista noster fratralis, ait regem nihil afferre scripture, quo probet scripturam aliquando, aliquid appellare, non id quod est, sed quod ante fuit. Et tamen idem bonus & suavis Lutherus noster fratralis, affert, & commemorat eam scripturam, quam ad id probandum attulit Rex: & affert eodem ipso in loco, in quo negat Regem vllam attulisse: & sic reuerendus pater nunquam sibi cōtrarius, simul dicit: rex ad istud probandum affert scripturam, & nullam affert scripture. An ideo non est scriptura sacra, quia est in Exodo? Aut ideo non affert id Rex, vt probet propositum, quia reuerendus pater explicare se non potest, dum valde se versat, ac torquet, vt probet Regem per illam scripturam, non satis probare propo-

sitū? Sed hoc in loco lector, ne quid aut subducere videamur, aut affingere: sicut Lutheri verba retulimus, ita regis quoque verba subiungemus.

HACTENVS ista differui, dumtaxat *Verba* vt ostēderem ex ipsis Christi verbis, & euangelistarum, ostendit non posse, quod iste iactat ostendere, imo contra liquere perspicue, in Eucharistia panem non esse.

Q V O D in Actis Apostolorum ait Eucharistiam appellari panem, vellem, protulisset locum, ego nullū reperio, qui non sit ambiguus, & potius videatur de comuni cōiuicio dicere, quām sacramento Apostolus tamen (facto) panem non semel appellat, vel scripturæ secutus in sermone morē, quæ solet interdum vocare quippiam, non id quod est, sed quod ante fuerat, vt quum ait: Virga Aaron deuorat virgas magorum, quæ tamen tunc virgæ non erant, led serpentes: vel contentus fortasse vocare, quod specie præ se ferebat, quum satis haberet, rudem adhuc in fide populum, lacte pacere, nec primum aliad exigere, quām vt quocunq; modo crederent in sacramento esse corpus Christi, postea paulatim, solidiore cibo pasturus, postquā adoleuissent in domino. Idem potuit, & in Apostolorum Actis contingere, vbi nec beatus Petrus alloquens populum, & illis Christi fidem insinuans, ausus est adhuc aperte quicquam, de eius diuinitate dicere, ita abdita, & populis dubia mysteria non temere proferebat. At Christus Apostolos suos, quos tam diu sua doctrina formauerat, ipso sacramenti instituendi principio, docere non dubitauit, panis viniq; non amplius restare substantiam, sed manente vtriusq; specie, vtriusq; tam, & panem & vinum, in corpus & sanguinem suum esse cōuersum. Quod tam aperente docuit, vt mirandū sit, exortum quenquam postea, qui rem tam claram, rursus vocaret in dubium. Quomodo enim potuisset apertius dicere, nihil illic remanere panis, quām quum dixit: Hoc est corpus meum? Non enim dixit. In hoc est corpus meum, aut cum hoc, quod videtis, est corpus meum, tāquani in pane, aut simul cum pane, consideret, sed hoc est (inquit) corpus meum, nimurum declarans manifeste (vt os cuiusq; gannientis obstrueret) hoc totum, quod porrigebat, ipsius corpus esse. Quod ita porrectū Apostolis, etiam si (quod non fecit) nomine panis appellasset, tamē quā simul admoneret audientes, id ipsum, quod vocaret panē, nihil aliud esse, quām suū corpus, in quod totus fuerat, ipso mutatè, conuersus. Nemo potuisset dubitare, quid Christus vellet panis appellatione significari: eoquē circumstantia ipsa (nam circumstantiam Lutherus admittit) declarat evidenter vocabulum panis, quām panis mutatur in carnem, absque vlla violentia facta verbo diuino, panis significare speciē, nō substantiā: nisi Lutherus adeo inhe- reat proprietati verborū, vt Christum credat lusio-

Contra
Lutherū
ex circū
stantia.

Christi
verbis.

Contra
Lutherū
ex circū

stantia.

Lutherū

speciē

nō

substantiā

niſi

Lutherus

adeo inhe-

reat

proprietati

verborū,

vt

Christum

credat

lusio-

in cœlis

in cœlis quoque fuisse panem triticeum, aut hordeaceum, propterea quod ipse dicit de se: Ego sum panis, qui de cœlo descendi: aut veris vuis onustam vitem, quia dixit ipse: Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est: aut electos deniq; remunerando in cœlo voluptate corporea, propterea, quod Christus ait: Ego dispono vobis, sicut mihi dispositus pater meus regnū, ut edatis & bibatis super mensam meā, in regno meo.

NVC iudica lector, quā necessariū argumentū sumat Lutherus ex Paulo, quū Euāgelistē probent, panē in carnē versum. Quid aferit Lutherus, quo doceat, nō sic à Paulo vocatū panē, quod iam nō sit panis, sicut in Exodo vocatā virgā, quā tamen virga nō erat, sed serpens. SED quā malē vrat patrem reuerendum, quod istum nodū nescit soluere: bene declarat ira reuerendi patris, per quam, sicut meretrices, vbi quid obijcitur, quod nulla ratione possunt refellere, respondere solent impudenter, Tu mentiris: Sic venerabilis pater, in eam coniectus angustiam, vnde nullum videt exitum, arma sua sumit sibi, & viam sibi vi facere tendit per conuitia.

Meretrix
mos
respon-
dend: Lu-
theri.

Verba
Lutheri.

Cur ergo
tu sem-
perio
mētiris.

Lutheri
etū non
aperta, ta-
mētaci-
ta colle-
gio.

vtroque mortuo. Iam si quis illi responderet, scripturam, quum cadauer appellat hominem, populi more loqui, nec id vocare, quod iam est, sed quod ante fuit: Ibi statim reuerendus pater iraferetur, & pio zelo clamaret feruidus, Mentiris stolidē & sacrilege, qui frōt cīn-
pudenti, ausus es verbis Dei infallibilibus tri-
buere, vt aliud sonent, quām significant. Ver-
ba sonat cadauer esse hominem, ergo idem ve-
rē significant, & sic mortua est etiam anima,
& sic iniuncta stat hēresis mea, quod nullum est
purgatorium: & sic per hanc fenestram, quam
aperit Rex, reuerendus frater Lutherus, & hē-
retici similes, qui sunt acuti sophistæ, fatu se
præcipitant ad inferos: & ideo Augustinus,
nec iocosum mēdium, nec officiosum in fa-
cīs literis recipere voluit. Nam is mentitur sci-
licet, qui in sermone vtitur ijsdem figuris, qui-
bus vtitur populus.

Sed esto. Rex Thomisticus non dignetur crea-
rem suum tāto honore, vt sensum suum in verba eius Lutheri.
captinet, fassus sese potius nescire, quomodo virga vir-
gam vorārit, quā temerē ea deprauet. Sitā ve-
rum, quod virga dicatur draco, qui fuit virga. Qua-
consequentia sequetur, & hic panem dici, qui panis
non sit, sed fuerit. An hoc est sine scriptura omnibus
locis scriptura aptandum, quod vno loco reperitur?
Scilicet hac Thomistica sapientia fretus, sic ar-
gues, scriptura semel dicit virginem esse matrem:
ergo oportet multas alias quoque esse matres: li-
cet scriptura de his nihil dicat: quemadmodum hic
facit, panem non esse panem oportet, quia virga non
est virga.

At tu ma-
tis om-
nia per-
uertere q
ne scire
videri.

Non, sed
scriptura
semel di-
cit virgi-
nem esse
matrem,
ergo vir-
go est
mater.

QVANTVM hēreat in rācidis Luthe-
ri dentibus, istud serpentis corium, in quam
versa est virga Aaron, vel illud bene declarat,
quod tot solutionib; tam sollicitè quārens,
nullam potest inuenire, quā non sit prorsus
absurda. Nam primum vult, adhuc virgā esse,
quā sit in serpentem versa, eadem ratione fa-
cturus, vt maneat etiam serpens, quum denuō
facta sit virga: deinde etiam, si illic virgam ap-
pellet scriptura, quā virga non sit, sed fuit, ta-
men id exēplum frustra protulisse principem,
quia ex vno loco non cogimus credere scrip-
turam, eodem modo loqui in omnibus. Quid
non potest reuerendus frater facilē soluere: si
hoc est soluere, fingere se non intelligere, quid
debeat soluere? Nam videri vult hoc pacto re-
gem dicere: Quia sic aliquando loquitur scrip-
tura, ideo scripturam semper ita loqui, quasi
aduersus Lutherum vrgentem, ex vno aut al-
tero loco scripturæ, corpus Christi vocantis
panem, necessario verē panem esse, propterea
quod panis ibi vocaretur nō satis regi fuerit, si
alio scripturæ loco probaret, id nulla necessi-
tate cōsequi, quia scripturæ non sit perpetuum
id appellare, quod verissimē sit: sed aliquando
ex humana consuetudine id appellare, quod
videtur esse, vel quod paulo ante fuit, sicut

R ij virgam

T H O M A S M O R V S

virgam Aaron appellavit, quum iam serpens esset non virga: & hominem appellat interdū quod homo non est, sed cadauer: interdū fortasse quod est pictura vel statua. Quum rex ergo, tantum probat illud Pauli vocantis panē, non cogere, vt vere sit panis: sic rem tractat Lutherus, tanquam rex ex illo loco probare vellet, quod non sit panis, quum illud non ex Paulo probet rex, sed ex euangelio: simul id probans, quod Pauli verba non probant contrarium, id quod regis proposito abunde satis est. Et quum facile lentiat reverendus frater, hanc stultam sycophatiā suam omnibus esse conspiuā, tamen velut nemo posset intelligere tam acutam stropham, per duas fere paginas, mire sibi plaudit in illa. Et tādem, velut aculeo acutissimo, regem pungit in fine.

Verba Lutheri. Rex, inquit, blaterat, virga dicitur virga, & tamen nō est: ergo Paulus panem vocat, quod non est panis, quasi panis & virga idem sint.

Et iam post tantam victoriam triumphat gloriōsus frater.

Quis ita disputat nū tu? Que Barathra, inquit, non induceret Satan in eccliam, postquam sophisia in cathedras recepti, hac forma docendi & disputandi vii coperunt?

Q V A E S O te lector, quis morio non ridebet morionem, tanto cum tumultu se tam ridicule cōmouentē, quod dicat aliquis, eodem locutionis modo, Paulum appellasse panē, id quod ante fuit panis, licet iā nō sit panis, sed caro, quo sermonis tropo, virgā vocauit scriptura, id quod iam virga non erat, sed draco. At istud, velut apprime ridiculū, ridet homo ridiculus. Ergo si dicas lector, astini cadauer astinū sic appellari posse, quemadmodū cadauer hominis appellatur homo, quanto cachinno ridebit te Lutherus, & negabit admittendā si-

Sic Lutere argu mentab re ris à simili? milē figuram sermonis, propterea quod res ipsa sint dissimili specie. Quia nō sunt, inquiet idem homo & astinus, sicut non sunt idem, panis & virga. Quid, si sic soluamus argumentum: quando sic arguit mihi reverendus pater: Non sunt idem, homo & astinus: concedo de aliquo astino, & aliquo homine: sed respondeo, quod qui se satum putat, quum sic argumentatur, idem omnino sunt astinus, & ille homo. Et sic cadauer illius astini, potest appellari astinus, sicut cadauer illius hominis, potest appellari homo: quum prorsus idem sint ille astinus homo, & cadauerosus astinus.

Verba Lutheri. Sed & aliam, inquit, ostendit rex dexteritatē suam in hac re, vt nihil nisi Thomistam credi possit. Si, inquit, Lutherus tam rigide captat verba scriptura, dicet & Christum esse panem triticeum in celo, dum dicit, Ego sum panis, qui de celo descendit.

Tu rides: Item naturalem vitem, vbi dicit: Ego sum vitis vera. Dixi ante, nihil crassius & insulsius esse sub sole natum, Thomisticis monstros. Quis enim puerosum hunc delirum regem non rideat? Non est in ipso

sensus aut vigila, vt videat, quid intersit inter sua. Addē & somnia & hæc verba Christi. Ipsa enim consequentia verborum, absurditas rerum, pugnania intelligentiarum, tum ipsiusmet interpretatio, cogunt eū paternus de pane spirituali loqui, sicut dicit, Verba mea spiritus sunt vita, quorum nihil est in verbo Pauli, de patre sacramenti loquentis. Imo omnia virginis Paulū de pane triticeo intelligi.

E C C E lector, aliam dexteritatē Lutheri, & talē, vt nihil nisi potista credi possit: neque quicquam sub sole natum est, crassius & insulsius potisticis monstros. Nam quū ebrius ante balbutisset verba scripturæ, nō nisi in proprio & grammatico sensu sumenda, rex eius insig-nem stultitiam elusit, quod ex eo sequeretur, Christum esse panem triticeum in celo, & vitam onustā vuis, & sanctos olim epulaturos & bibituros in regno Dei. Nunc D. Lutherus egre ferens, stulticiam suam si attactam, ridet valde iratus, & reverendus pater pro sua reverentia, valde verniliter scurratur, postulans, vt scurrilitas sua valeat pro solutione, quæ aliqui per se tantum valet, quantum culex. Nam quum ait, satis apertum esse ex circumstantijs, quo pacto Christus accipi voluerit, quod ipse se panē vocauit, & vité, ita rex probauit, quod Lutherus dolet, & dissimulat, ex circumstantijs esse perspicuum, quomodo Paulus accipiat panem in sacramento, quum aperte declareret, ex illo pane factum esse Christi corpus: nisi non satis declarat scriptura, quomodo accipiat virgæ vocabulum in Exodo, quum eam ante narrarit ex virga versa in colubrum. Nam ille coluber, adhuc male ebrium potistam, qui vigilans dormit, & dum omnia distinguit, atque (vt ipsi videtur) acute discriminat, inguinis & capitis quæ sint discrimina nescit.

Et miror, inquit, sapientissimū hunc Thomistam, Verba cur non & accidentia transubstantiant?

Dolor
Lutheri

Et paulo post nebulo rursus irridet Ambrosium; deinde querit.

Que necessitas perimenda substantia & seruandorum accidentium.

N O N est, cur quæras à rege, cur non transubstantiet accidentia. Quærere debes istud à Deo: nam ille substantiam transubstantiat, nō rex: qui & ideo credit Deū panis mutasse substantiam, relictis accidentibus, quia sic fieri ecclesiam suam docet idem Deus qui fecit, qui & intus docet & extra, verbis euangelij, cum occulto eius flatu conspirantibus, ex pane fieri corpus ipsius, hoc est panis substantiam, vertit in substantiam corporis. Quod si verba, quæ sunt clarissima, quicquam haberent ambigui: imo vero, si viderentur in diuersam partem potius aliquantum vergere, tamen quum Christus se promiserit, per spiritum sanctum Ecclesiam suam esse doctrinam, & se cum ea futurum, usque ad consummationē seculi, quumq;

Lutherū
mentiri
de fide
transub-
stantia-
tionis.
quumque rex probarit tibi, tot veterum testi-
monio, tot recentium, hanc transubstantia-
tionis fidem, non esse, quod tu mentiris, no-
uam, sed à Christo passo totius ecclesiae perpe-
tuam, quis non videt, aut tot seculis, Ecclesia
suae Christum defuisse, hoc est, veritatem fal-
sa promisisse, aut spiritum veritatis falsa do-
cuisse, aut te arrogantissimum esse nebulonem
qui, quomodo scriptura sit intelligēda, iubeas
orbem totum tuę potius stultitię credere, quā
qui scribentibus inspirauit, Deo: nec illi sis cre-
diturus, mutatam esse substantiam, nisi rationē
reddat tibi, quare non transubstantiet acci-
dētia? Hoc est, Deo te non habiturum fidem
nisi sic agas tecum, vt res fiat palā, & tollatur
fides. Nam Christus, ideo videri potest accidē-
tia reliquisse, vt tectius esset corporis mysteriū
ne aut meritum fidei, tolleret euīdētia rei: aut
populus reformans edere, non perciperet
fructum sacramenti.

Nā Lute-
rū nō he-
rebit vel
cū sterco
tib' mis-
tere.
Sed & hēc pulcherrima Lutheri syeophā-
tia est, quod quim princeps dicat, indignā esse
panis substantiam, quę cum illa miscetur sub-
stantia, quę creavit omnes, ibi Lutherus in tā-
po suo spaciatur, nugatur, scurratur, irritet,
tanquam rex, quod obiter dixit, probabile id
attrulisset, loco demonstrationis necessarię.
Deinde vociferatur & clamat, esse ter hereti-
cum, quod rex panem dicat indignum, qui cū
ea miscetur substantia, quę substantias om-
nes condidit. Nam hic videri vult, tam rudem
esse principem, vt putarit corpus Christi, non
esse creaturam, sed creatorem. Et quin vbiq;
reuerendus frater affectet videri mire sapiens,
hic subito videri studet, ita stupidus, vt non
senserit principem ita loqui, propter diuinitatē
Christi, quę per concomitantiam (vt vo-
cant) semper adest corpori: nec intellexerit
homo simplex, per communicationem idio-
matum, sic homines passim loqui de Christo,
vt hominem dicant creatorem, & æternum,
& Deum, vicissim dicant & natum esse &
mortuum.

Verba
Lutheri.
Prætero hic rhetoriciſſimum illum contemptū,
dum duas vrgentissimas similitudines apposuit, de
ferro ignito, & Deo incarnato, vbi neque igni ferrū
neque diuinitati hominem necesse est cedere. Mibi
enim, etiam, si non necesse sit, mea afferere, tamen
satis negotij fecero assertori, si suum ſigmentum ali-
ter ſe poſſe habere demonstran ero. Itaque poſſum
dicere, corpus Christi, ſic ſalutem pane in ſacramento
effe, ſicut eſt ignis in ferro, ſalutem ferri ſubstantiam: &
Deus in homine ſalutem humanitatem, vtrobiq; ſic mix-
tis ſubstantijs, vt ſua cuiq; operatio, & natura pro-
pria maneat, & tamen vnu aliquod conſtituant.

FIN G I S hic, Regem tuas istas similitudines dissimulasse filētio. sed qui librum princi-
pis legerit, videbit, te dissimulare prin-
cipis responsum: quanquam similitudines tuę
tam dissimiles veri sunt, vt operę preciū non
fuerit vllum respondisse. Nam primum de fer-

ro, quod affers, & igrie, vide quā pulchre coap-
tes. Aut ignis eſt, vt ſenſere quidam, qualitas
& feruor excellens in ferro, aut ignis conge-
ſtus in poros. Si illud primum, nihil ſimile de
corpo Christi, quod non eſt qualitas: ſi ſecū-
dum, n̄ ſit quidem quicquam quadrat simili-
tudo tua. Nām (vt princeps prudenter anno-
tauit) Christus nō dixit: In hoc eſt corpus
meum, aut ſimul cum hoc, ſicut in ferro vel cū
ferro eſt ignis, ſed ſimpliſtiter dixit: Hoc eſt
corpus meum. At nec ferrum illud ignis eſt,
ſed ignitum. Illud vero, quod portexit Christus,
Christi corpus erat, ſi Christo credissemus:
ſi tibi credissemus, non erit Christi corpus, ſed
panis (vt ita dicamus) Christi corporeus: ſi-
cut ferrum tuum non eſt ignis, ſed ferrum ig-
nitum. O caput ferreum, & frontem dignam,
cui ferrum ignitū longas infigat literas. Quā ſi Luther
velis ſic eſte, corpus Christi cū pane, ſicut cor-
pus glorificatum eſt, aut potest eſte cū alio cor-
pore, aut ſicut anima eſt eum corpos, tamen
in eodem luto hæſtabis. Nam neque recte lo-
quetur, qui dicit corpus eſte animam, ſed ani-
matum: neque qui ſic loquetur, hoc corpus,
puta, lapis eſt hoc corpus glorificatum, puta,
corpus Christi, iam ianuis clausis ingredientis
maritores parietem, ſed in hoc lapide aut cū
hoc lapide eſt hoc corpus Christi. Sed Christus,
vt tā itā similitudinē oſtēderet eſte diſſimilē,
non dixit, in hoc, aut cum hoc, ſed dixit hoc Altera
eſt corpus meum. Iam altera similitudo tua, Lutheri
de Deo incarnato, non eſt absurdā modo, parabolā
ſed impia quoque atque ſacrilega, vt ex qua ab
sequatur, quod deprehendit prudentiſſimus
princeps: quod ſicut Deus aſſumpſit hominē,
ita Deus & homo in vnitatem ſuppoſiti, aſſu-
mant panem & vinum: vt Deus, qui quod ſe-
mel aſſumpſit nunquam reliquit: nunc tot panes,
tot pocula, tam cito reliturus, aſidue ſu-
mat in vnitatē ſuppoſiti, neq; enim aliter qua-
drat similitudo, vt cum corpos Christi ſit pa-
nis, ſicut tibi Deus cum homine. Sic Deus ro-
tari ſinit hereticos, & præcipites ferri demen-
tia, vt in ſtultitiam ruant, & in iſtias falſas.
Et iam poſquam tibi probatum vides, ſenſum
Pauli non probare pro te, nec illum ſic vocare
panem, quomodo tu contendis, quum ſimiles
formas loquendi videoas, è ſcriptura ſacra pro-
ductas: quā euangeliū videoas manifeste pro-
bare contra te: quum euāgeliō nemo dubitet
Pauli ſenſum eſte conformem: quum sanctos
patres omnes, omnes fidei proceres, oēs omni-
no fideles à Christo passo, tot ſeculis videoas,
vna voce contra te teſtari: quum cogaris ipſe
fateri, totius ecclesiae fidem falli non poſſe: de-
nique, quum te manifeſte videoas turpissime
viētum eſte: iam p̄e furore fiendens, & rin-
gens, & fardoniuſ interim riſum riſdens, bu-
cinas te viōtorem, & clamans te habere nunc
hunc articulū p̄eclare conſirmatū: & vt oſtē-
das te more tuo aliorū opera bona redi de-
teriorē, plus quām furiosus adiungis.

THOMAS MORVS

Verba Antea posui, nibil referre, siue sic sentias de trā-
Lutheri. *Hic tā se substantiatione, siue sic. Nunc autem decerno, im-*
allegare pium esse & blasphemum, si quis dicat panem trā-
pugnans substantiari.

eo seduci. Cæterum audi nunc iterum, quam magnifice tamen interim cunctis male-
dicat, qui cius gloriolæ causa, se nolunt pru-
dentes in barathrum inijcere.

DICUNT istud, sicuti scis, non solum
populus vbiue christianus hodie, sed & Eu-
sebius, Gregorius, Cyrillus, Hieronymus, Au-
gustinus, Ambrosius, & si quis vnquam fere li-
teris, & sanctitate claruit in Ecclesia Christi.
Hos tu potator impius, & blasphemus, impios
& blasphemos audes appellare? Sed sic impius
in terra blasphemas sanctos Dei, quomodo
apud inferos dānat, ipsum blasphemant Deū.
Sed vt omnes videant, quo superbie tuę fu-
rore detrusus sis, in hoc baratum deploratis-
sima perditionis, vt à malo te mutares in pes-
simum, Verba regis, quibus quum leuari po-
tueras, tua te superbia pessundedit, subiungā.

*Verba
Regis*

M I R O R, ex hoc dogmate, quid fructus
populis spondeat Lutherus. An (quod
ait ipse) ne quis propterea semet credat hære-
ticum, quod fors ita cum Luthero sentiat? At
Lutherus ipse fatetur nihil esse periculi, si quis
hac in re sentiat, quod tota iam sentit ecclesia.
Sed contra, tota ecclesia censet hæreticum ei-
se eum, qui sentiat cum Luthero. Non debet
ergo Lutherus animare quenquam, cui bene
cupit, vt secum sentiat, cuius sententiam tota
condēnat ecclesia: sed debet his suadere, quos
amat, vt accedant illis, quos ipse quoque iudi-
cat in nullo versari periculo. Falsa est ergo ista
Lutheri via contra publicam fidem, non hu-
ius modo temporis, sed etiam omnium. ne clé-
berat captiuitate credentes ei, sed educens eli-
berate fidei, hoc est è loco tuto (quod Lutherus
ipse fatetur) captiuat, in errorem ducens,
in præcipitum, & vias inuias, incertas, dubias,
eoq; plenas periculi: & qui amat periculū, pe-
ribit in illo.

Nunquid lector (amabo te) hoc non extre-
mæ dementiæ est: quod quum fateatur ipse
Lutherus, nos omnes, qui catholice obsequimur
ecclesiæ, via tutiori insistere (sicuti rex ex
ipsius verbis ostendit) tamen audet execrabi-
les ac diris deuouendos proponere, si quis eius
ter execrandæ se non adiungat hæresi. Nam
vt daremus ei, ipsum non pessime sentire, tum
de religione publica, tum de salute Christiano-
rum omnium, tamen insignis stultitia merito
posset appellari, incertam spem pro certo pre-
mio captare. Atq; ex illa via exilire, qua tot
sancti viri eo peruenere dubio procul, quo ip-
se non satis certo ausit promittere se perductu-
rum, si velimus sequi. Nunc ergo, quum ne-
mini non liqueat, nisi qui simili atq; ille glau-
comate cœcutit, eum in certum atq; manife-
stum exitium tendere, & sequentes trahere, vt
in aliorum vita nomen sibi comparet, quis cui
anima sua chara sit, non adueretur, ac totis
viribus operam det, talem ducē è medio tol-
lere, ne posset aliquando per imprudentiā ab-

AGGRESSVRVS STOLIDA LVTHE
ri sophismata, argutantis missam non esse bonū opus
retegit ac refellit primū hypocriticā illius ineptiā,
qua nugatur ita regem colligere, popu-
lus pro missa dat sacerdotibus
pecuniam, ergo missa est
sacrificiū & opus
bonum.

C A P . XIII.

QVINTUM adeſt capitale, & ſummuſ, & an-
gulare aſſertionis Henriciane opus, Missam At non
effe opus bonum & ſacrificium. Hic demum hic demū
D. Henricus eſt dominus Henricus, & Thomiſta eſt Lutheri
Thomiſta. Ac prium ex aliquo ſemirhethore forte
audiuit: ſic ibi aduersarij ſenſerit robora, nimium
mutata, oportere, rugato naſo, illum rideſi & con-
temni, vt ſlupidus lector, credat anteā viſtum ad-
uersarium, quam impugnetur à tanto rhetore. Sic
& dominus noſter rex magnificis ampullis preſa-
tur, vt ſe belle ſingat todere conſutationis tā ſtul-
ti & indocti Lutheri, negantiſ, missam effe opus &
ſacrificium ſciliſ, Satanas vulnus ſentit, ideo pra-
morbo animi, incertus quid agat, mera aegritudine
& impotentia me tentat irriſione, & contemptu ir-
ritare. Sed ille, qui dedit nobis ſcire cogitationes Quāgre
Satanae, dabit etiam nobis irriſionem irridere, &
contemptorem contennere, ſueq; inſipientiæ fragiles ferat cō-
ampullas cum fiducia traducere. tēptum
elatus ne bulo.

Quemadmodū in comœdia, vltimus actus
debet eſſe optimus, Ita Lutherus curauit, vt
eſſet in fine ſtultiſſimus. Venit enim nunc ad
ſummam hæreſim, propter quam excoſitauit
reliquas. Hanc quoniam ita ſibi funditus videt
euersam, vt nulla poſit arte reficere, relictā
ſpe defenſionis, totus eſt in ſuis nugis. Indi-
gne fert, quod ita rideatur eius tam ſeria & le-
uera ſententia, quam nec Heraclitus quidem
legere potuifſet abſq; riſu, niſi quod auſuſ eſt
ea ſcribere furiosus nebulō, que non mi-
nus impia ſunt & ſcelerata, quam ſtulta.

Quæ quum qualia ſint, talia iam per eruditissi-
muſ regem comperta ſunt, vere Satanas
vulnus ſentit, ac per os electi ſui Lutheri rugit
ac rudit, & ſimil ingressus porcorum gregem
voluptarioſ ſemirhetorum, qui inter pocula
cōponūt libros eius, cogitationes suas inſpirat
illis, non vt terrenum regem ſolum, ſed cœle-
ſtem etiam irrideant: & poſtquam in profun-
dum venerint, homines execrabilis, omnia
ſacra contemnant. Sed qui habitat in cœ-
lis, irridebit eos, & dominus ſubſannabit eos.

Verba Ne nihil dicat tam insignis aſſertor, vnam af-
Lutheri-
fert ra-

Is grex
est Lute-
ranorū

fert rationem plane potentissimam, qua, hactenus omnibus satisfactum est, Missam esse opus & sacrificium. Ea est huiusmodi. Si missa non esset opus bonum, laici certe pro ea nihil tribuerent clericis, temporalis beneficij.

Imo Lutherana & heretica fictio. Obliupe se lector, regia & Thomistica est hac ratio, & (vt dixi) plane potentissima. Nam plurimos pernouit hactenus, & pernouet hominem, Hic iacet Lutherus prostratus, & nemo iam dexter eum conficit, atque rex Anglorum, in hoc libro, ipsa ratione. Nam (vt nolim) cogor tamen confiteri hac ita habere. Vere, inquam, missa ideo est sacrificium, et opus bonum, quod, vt rex dicit, laici tribuit opes sacerdotibus pro ea.

Vna ex multis, sycophantia Lutheri.

Quedam Lutheri à rege redarguta.

Verba Regis.

Inauditi missi frusti inuenti à Lutherio.

VIS videre lector, exemplar insigne, singularis sycophantiae? Nisi quam videbis insignius, quam in hac magnifica Lutheri iactantia si modo eam, ad principis verba collatam, relegeris. Nam, quem Lutherus pro magna capititute posuerit, quod missa credatur esse bonum opus, oblatio, aut sacrificium, nec quicquam attulisset, ex quo moueri se diceret, in tantum absurdam haeresim, praeter id unum, quod iam tandem solus reperisset, missam esse testamentum. Rex in illo tria redarguit: primo gloriosam vanitatem, qua, velut inuentum suum iactat id Lutherus, quod nusquam non praedicanter gregarij fraterculi, deinde temeraria stulticiam, quod quam rem, tam multi tractant inepti, id ipsum tractat ineptius, quam quisquis illorum fuit ineptissimus. Postremo detectabilem maliciam, quod odio sacerdotum, potius quam illis relinquit fructum temporale: studeat laicus è missa tollere fructum omnē spiritalem. Itaque rex dum hunc in modū ista tractat, his verbis obiter attingit rabidam Lutheri maliciam.

F R A T E R C V L I, testamentum illud inepite prædicantes, multis tamē in rebus, meliores Lutherio, hoc vno tātum, Lutherio sunt impares, quod mirabiles, & hactenus inauditos missi fructus, non inueniunt, quibus & cleris presentis vitę fructum, & populus futurę perderent.

D E I N D E rex, vt ostenderet Lutherū, non ob aliud hoc insanum dogma statuere, quod sacerdotis missa, non prodest populo, quam odio, quo prosequitur clericos, declarat quid prouiderit & captarit Lutherus. Nempe vt laici persuasi, nihil sibi missam profuturam, nihil ipsi vicissim prodeffent sacerdotibus. Nā nihil (inquit) sacerdotibus temporalis boni conferrent ob missam, è qua persuaderentur, nihil se spiritualis boni relatueros. Quod vnu spectasse Lutherum docet, vt clericis auferret corporalem victum, etiam si populo simul auferret animarum vitam.

Lutheri consiliū demissa. Vides lector, quantum intersit, inter bonitatem principis, & istius scurrē maliciam. Nā quum iste nomen suum dederit in clericum, iam ecclesiam scindens, laicorum ordinem in ele-

rum prouocat, & eos indignatur de altari vivere, qui altari seruiunt, tam obstinate malicie ut quum intelligat non esse causam, cur quēquam alat altare, si nihil cuiquam proficit altare potius quam inde viuat sacerdos Dei, altare Dei funditus conatur euertere. Et dummodo corporale subsidium auferat præsbyteris, anima fructum omnē laborat eripere, omnibus omnino laicis. Hanc istius tam execrandā maliciam, quum rex & sagacissime deprehendat, & aperte prodiat, & pulcherrime redarguerit, æstuans ira Lutherus, & iam manifeste furens, tanquam nemo lectorus locum esset, ex libello principis, & stoutā Lutheri sycophantiam deprehensurus, fingit calumnias significantia, ita regem colligere, Sacerdotibus laici conferunt victimum, ergo missa est sacrificium. Et postquam istud tam belle finxit, tum demū regnat in stultitia, & integras paginas implet intulsi dictis, quae nihil attingunt aliud quam quod ipse ridicule finxit, ex ridiculo cerebello suo, cui nunc non possum magis imprecari decus, quam vt ipsius tam bella scommata, quibus sibi videtur belle in regem ludere patefacta iam calumnia, frequenter lector & accuratè relegas. Nullius enim verba, queūt Lutherū illum manifestius aut maiore cum opprobrio suis traducere, quam, quibus alias traducere se iatatis fatis coarguit, sua.

P V L C H E R R I M E R E F E L L I T V A-
nissimam Lutheri iactantiam, qua decies glo-
riatur, principale fundamentum
suum regem ex professore
resinquerere.

C A P . X V .

A Vdisti iam lector, admirandam sycophantiam, cum non minore stultitia coniunctam. Audi nunc aliam Lutheri magnificam gloriam, quae tam gloria est, vt siue sycophantia spectetur, siue stultitia, prorsus obscurer priorem.

Non minor est amentia, quae sequitur, vbi cum multis verbis me contempserit (Hoc enim in rhetorica potissimum didicit) tamen protestatur se esse relieturum intactum, id quod maxime omnium confundit ei fuerat, nempe robur meum principale, & argumentum capitale: Vbi ex verbis Christi probauit missam esse testamentum, & promissionem, ideo non posse opus aut sacrificium dici. Hic infelix assertor, vicius fortitudine huius roboris, misere dissimulata conscientia, non solum transit, sed protestatur etiam, se transitorum, & alijs dimissarum. O assertorem sacramentorum. O defensorem Ecclesie Romane, bis Thomisticum, & omnibus indulgentijs papisticis longe dignissimum. Ignosci poterat, si traxisset hoc robur meum silens, at protestari se esse transitorum, qui audiat, in hoc me ynce & maxime si-
dere,
R. iiiij

THOMAS MORVS

dere, & inde omnia illius profligari, hoc sic ridiculum est & stultum, ut nihil supra.

Audisti lector egregias istius glorias: audi nunc vicissim verba regis, ex quibus gloriandi ansam sibi prebitam videri vult, quae quā legeris, sat scio miraturum te, gloriose Thrasonis infamem pudendumq; se se traducentis ametiam. Principis ergo verba sunt huiusmodi.

*Verba
Regis.*

*Luther
adultera
tur Chri-
sti testa-
mentū*

*Nēpe qui
fronte iā
diu per-
sticuerit*

*Ista scili-
cet ob
causam.*

NON contendam cum eo de testamento & promissione, & tota illa diffinitione & applicatione testamenti ad sacramentum. Nō ero tam modestus ei, quam alias fortassis inueniet, si qui bonā ei partem istius fundamēti subruerint, qui & testamentū nouum dicant, promissionem esse legis euangelicæ, quemadmodum vetus fuit Mosaicæ: & testamentum istud negent à Lutherō satis scite tractari, neq; enim testatori nuncupandum esse nominatim, quid relinquit hæredi, quem ex alse insituat: neq; remissionem peccatorū, quā pro hæreditate nuncupatam Lutherus ait, id ē esse quod regnum cœlorum, sed viam potius ad cœlum. Quas res atq; alias item aliquot, quisquis vrgere volet, ac premere, posset fortassis fundamenti Lutherani structuram, machinis aliunde concutere. Verum istud eis permittā, qui volent. Ego istud ei fundamentum, quod immobile postulat esse, nō moueo, tātū ostendā & edificiū, qd' supstruxit, facile p se corrue.

Intelligis ista Luther? aut, si intelligas, potes sustinere vt perpetuo tuo cum dedecore, tam stolidē te iactes? Nam rex hic fundamentum tuum nullo modo concedit, sed ostendit esse infirmum, & quod facile posuit everti, si quis hoc sibi desumpserit. Interim vero se pollicetur, diruturum præclarā illa & edificia, quæ superstruxisti: quibus dirutis, frustra tibi restaret fundamentum. At tu hic tanquam triumphator exultas, quod naclus sis tam rudē antagonistam, vt non intelligat se, nihil agere, quicquid respondeat, quamdiu non expugnauit id, quod aduersarius sumit pro fundamento. Atq; hac in parte, tibi tam impense places, vt idem terque quaterq; , alio atque alio tui præclarī libelli loco, repetas, tanquam inde trāducturus admirabilem regis inscitiam, ac ruditatem, qui non everso fundamento, strenue se rem gessisse putet, quod dumtaxat expugnauit, atq; evertit & edificia. Age, singamus interea Luther, fundamentum tuum esse firmissimum, missam videlicet esse testamentum, & promissionem hæreditatis, ac nuncupationem hæredis. Tenes ne memoria, quare hoc fundamentum ieceris? vtrum ne, vt nullius & edificij basis esset, & sic ne fundamētum quidem esset? cui nihil esset superstructum? An ideo potius iecisti, vt illā turrim inexpugnabile superstrueres, qua totam demolireris ecclesiam, & altare Christi subuerteres? Nempe, missam bonū opus non esse, sacrificium non esse, non esse oblationem, lgitur quum tu propter has tur-

res vere Babylonis propugnacula, quibus in cœlum vi parabas ascendere, struxeris illud fundatum, an tibi videtur imperitus belator esse, qui castella illa, ex quibus solis erat periculū, sic euerterit, vt neq; nocere quicquā neque vnquam refici possint, etiam si fundatum reliquerit validum & forte, sed tamē innoxium? An tu tam stolidus es, quam te finis esse, vt eū censeas nihil agere, qui talia & edificia sic deiecerit, relicto fundamento? Ergo Ita sane
stultus es, vt cum neges esse vi etorem, qui moenia perruperit, atq; diruerit, hostes subegerit, ac diuiserit spolia, quamdiu nō eruerit fundatum mœnium, ac ruinæ lapides auexerit? O si quis stultorum figulus hic esset tui similis, quam multos ei licet stultos fingere similes tui. Tu nobis duos finxisti, quorum persona rideres stulticium, non quam in regis libello, sed in capite tuo reperiisti. Huic tres stutissimos stultos liceret effingere, quorum nemō stultior esset Lutherō. Nam si quis substerat fundamentum lapideum, deinde conetur superstruere & edificium ex puluere: an Lutherus tam stultus est, vt hunc non intelligat esse stultum? At idem nihilo stultior est, quā Lutherus noster, qui edificiū putat dirui nō posse quamdiu durat fundamentum.

VID si quis adeo stolidus sit, vt cū fundamentum iecerit mire profundum, & passus aliquod, si volet, latum super solidissimā ru- *Secūdūs
stultus
sive Lu-
therus*
pem: post edificet murum in palustrī Noco, cuius nullus lapis per aliquot stadia tangat illud quod iecit fundamentum? An non & hunc plane rideret stultum Lutherus noster, si eum gloriantem videret muri sui fortitudine, quē dicat, neq; subsidere posse, neq; dirui, propter fundamenti firmitatem, tam procul à muro distantis? Hunc, opinor, rideret pro stulto Lutherus, & tamen hic stultus, nihilo stultior est Lutherō nostro, qui putat absurdum esse, quod rex aggrediatur & edificia sua diruere, relicto fundamento valido, cuius nullum saxū quicquam pertinet ad & edificium.

SED age, sit adhuc tertius, vtroque stultior, qui & in arena fundamentum ponat ex puluere, & inde procul, in lacu murum & edificet ex glacie: hunc stultum (sat scio) rideret *Tertius
stultus
sive Lu-
therus*
Lutherus, & tamen illo stulto stultior est Lutherus. Nam & fundamentum eius magis caducum est, quo quis puluere, & & edificium eius fragilius, quavis glacie, nec magis inter se cohaerent, quam (vt est in fabulis) Ethioclis & Polynicis flammæ. Nam neq; validam fuisse conclusionem, neque cum assumpto cohæsse, apertissime probauit rex: id quod Lutherus respondendo fecit apertius.

AT fundamentum, ex quo se gloriatur cōclu- *Funda-
mentum
Luthera-
num a
rege sub-
tantum dixit, facile ab alijs posse destrui, sed rutum.
etiam*
sionē deducere, quod velut robustius, quā vt expugnari posuit, iterum atq; iterum expobrat, Regem velut ex professo relinquere, quā sit inualidum, rex ipse mōstrauit. Neq; enim, rege sub-

etiam, uno fere verbo, obiter, & aliud agens ipse deltrixit, cum dixit: Testamentum illud nouū, ita referri posse ad nouum testamentū, quemadmodum testimoniū vetus, ad legem Mosaicam: quibus verbis, quid aliud significavit princeps, quam id ipsum, quod aperte dicit Apostolus, ad Hebreos 11. cum ait de Christo? Noui testamenti mediator est, vt morte intercedente, in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant sub priori testamento, reprobationem accipiant, qui vocati sunt æternæ hereditatis. Vbi enim testimoniū, mors necesse est intercedat testatoris. Testimoniū enim in mortuis confirmatum est: alioqui, nō dum valet, dum vivit, qui testatus est: vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum

Testame-
tu quib-
sit con-
cessum

est Lecto enim omni mandato à Moysē uniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorum & hircorum, cum aqua & lana coccinea, & hyssopo, ipsumq; librum, & omnem populum aspergit, dicens: Hic sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus. Et paulo post. Con-

Mos te-
standi in
veteri le-
ge.

testatur autem nos & spiritus sanctus. Postquam enim dixit. Hoc autem testamentum quod testabor ad illos, post dies illos dicit dominus. Dabo leges meas in cordibus eorū, & in mentibus eorum superscribam eas, & peccatorum, & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius. Vide lector, vt mirum prefigiatorem putet se Lutherus, qui sic se credit omnium oculos perstringere, vt nemo possit cernere, quam absurdē totum hoc testimoniū Christi, ad hæresis suæ fundamentū detorqueat. Nam, quod Apostolus aperte docet, esse totam legem euangelicam: id iste restringit ad solam cœnam dominicam: quasi sacramentum altaris, institutum in cœna dumtaxat, sit Christi testamentum, quod Christus (vt ait) moriens reliquit, distribuendum suis fidelibus. Sic solent lector (vt scis) non facultates ex testamento, sed testamenta distribui.

Paulus
de testa-
mento.

At Paulus aperte docet, quod sicut lex Mosaica testamentum erat vetus, sic testamentū nouum lex est Euangelica, & sicut Deus ratum fecit illud, fuso sanguine vituli, atq; hirci, sic istud confirmauit fuso sanguine Christi. Cuius rei manifeste Christus admonuit discipulos, quum diceret: Hic est sanguis noui testamenti, qui pro multis effundetur: tanquā diceret: Hic sanguis, quem bibitis, est idē sanguis, qui in remissionem peccatorum, paulo post effundetur in cruce, sanguis (inquam) noui testamenti, quo confirmabitur nouum testamentum meum, mea lex euangelica, sicut olim hircino sanguine & vitulino confirmatum est testamentum vetus, lex Mosaicā.

QVÆSO, quam ansam apprehendit hic Lutherus, cur testimoniū Christi restringeret ad hoc sacramentum? Nam, quanquam Christi mors operatur, & perficit redemptions nostram, cuius hoc sacramentum corpus est & sanguis: eadē tamen mors, ex æquo per-

sicit sacramentalem vim ceterorum sacramentorum omnium, secundum cuiusq; mensuram & Deo cognitum modum.

VIDÈS ergo lector, quam detorte detraxerit scripturam, hunc in locum Lutherus, vt inde strueret sibi fundamentum, ex quo superstrueret arcem, vnde more gigantum supereros è cælo depelleret. Vides, vt idem fundamentum, Rex Angliae dissimulans, illud se tangere, ita totum subruerit, vt ne lapidē quidem super lapidem reliquerit. Et tamen Lutherus fundamenti sui euersionē, vicissim dissimulans, nunc miris molis illudit regi, quod tam validum eius fundamentum non sit auffus attingere, sed assumptum suum habuerit pro confessio.

QVÆSO te Luthere, si quis ita dicat: ego Lutherum stolidum esse non dico: quanquam (vt videis) tam stolidi sibi contraria, tā sèpè, non subito quidem dicit, sed per oculum, magno scribit studio, vt morionem pudeat similia somnare. Hoc tantum dico, hæreticum eum esse, & plusquam sacrilegē blasphemum:

Vtrū is, qui hoc paecto loquitur, stultitia tuā relinquit intactam, & te fatetur esse sapientem?

Mihi profecto non videtur, non hercle magis Discehit quam si quis in mulierem beneficij ream, quā stolidi impudicam esse constet, dicat hoc paecto: ego fratercu-

mulierem istam iudices meretricem esse nō di- le loqui-

cam, quāquam qui id vellet dicere, facile probare posset, vel ex eo, quod iam quartum nul-

lo marito peperit. Hoc tantum dicam: quod satis est in præsentē causam, illam esse beneficam. Is opinor, non negat, sed negando con-

firmat, illam esse meretricem. Eodem modo,

princeps negat se fundamentum tuum motu-

rum, quum illud prius uno verbo funditus euertisset. Sed age, gratificemur tibi: patiamur vulnus tuum, dissimulare te. Ridere te sin-

nianus, & iocari foris, dum intus gemis, & podo-

ren tuum ploras in sinu. Fingamus regē fun-

damentū tuū prorsus cōcessisse, videlicet, mis-

sim esse testamentū. An illo assumpto tibi cō-

cēsto, non licet illi negare, quod ex illo con-

cludis: nempe, quod ideo non possit esse sac-

ificium? Siccine disputatur VVittēberge, vt si quis concedat antecedens, ideo non possit negare consequentiam?

Hic con-
cedimus
antece-
dens.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

THOMAS MORVS

semel stultum esse parum sit. Sed operæpre-
cium est videre, quam belle coniugat cū hac
stultitia sycophantiam, sed tam nudam atque
conspicuum, quam auriculæ sunt in asino.

Verba
Lutheri.
An non
ita fecit,
cū redi-
derit id
tibi inu-
tile?

*Protestatur, inquit, rex, se relictum intactum
id quod maxime omnium confundit ei fuerat, nē-
per robur meum principale, & argumentum capi-
tale, vbi ex verbis Christi probauit, missam esse te-
stamentum & promissionem: ideo non posse opus aut
sacrificium dici.*

D I S P E R E A M lector, ni mihi fere
vocē adimat admiratio, cogitanti, quā aut vere
faxum sit iste nebulo, aut omnes homines pro
faxis habeat. Ait fundamentum suum fuisse,
missam esse testamentum, & ideo opus aut sa-
crificium esse non posse: & ait regem victimum
fortitudine huius roboris, ex professo transire
hoc fundamentum. Quæso te Lutheru, reuo-
me ceruissimam istam, quæ tibi caput occupat.
Redige (si potes) in memoriam, quod fuerit
fundamentum tuum. Si regi turpe fuit transi-
re, an non tibi turpius est obliuisci? Fuit ne
istud pars fundamenti tui: quod missa bonum
opus esse non potest, aut sacrificium? Si istud
erat fundamētū, quænam erat cōclusio, si ista
reliquit rex intacta, quo modo tu rursus res-
pondes ad ea, quibus Rex illa dissoluit? Atq;
ita respondes, vt quum sudaris satis, nihil aliud
facias, quam vt constet omnibus, nihil te repe-
rire, quod contradicas. Sed quid mortuo ver-
ba facio? Redeo lector ad te.

Lutheru
nullū p-
basse fu-
damētū
ex scrip-
tu: a-

Quum nullum fundamentum probarit ex
scriptura, sed tantū probare conatus est, quod
missa sit testamentum, quod ipsum testamen-
tum ex scriptura confutatum est: ex eo fun-
damento, sua collectione cōclusit illas præcla-
ras, nihil cohærentes conclusiones: quod mis-
sa bonum opus & sacrificium esse non possit.
Quas conclusiones, rex probauit ex illo fun-
damento (etiam si necessarium esset) nullo ta-
men pacto consequi: & cum fundamentū illud
euertisset, in transitu, simulans id se relin-
quere, sic tractauit conclusiones, tanquam fun-
damentum concederet, vt Lutherum tanto
stultiorem ostenderet, qui fundamentum ie-
cisset, quod nullam partem ædificij aut sustine-
ret aut tangeret. Lutherus ergo, dolens ita pa-
do Luthe-
tefactam esse fatuitatem suam, conatur subsi-
rū suc-
cūrāt
sua stul-
titia.
sorex suo
proditur
indicio.

Quomo-
ret aut tangeret. Lutherus ergo, dolens ita pa-
do Luthe-
tefactam esse fatuitatem suam, conatur subsi-
rū suc-
cūrāt
sua stul-
titia.
sorex suo
proditur
indicio.

tefactam esse fatuitatem suam, conatur subsi-
rū ferre per sycophantiam, sed tam aperta,
vt nihil aliud sit, quam conduplicata stultitia.
Dicit patrem fundamenti fuisse, quod nemo
non videt fuisse conclusionem. Dicit id reli-
quisse regem, quod solum ex professo egisse re-
gem, docet ipius etiam Lutheri responsio. Ita
be le sibi constat, homo nunquam sibi contrari-
us, vt dicat regem ex professo præterite tac-
te, quod missa non potest opus esse, aut sacri-
ficium. Et tamen ad illa, quibus probat, etiam
si maxime testamētū esset ac promissio, opus
tamē & sacrificiū nihilo minus esse, Lutherus
ipse respōdet, nisi forte sibi cōscius est, ea, quæ

respōdet, esse tā inepta, vt respōsum suum pro
respōso nō habeat. Et sunt haud dubie lector,
id quod illico videbis ineptissima: quod quo
videas clarius, nō imitabor Lutherū, vt illius
verba (sicut ille solet in rege) narrādo deprau-
ū. Sed integra, sicut se habent, ascribā. Quæ
cum legeris, videbis esse tam prava, vt ne-
mo deprauatus narrare potuerit.

Verba
Lutheri.
Non est
difficile
Luthere
tuas dila-
ere ratio
nēs.
Quā ma-
le vrat
gloriosū
nebulō-
nē se vi-
dere vi-
tum.

*Posquam vero dominus Henricus, Thomista no-
ster, hac argentea & aurea ratione probarat mis-
sam esse opus, pergit in fortitudine sua, etiam Lu-
therianas dituere, & primo Thomisticatur in
hunc modum. Qui lignum cedit, facit opus, ergo
qui consecrat, facit opus. Quare missa etiam opus
erit. Si autem est opus, non est malum, ergo bonum.
Hac ille gloriōsus assertor sacramentorum. Hic ia-
cet quoq; Lutherus prostratus.*

A V D I S T I lector, nihil illius omisimus:
nūc audies vicissim verba regis, quibus & Lu-
theri fidem deprehendes, aliena tam sincere
narrantis, vt inde gratiam comparet suis. Et
illud simul intelliges, quanta rerum vrgeatur
inopia, qui cogitur ad nugas diuertere, & po-
tissimam partem eorum, quibus respondentum
fuit omittere, illiusq; verba ante quā regis
retulimus, vt cum eas vanas, ac stolidas glo-
riolas efflare aliquādiu impune permiserimus
quibus se victorem ipse buccinat, à sperata vi-
ctoriae laude, turpius excidat, quum regis ver-
ba prae de idustria retulisse (vt est impudēs)
redargui palā se viderit, quo facilius ipse supe-
rior è pugna discedere videretur. Verba regis
ita se habent.

P O S T longas (inquit) ambages, diffinit **Verba**
missam: deinde separat à missa, missę cære-
monias: excutit cœnam dominicam: & verba
Christi trutinat, quibus vsus est, quum insti-
tueret missę sacramentum. Ibi quum testamē-
ti verbum, rem videlicet tam abstrusam repe-
ritis, iam (tanquam profligatis hostibus) cœ-
pit ingeminare victoriā, & verbis adornat
inuentum (vt iactat) suum, & tanquam myste-
rium, hactenus inauditum, magno supercilio. Disce-
docet, quid sit testamentum. Notandum esse hic om-
elamat, ac memoria tenendum, testamentum
esse morituri promissionem, qua nuncupat
hæreditatem, & instituit hæredes. Hoc igitur
sacramentum (inquit) missæ, nihil est aliud,
q; testamētū Christi: testamētū nihil est aliud,
quam promissio hæreditatis æternæ, nobis
Christianis, quos suos hæredes instituit, cor-
pus & sanguinem suum (velut signum ratæ
promissionis) adjiciens. Hoc igitur decies re-
petit, inculcat, insignt, vt pote quod haberet
vult immobile fundamētum, super quod edi-
ficet foenum, ligna, stipulam. Nam hoc funda-
mento iacto, quod missa Christi sit testamen-
tum, omnem sese iactat impietatem eversurū
quam impij (vt ait) homines inuixerunt in
hoc sacramentum, & dilucide probaturum ad
communionem recipiendam, sola fide veni-
dum esse,

Quot & que sit probatus Lute-
r' ex suo fundamento. dum esse, de operibus cuiusmodi sint, non admodum esse curandum, conscientia quanto magis erronea sit, ac peccatorum, vel morsu, vel titillatione moueat, tanto sanctius accendi. Quanto serenior, purior, & errore purgatior, tanto sumi deterius. Ad hæc, missam bonū opus nō esse. Missam non esse sacrificiū. Missam sacerdoti tantum, non autē populo etiam prodesse. Nihil prodesse defunctis, nihil cuiquam viuentium. Impium esse errorem, si missa canatur pro peccatis, si pro cuiusquā necessitate, si pro mortuis. Inanē esse rē & impīa, fraternitatis & annuas defunctorū memorias. Abolendam esse, talem omnem sacerdotum, monachorū canonorum, fratrum, religiosorum denique (quos vocamus) omnium alimoniam. Hæc igitur tot & tam immensa bona, se reperiisse gloriatur, in eo solo, quod hoc sacro-sanctum sacramentum comperit, esse Christi testamentum. Iam in sententiarios protinus

Hoc ni-
mū Lu-
therū fa-
tis tibi
seruatū
est.

(quos vocat doctores) inuehitur. Exclamat in omnes, qui declamant apud populum, quod quum illi tam multa scribant, hi tam multa loquantur & prædicent de eucharistiae sacramento, neutri tamen attingant quicquam de testamento, sed impie celent populum, bonū illud incomparabile (quod tamen iam olim scisse profuisset) ex missa, nihil vñquam boni laicos, neque viuos neque defunctos, esse consecuturos. Ob cuius rei ignorantiam, denūciat vniuersos hodie sacerdotes & monachos, cū episcopis, & omnibus suis maioribus, idololatas esse, atque in statu pericolosissimo versari.

Periculū
torū qui
Lutherū
non sunt
audientes.

Vnde
college-
nt Lute-
rus mis-
lam bo-
nu opus
rit, iam illi statim admittēdus erit totus ille penitus esse. Sicut catalogus, quo totam Ecclesiæ facie con-

fundit. At quisquis negauerit illi, iā tam magno molimine nihil egerit. Nā argumenta (quibus ea docere pre se fert) puderet propemodū recensere, ita sunt in re tātē maiestatis, nugacia prorsus & friuola. Sic enim colligit (nā ipsius verba recitabo) Audisti missam nihil aliud es, quam promissionē diuinam, seu testamētū Christi, sacramento corporis & sanguinis eius commendatum. Quod si verum est, intelligis eam, non posse opus esse villo modo, nec alio studio à quoquam tractari, quam sola fide. Fides autem non est opus, sed magistra & via operum. Missam est, quanto nixu parturiens, Nēpe iū-
xta pro-
uerbiū
parturiēt
montes
nascerur
ridiculus
mus-

si tollas exclamaciones illas, quibus iam velut re dilucide probata, toties in totam bacchatur Ecclesiam, & nondum collata manu, tanquā ferox victor insultat, nihil aliud restare videbis, quam nudum & miserum sophisma. Quid enim aliud dicit tanto verborum ambitu, quā missa est promissio, ergo nō potest esse opus? Quem non misereat hominī, si tam stupidus sit, vt ineptiam suam non sentiat: aut quis non indignetur, si sibi conscius, tam stupidos tamen omnes æstimet christianos, vt tam manifestas infanias nequeant deprehenderet? Non contendam cum eo de testamento, & promissione, & tota illa definitione, & applicatione testamenti ad sacramētū. Non ero tam modestus ei, quam alios fortassis inueniet, si qui bonam ei partem istius fundamenti subruerint: qui & testamentum nouū dicant, promissiōnē esse legis euangelicæ, quemadmodū vetus fuit Mosaicæ: & testamentum istud negent à Lutherō satis scite tractari: neq; enim testator in nuncupādū esse nominatim, quid relinquit hæredi, quem exesse instituat: neq; remissiōnē peccatorū, quā pro hæreditate nuncupatā Lutherus ait, idem esse quod regnum cœlorū, sed viam potius ad cœlum.

Veniamus ergo nūc ad præclaras istas Lutheri rationes, quibus probat missam neque bonum opus esse, neq; sacrificiū: Et quanquā præstaret, prius tractare de sacrificio, tamē, quoniam ille primam questionem fecit de opere, sequemur illum. Quum igitur ita colligit missa est promissio, ergo non est bonum opus, quia nulla promissio est opus: dicemus missam, Lutherus quā sacerdos celebrat, non verius esse promissionem, quam fuit consecratio Christi: & si mul quæremus ab eo, an aliquod opus tum fecerit Christus? quod si neget, mirabimur profecto, si quū is opus faciat, qui imaginē facit ex ligno, Christus nullū opus prorsus fecerit, quum carnem suam fecerit ex pane. Quod si vllum opus fecerit: quin id bonum fuerit nemo, opinor, dubitat. Nam si bonum opus fecit mu-

Quomo-
do p̄bet
missam
non esse
bonum
opus.

THOMAS MORVS

fecit mulier, quæ caput eius perfudit vnguentum, quis potest ambigere, an bonum opus fecerit Christus, quum corpus proprium, & in cibum exhiberet hominibus, & in sacrificiū offerret Deo? Quod si negari non potest, nisi ab eo, qui in re maxime seria, valde velit nugari, bonū opus fecisse Christū: nec istud etiā negari potest, in missa bonū opus facere sacerdotem: quippe qui non aliud faciat in missa, quā Christus in cena fecit & cruce. Hoc enim declarant verba Christi: Hoc facite in meam cōmemorationem. Quibus verbis, quid aliud volebat, vt in missa representarent, ac facerent, quam quod ipse faciebat in cena & cruce? Instituebat enim, & in inchoabat in cena sacramentum, quod cruce perfecit.

N V N C relege quæso lector, Lutheri nūgamenta. Vide, quanta cum fide recenseat argumenta regis: quam pulchris rationibus occurrat. Quas iste nobis nugas garrit. Rex ait Christum aliquod opus fecisse, dum suū corpus faceret ex pane, & patri offerret in cruce, nec obstatisse, quo minus fuerit opus, quantumcumque fuerit testamentum. Atq; ita breuiter, vno verbo demonstrat, & quam ineptum sophismā sit, Lutheri lemma illud insolubile: Hoc sacramentum est testamentum, ergo nō potest esse opus. Deinde rex ostendit, ac probat ex euangelio, idē facere sacerdotē in missa, quod Christus in cena fecit, & cruce, in qua compleuit, quod incepérat in cena: præser-

Pauli de tim quā missa potius mortis memoria sit, quā cœnæ, secundum illud Pauli, quod rex etiam cōmemorat. Hæc quotiescunq; seceritis mortem domini annunciatibis. Quamobrem, quā Lutherus negare nō possit, quin vere opus fuerit, quod à Christo factum est: quanquam maxime fuisset testamentū, nec aliud est, quod à sacerdote fit, quam quod factum est à Christo, nonne cogitur homo prudentissimus fateri, stultissimam esse sophismatis sui sapientiam, qua velut irrefragabile, sic argutatur?

Missa est testamentum, & promissio, ergo non potest esse opus. Sed hic manifeste se victum sentiens, mirabiliter prorsus ingenio, reperit existum, ne quod omnes videre videt, ipse fateri cogeretur. Quia rex dicit eum, qui consecrat, aliquid facere: ibi deprehendit homo lynceus regem dicere, missam esse bonum opus, ratione operantis, non operis operati: Quasi, qui dicere aliquid quenquam facere, is non dicere aliquid ab eodem fieri, aut quasi re nō essent idem, id quod aliquis facit, & quod ab eo faciente fit, etiam si aliter cōsideretur quantum tale, aliter quantum factum abs tali. Ut cautum esse oportet, cui cum homine tā accuto sit negotium. Nam si quis dicat has scalas esse sursum versus, illico Lutherus iurabit, eum negasse easdem scalas, viam esse deorsum versus, quia sursum & deorsum sunt opposita. Sic disputant acuti dialectici. Nos homines simplices, & idiotæ, putamus tandem esse viam

& Athenis Thebas, & Thebis Athenas: & eādem missam putamus esse tam opus operatum quam opus operantis. Cæterum bonitatē eius & fructum, qui ex illo opere peruenit ad populum, peruenire cēsemus ratione operis operati non operis operantis, hoc est, quia ipsum tale est, nō quia talis operatus est.

S E D hic aliud etiam acumen repperit reuerēdus pater: quod si missa esset opus aliquo modo sacerdotis consecrantis, iam quum omnis missa sit opus bonum, malus sacerdos consecrare non possit, videlicet, quia malus non potest opus bonum facere. Et hoc argumentū illi videtur tam acutum, vt etiam eo mire glo-

Stulta
theri glo
riatio de
nihilo.

rietur, atq; ita se iactet. Istud argumentum male vexabit assertorem sacramentorum. At ego potius suspicor, imo certo scio, talem argumentatorem male vexari à dæmonio, qui eum ita dementat, vt non sentiat, etiam quantumuis malum hominem, posse facere opus, aut natura bonum, aut moribus, aut alij vtile & meritorium, etiamsi damnosum sibi. Nisi forte bonum opus non est eleemosyna, aut fieri nō posst à malo. Aut si quis cum Luthero credit, baptismum bonum opus non esse, aut malum sacerdotem non conferre baptismum al-

Acumen
Lutheri.

teri. Sit illud acumen Lutheri. Nos homines rusticuli credimus, ministrī maliciam Dei benignitatem non claudere: Sed sic ut furtiuū semen cum opere seminantis furis cooperatur Deus in frugem, sic in sacramentis, qualiscūq; sacerdos sit, cum eius opere cooperatur Deus opus bonū, & gratia definita perfectū. Quod insita bonitate, salutare sit illis, pro quibus sit, etiam si noceat illis, à quibus sit. Nam is, qui fecit, bonū opus male fecit, & temere tractando sacramentū, prodest alteri, licet noceat sibi.

Opus er
se bonū
nō dete
ri à malo
patrato.
re.

Q V V M regis librum legisse, & Lutheri responsū simul: & quam potui, diligentissime considerat: vehementer admiratus sum, quid sibi Lutherus vellet in illo tam absurdō sophismate: tandem cœpi eundem locū ex eius Babylone perpendere, ex quo fonte confusionis hic riūlus, inferni fluminis effusus est. Et ecce, quemadmodum istic nugatur in missa, sic ibi nugacissime nugatur, in opere: scilicet vt argutia dupli rem intricaret, & dupli stulticia sese inuolueret. Sic enim illuc ascribit.

Nullus audeat tantum insinuire, vt dicat bonum opus facere eum, qui pauper & indigens venit, ac cepturus de manu diuitis beneficium. At missa, vt ex Baby-

Capt.

dixi, beneficium est promissionis diuine, per manum sacerdotum omnibus hominibus exhibitum.

E N rationem lector, missa non potest esse bonum opus, nempe quod in missa beneficium accipimus à Deo, non ei conferimus.

Q V A E S O te lector, an tu hunc putas vel reminisci verborum suorum, vel sua interrim verba audire, dum loquitur? Nam si nihil esse potest bonum opus hominis, quo quis be-

neficium

Quā acu
te scili-
cet Lute
rus dispe-
rat.

neficium accipit à Deo, nō præstat: quid illi necesse fuit, incassum tot verba fundere, vt probaret, in quolibet opere bono esse peccatum? Quanto fuit ei facilius dicere, nullum est opus bonū? Nam id aperte nunc dicit, quū nullum esse dicat opus bonū, in quo quis accipit à Deo beneficium. Nam nec martyriū quidem, hoc pacto, bonū opus fuerit. Siquidē nec martyr quicquam in Deū confert, sed accipit ab illo. Quod enim beneficiū Deo præstat martyr moriendo? An non ille quoque pauper & indigēs venit accepturus de manu diutis Dei beneficiū? dū cū illo nummū exiguū æream, grandi permutat aureo, imo suum illi æreum reddit, vt reportet aureum. Nam quam ab illo vitam commodato recepit misericordia & momētanę, eam illi reddit, vt beatam recipiat, eandemque nunquā finiendam. Ergo perte Lutheri, bonum opus non facit martyr dum vitā impēdit pro fide. At Deus, quod rex obiecit tibi, Magdalenam pronuntiat bonū opus facere, cuius opus, opinor, pro beneficio nō habuit, sed mulieri magnum beneficium contulit, quam dignatus est ad illud officij genus admittere. Nos miseri, quum omnia fecerimus, adhuc serui inutilis sumus, quod enim debuimus facere fecimus, nihil Deo damus, sed in omni opere bono, à Dei beneficentia recipimus. Quod, quū omnes fateantur, solus Lutherus asserit, nullum esse: quod qui facit, beneficium accipit à Deo, non præstat. Et istud asserit is, qui dicit iustos in omni opere bono peccare. Et sic homo sapiens, & nunquā sibi contrariu asserit pariter istas duas conclusiones. Omne bonum opus hominis habet peccatum: & nullum est bonum opus hominis, quod possit habere peccatum.

HIC te queso lector, vt relegas illa Lutheri verba magnifica, quibus regem ait ea cogitare de missa, quæ videlicet ipse, neque per febrem, neque per frenesim cogitare vñquam potuisset. Quantam sibi gloria his comparauit ampullis, quando nunc omnes aperte sentiant principē, & de missa & de bono opere loquuntur prudentissimè: quum interim de vtroque per suas febres, & frenesim, talia nobis excoxit auit Lutherus, vt nunquam cogitare vel ipsa febris tam febrilia, vel ipsa frenesim tam frenetica potuisset.

REFELLIT ILLAS IN EPISTOLAS
argutias, quibus Lutherus conatur probare,
missam non esse sacrificium.

C A P. X V I.

HOc igitur egregio triumpho, triump hat malorū operū patronus, aduersus opera bona: nunc videamus, quam strenue se gerat furiosus fraterculus, & sacrificius sacrificulus, aduersus sacrosanctū sacrificium. Quod quōtibi fiat lector dilucidius,

principis verba, quibus obblaterat nebulo, præponemus. Ea igitur hunc in modū se habent.

SED Lutherus satis sentit ipse, facile destrui, quicquid adstruxerat, si missa possit esse Regis sacrificiū, aut oblatio, quæ offeratur Deo. Hūc igitur obice se pollicetur amoturū: quod quo fidelius facere videatur & efficacius, obiectit sibi ipse prius quædam, quæ sibi sentit obstarē. Iam & alterum (inquit) scandalum amouerū est, quod multo grandius est, & speciosissimum: id est, quod missa creditur paſsim esse sacrificiū, quod offertur Deo. In quam opinionem & verba caronis sonare videntur, vbi dicitur: Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia. Et infra: Hanc oblationem. Item clarissime postulatur, vt acceptum sit sacrificiū, sicut sacrificium Abel, etc. Inde Christus hostia altaris dicitur. Accedunt his dicta sanctorū patrū, tot exempla, tantusq; vſus per orbem constāter obseruatus.

Audistilector, quas obices ipse sibi sentit obiectas, Audi nunc vicissim, quam Herculeis viribus aggreditur amouere: His omnibus, inquit, oportet constantissime opponere verbū & exemplum Christi. At quæ sunt igitur illa verba Christi, quæ tot olim sanctis patribus, ac toti Christi Ecclesiæ tot ignorata seculis, velut nouus Esdras, nobis Lutherus inuenit? Verba Hoc declarat ipse, quim dicit. Nisi enim, missam obtinuerimus esse promissionem, seu testamentum, vt verba clare sonant, totum euangelium, & vniuersum solacium amittimus. Verba nunc audiuiimus, restat, vt videamus exemplum. Exemplum ergo subiungit.

Christus (inquit) in cœna nouissima, quum institueret hoc sacramentum, & cōdidit testamentum, non obtulit ipsum Deo patri, aut vt opus bonum pro alijs perfecit, sed in mensa sedens, singulis idem testamentum proposuit, & signū exhibuit. Ista sunt ergo verba Christi: istud est exemplum: è quibus nunc demum Lutherus, vñus perspicue videt, missam nō esse sacrificium, nec oblationem. Mirum est igitur, ex tot sanctis patribus, ex tot oculis, quot in Ecclesia tam multis seculis, idem legerunt Euangelium, nullum fuisse vñquam tam perspicacem, vt rem tam apertam deprehēderet:

Responde imo omnes etiamnum tam cœcos esse, vt ne adhuc quidē queant, id quod cernere se Lutherus iactat, quanquā ipso monstrante, perspicere. An non Lutherus hallucinatur potius, & aliquid se videre putat, quod non videt: & dīgito conatur ostendere, quod nusquam est? Nam obsecro, qualis est ista probatio, quū docere nititur, missam non esse sacrificium, ex eo, quod sit missio, quasi missio & sacrificium ita sibi mutuo pugnarent, quēmodum frigus & calor? Quæ Lutheri ratio adeo prorsus friget, vt nec responso digna videatur. Nam legis Mosaice tā multa sacrificia, quāquā essent figuræ, omnia futurarum rerū tamen promissiones erāt & ipsa. Promittebat

Argumē
tū Luthe
ri ab ex
plo vt ip
se putat
Christi.

S enim ea,

THOMAS MORVS

Promis- enim ea , propter quæ siebant, non modo fu-
siones sa- tura quandam illa , quorum erant figuræ, sed
critico - etiam liberationes, expiations, purgations,
rū veteri- purificationes populi tunc præsentis, pro quo
ris testa- more solemni quotannis offerebantur. Que-
menti. res, quum tam aperta sit, vi nemo prorsus eam
positignorare, ridicula plane dissimulatio est
ista Lutheri , quum nunc argumentetur, fieri
id non posse, quod non ipse tantum , sed po-
pulus quoque nouit tam sè factum.

A V D I S T I lector verba regis : Audi
nūc vicissim verba nebulonis, vt iudicare pos-
sis, quā scite scurretur fraterculus.

Verba Deinde pro sacrificio missa defendendo, sic Tho-
Lutheri. misticatur. Ego, inquit, Missa sit promisso, non hinc
sequitur, non esse simul sacrificium, quando in veteri
lege erant sacrificia, quæ simul erant promis-
siones. Respondeo. Huius Thomistica assertio-
nis debuit Rex vel unum exemplum producere. Nunc ve-
ro pro more suo, satis esse putat, si tantum scribat
in veteri lege sacrificia fuisse promissoes, tum
mox, Oportet sic esse. Sed tam siolido assertori (vt
video) proponendus esset aliquis vocabularius: quo
discretum primum, quid significet, tam sacrificium
quam promisso. Siquidem promisso est verbum,
sacrificium est res, vt etiam pueri infantes intelli-
gent, impossibile esse, vt promisso sacrificium, aut
verbum res sit. Me miserum, qui cum talibus stu-
listi ait, titia monstros, tempus perdere cogor, nec dignus
Luthere, sum, & ingenio aut eruditione prestantes mecum
nō es dig- certent. Error itaque manifestarius est, dicere in ve-
teli lege fuisse sacrificia promissoes. Nisi rex as-
sessor, lubricitate Thomistica, figure voluerit lo-
qui, quod sacrificia promissoebant, id est, significa bā
futura in Christo. Verum, hoc non est asserere sacra-
menta, sed ludere & nugari verbis. Si quidem, hoc
modo, promisso est signum, seu res, non verbum. At
nos in missa potissimum, vocamus promissionem,
ipsa scilicet verba Christi, sine quibus, panis &
vinum essent, neque signum, neque sacramentum,
neque missa. Nam quod per sacrificia, in fide ob-
lata, promissoes impetrabant, aliud est. Non
enim hic, vel de fructu, vel significatione sacrificio-
rum disputamus, sed de ipsa substantia, vt sciamus,
quid sit, & quid non sit sacrificium.

Tu vere
nugaris
verbis.

Lutheri
arguta-
tio de-
missa &
sacrifi-
cio.

N V N C expende lector, quā belle rationes
principis soluerit nebulo. Nam quū rex inter
alias illius ineptias, hoc quoque miserabile so-
phisma, quo sic colligit. Missa est promisso, ergo nō potest esse sacrificium: ex eo confutarit,
quod etiā veteris legis sacrificia sic erant pro-
missiones, sicut argutatur Lutherus missam
esse promissionē: recurrat nunc Lutherus, &
negat sacrificia veteris legis, fuisse promissoes,
nisi sophistice. Missam vero nihil aliud es-
se omnino, nisi veram & meram promissionē.
Quid facias lector isti stipiti, qui sic disputat,
tanquam auditores oēs, plane stipites essent. So-
let ille vir, grauis ac seuerus, scholasticorum

argutias ridere, quum cogatur ipse sēpissime
ad ineptissima sophismata confugere. Nam,
quis nescit in sacrificijs Mosaicæ legis, manife-
stas fuisse promissiones Dei ? Cuiusmodi est
illud Leuitici, capite sexto. Pro peccato autem
suo , offeret arietem immaculatum, de grege,
& dabit eum sacerdoti , iuxta æstimationem,
mensuramque delicti, qui rogabit pro eo co-
ram Domino . & dimittetur illi , pro singulis,
quæ faciendo peccauit. Vides hic lector tam
manifestam esse promissionem , vt nusquam
possit esse manifestior. At Lutherus fortasse
dicet, in talibus remissionis indulgenda per
sacrificia promissiones esse, nō esse tamē pro-
missiones ipsa sacrificia, sed missam nō habere
promissionem adiunctā, sed ipsius missæ sub-
statiā, nihil aliud esse, quā meram promissionē.
Propterea quod missa sit testamentū, quod ni-
hil est aliud (vt Lutherus ait) quam promissio
hæreditatis. Age igitur, accedamus proprius vt
videas lector, quā misero dedecoris sui cōsciē-
tia, talia deblateret nebulo . Consideremus il-
lud sacrificium, quod isti ipsi sacrificio velut Paulus
figuram quandam præuiam Paulus copulauit Apostol.
apostolus: Lecto, inquit, omni mandato legis
à Mose, vniuerso populo, accipiens sanguinē
vitulorum, & hircorum, cū aqua, & lana coc-
cinea, & hyssopo, ipsum quoq; librum & omniē
populum aspersit, dicens: Hic est sanguis testa-
menti, quod mandauit ad nos Deus. Quid di-
citis nūc domine doctor, vbi est vocabulariū
vestrum, quod scurramini proponendum esse
principi? Inspicie vocabularium sacrificij ve-
teris, Inspicie vocabularium sacrificij noui.
Nunquid in vtroq; vocabulario legitim idē vō-
cabulum? Nunquid sicut sanguis Christi voca-
tur in altero sanguis testamento, sic vituli san-
guis, sanguis testamenti vocatur in altero? An
nō igitur (si quid habetis cerebri) facile vide-
tis cōsequi: vt aut testamentū nō sit promissio
(& tunc perierit vobis totū fundamētū, quod
male collocaſtis, super testamentū, qui contē-
dat idē esse prorsus adæquate, missam & te-
stamentū) aut, si testamentū sit promissio, tūc
verū esse, quod vos negatis, nempe illud sacri-
ficium fuisse promissionē. Et sic domine do-
ctor, ego docui vos tam plane, quam pueros
docere solent pēdagogi, quod sacrificia veteri-
sis legis, fuerunt promissiones, non solum eo-
dem modo, quo vos dicitis missam esse pro-
missionem, in lege noua, sed eodem etiā verbo
quam tuus acute disputatis, sacrificium esse
rem, & promissionem esse verbum: & sic vide-
tis nūc, quā pulchre vobis procedat vester vo-
cabularius. Nectamen hæc eo dico, quod aut
ibi contendam in Exodo, aut hic tibi assentiā
in Euangelio, testamentum esse meram pro-
missionem: quippe qui plane videam, id verū
esse, quod Rex obiter tibi tribus verbis ostendit,
merum est commentum, quod tu affers
de testamento: quod reuera & illic legem ve-
terē, & hic significat nouā, iuxta illud prophē-
ticum,

Cape tu
Luther
vocabu-
lariū tuū

ticum, quod Apostolus commemorat. Ecce dies veniet, dicit dominus, & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda, testamentum nouum, non secundum testamentum, quod feci patribus eorum, in die, qua apprehendi manum eorum, ut educerem illos de terra Aegypti, quoniam ipsi non permanes-
runt in testamento meo, & ego neglexi eos dicit dominus. Quia hoc est testamentum, quod disponam domui Israel, post dies illos dicit dominus, dando leges meas, in metem eorum & in corda eorum superscribam eas, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit unusquisque proximum suum, & unusquisque fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum, quoniam omnes scient me a minore usque ad maiorem eorum, quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum iam non memorabor. Dicendo autem nouum, veterauit prius. Quod autem antiquatur & senescit, prope interitum est.

QVID hic dicit Apostolus esse testamentum vetus, quid hic appellat nouum? an non legem veterem, & legem nouam? idque tam aperte multis modis enuncians, ut nullum habeas tergiuerandi locum, aut vanissimum commentum tuum tuendi: quod nulla neque ratione, neque scriptura fretus, mero arbitrio tuo statuis stolidi, & velut pro imperio iubes orbem credere. Quamobrem (vt dixi) non haec eo protuli, quod in Exodo contendam, testamenti verbum significare promissionem: sed & ex alijs sacrificijs ostenditur promissionem, nec obstat, nec repugnare sacrificio: quemadmodum ipse blaterasti, & ex illo probavi, quod satis est aduersus te, si testamentum foret mera promissio, sicut tu contendis, tunc aliquod saltum sacrificium fuisse promissionem in lege Mosaica, quod tu homo absurdissimus, & absurdum esse iactas & impossibile.

Miratur etiam dominus Henricus, quales nam ego concionatores audierim, quod scriperim, nihil esse in concionibus de promissionibus his unquam dictum, ipse vero ad tedium usque audierit de testamento, de promissionibus, de testibus, etc. Respondeo. Et ego miror, regis esse tam rude caput, & tam amenantiam, qui tam insignes conciones audiebat, & adeo nihil didicerit, neque intellexerit verbū Dei, nostrum opus aut sacrificium esse non posse, quin contrarium sine fine blaterat.

MIRATVR (opinor) dominus Henricus, Lutheri caput tam stolidum gloriosum esse, ut ex se triuialium & rancidarum cōcio-
num, dogma ipsum tam insanum hauserit, quod velut nouum & inauditum prius, toti propinaret orbi, quum hoc dumtaxat habeat noui, quod idem stultus tractatur ab illo, quā quisquam ante tractauit. Nec pudet eum, iam toties viciū atque reuictum turpiter, summo cū probro suo, stolidi nugari rursus illo despicio sophismate.

Et iure
optimo
miratur.

Si enim illa scintilla rationis humanae in eo vi-
geret, utique negare non posset signum Dei, opus Dei
esse erga nos. Sic sacrificium, & promissiones Dei es-
se verbum Dei, non opus nostrum.

Verba
Lutheri.
Vide quā
haec cō-
sentiant
superiori
bus.

IMO si in Lutherio vigeret illa scintilla rationis humanae, nunquam secū posset in tantis paucis versibus, tā insane pugnare. Nunquid hic dicit manifeste nobis, tam sacrificiū quam promissiones esse verbum Dei: atque usque adeo confirmat istud, ut eum censeat, ne scintilla quidem humanę rationis habere, quisquis id negare fuerit ausus? Nullam ergo scintillā rationis humanae prorsus habet Lutherus. Nā id ipsum in eadem pagina, prorsus negavit. Ideo enim negavit sacrificium posse promissionem esse, quia omnis promissio verbum sit, & omne sacrificium res, atque ob id verbum esse non poscit, quum nulla res verbum sit. Verum ne fingere poscit, me per calumniam sua verba depravare pro meo commodo, sua illi verba licet tam nuper dicta, quoniam illum oblitum esse video, non grauabor commemo rare denuo.

Tam stolido assertori (ut video) proponendum es-
set aliquis vocabularius, quo disceret primum, quid Lutheri
significat tam sacrificium, quam promissio. Siquidem, promissio est verbum, sacrificium est res, ut etiā pueri infantes intelligant impossibile esse ut promissio sacrificium, aut verbum res sit. Me miserum, qui cum talibus stultitia monstris, tempus perdere cogor, nec dignus sum, ut ingento aut eruditione pre-
stantes mecum certent.

EN hominem lector dignum, qui cī Min-
nerua disputeret: quem miserandum sit, ita cogi-
tempus cum stultis perdere, quum sit ipse tam sapiens, ut in uno versu stolidos clamet esse, qui sacrificiū putent verbum esse, aut esse verbum posse, quum sit res: & post in proximo fe-
re versu contra clamet, stolidos esse, nec ullam scintillam humanae rationis habere, qui nega-
rent sacrificium esse verbum. An non isti sa-
cramentorum impugnatori, foret opus non vo-
cabulario, sed cauterio, quo tam stolidae fronti, ad perpetuam rei memoriam, stultitiae nota-
inureretur.

Deinde Rex iste mendacij, qui hoc loco scribit
se usque ad tedium audisse de testamento & pro-
missionibus eiusmodi, postea de Sacramento or-
dinis garrit, in tota cena Christi nullam esse pro-
missionem, non modo sibi ipsi turpisime contra dicens, sed impudenti mendacio in cenam domini in-
sanient. Sic precipitat Papistas furor, & amentia,
ut prorsus nihil videant, quid dicant, aut contra quid statuant.

Male habet Lutherū, quod ei tam praelari
inventi gloria fratres interciperent: nō potest
adhuc cōcoquere, quod rex eadē prius audi-
uit ab alijs, eiusdem farinæ fraterculis: id, in-
quam, Lutherus ferre non potest. Nam, qui ribus,

Verba
Lutheri.

S ij voler

THOMAS MORVS

volet ingenio cedere,rarus erit: sed clamat regem esse mendacem: certe si me audiret princeps, potius quam Lutherum habeat inimicū, totam tam stulti inuenti laudem solidam redet Lutheru. Sed addit tam iratus, ut se fse loquentem non audiat, regem qui se mentitur tantum audisse de testamentis & promissionibus, postea garrire in tota cena Christi, nullam esse promissionem, atq; ita & sibi contradicere, & in coenam domini insanire. Primum lector, expende mirabilem reuerendi patris prudentiam, qui ex eo quod rex ait, se plus milles audisse fraterculos aliquot indoctos, ea prædicasse stolidi, quæ nūc Lutherus iactat, fse primū sapienter inuenisse, colligit regē sibi contradicere, si dicat vtrosq; nugari, & illos stultos & hunc stultiorem esse: hanc videlicet vocat reuerendus pater potator repugnantia.

Quid Lu Deinde (salua reuerēdi patris reuerēta) reue-
thero sit rendus pater impudenter mentitur, quū dicit
sibi quē-
qua cō-
tradicere
fateatur esse promissionem, sed non eius ge-
neris promissionem, quæ iuuet Lutheri cau-
sam. Neq; enim vllam illuc promissionē esse fa-
ctam cuiquam, propter sacramenti receptio-
nem, quod Christus instituit in cena, sed per
sanguini- effusionem, quem Christus effudit
in cruce. Quod, quo videoas lector apertius, au-
dī rursus verba principis.

S E D tangemus tamen Lutherum aliquāto proprius. Eucharistiam concedit esse sacra-
mentum, quod nisi fateretur, insaniret. At vbi
repperit in scriptura, promissam in illo sacra-
mento gratiā? Nam ille nihil recipit, nisi scrip-
tu-
ras, & easdem claras. Legatur locus de cena
dominica: non reperiet apud vllum Euange-
listarum, in susceptione sacramenti promissam
gratiā. Legitur à Christo dictum. Hic est san-
guis meus noui testamenti, qui pro multis ef-
fundetur, in remissionem peccatorū. Quibus
verbis significauit, semet in cruce per passio-
nem redempturum genus humanum. Sed quū
dixit ante: Hoc facite in meam commemora-
tionem, nullam hoc facienti, id est sacerdoti
consecranti, aut eucharistiam recipienti, gra-
tiā ibi promittit, nullam peccatorum remis-
sionem. At nec apostolus in epistola ad Corinthis, quum interminetur male manduca-
tibus iudiciū, vllā mentionem facit de gratia
bene manducantium. Quod si quid ex capite
sextō Ioannis, gratiam promittat suscipienti
sacramentum carnis & sanguinis domini, ne
id quidem quicquam iuuare Lutherum potest
quippe qui totū illud caput neget, ad Eucha-
ristiam quicquam pertinere. Videtis ergo, ut
istam promissionem gratiæ, quam pro totiū
sacramenti fundamento, magnifice nobis in
toto promisit opere, non potest in eo tueri sa-
cramento, quod fere solū relinquit, nisi quod
necessit habet, præter scripture verba, recur-
rat ad ecclesiæ fidem.

**Verba
Regis**

Luther
non po-
test tueri
sua sen-
tentiam.

N V N C vides lector, huius reuerendipā-
tris impudentem calumniam, & non minore
stultitiam. Nam id imputat regi, quod nus-
quam dicit: ad id vero, quod dicit, Luthe-
rus nihil contradicit, quum tamen sit eiusmo-
di, ut totum Lutheri fundamentū subruat:
illud inquā fundamentū, quod habet pro fir-
missimo, nempe nihil credendum esse necessa-
riō, nisi probetur euidentibus scripturis: Prin-
ceps locū explicuit, ac fecit planū, quod dixit,
nempe Lutherum non posse, ex illo loco pro-
bare euidenti scripture, illud sacramentum ha-
bere promissionem gratiæ, quum euangelium
ibi non dicat: Hic est sanguis meus noui te-
stamenti, qui bibetur in remissionem pecca-
torum, sed qui pro multis effundetur in remis-
sionem peccatorum. At quid respōdet ad hæc Lutheri
tam aperta Lutherus? Certe nihil aliud, nisi, tu
mentiris. Nam hoc illi frequens est, quum ip-
se mentitur. Quamobrem, non alio opus est
responso, quam vt idem ei totidem verbis res-
pondeat Echo.

Audet etiam afferere, manifestum esse, fieri à sa-
Verba
cerdo:ibus, non modo id quod Christus in cena, sed Lutheri,
quod & in cruce fecit. Respondeo. Quando hoc Do-
minus Henricus tantum dicit, & non probat, Dico
ego contra, manifestum esse, facie dotes in missa
id omittere, quod Christus in cena fecit, & id face-
re, quod iudicat fecerat in cruce Christo. Nec ideo hoc
solum, sed probo quoque. Nam qui verbum Dei per-
nuntit & extinguit, is vere crucifigit filium Dei,
id quod faciunt omnes, qui ex promissione opus fa-
ciant, quum hoc vere sit veritatem Dei mutare in
mendacium.

Ait regem istud dicere, & non probare. sed
interim illa dissimulat omnia, quibus id rex p-
bavit. Tacet illud Apostoli: quod testamētum
**mortē testatoris inuoluit. Tacet & illud eius-
de: Quotiescumq; manduaueritis corpus do-**
mini, & sanguinem eius biberitis, mortē domi-
ni annunciabitis, quæ in cruce peracta est, non
in cena. Mors ergo pertinet ad illud sacramē-
tum, per quam se Christus obtulit. Item illud
tacet, quod rex docuit, à spiritu sancto ideo
Ecclesiā doctam infundere aquam in vinū,
quia aqua cum sanguine fluxit è latere Christi,
morientis in cruce. Hæc omnia dissimulans,
censet se egregie oculos omnium festiu illa
pitrinxisse blasphemia, qua sacerdotes omnes
**ait, iterū crucifigere Christū, quicunque mis-
sam dicunt esse bonū opus, aut sacrificiū. At**
Cur in
quum satis constet, id nūc facere totā eccl.
qua Christi: quum constet idē fecisse totam ec-
clesiam totātibus: quum illas ipsas missas
quas celebrasse feruntur, & beatus Clemēs, &
apostolus Iacobus, oblationem appellant &
sacrificium: nec vllum vñquam canonē quis-
quam legit, tam vetustum, in quo veneran-
dum illud sacramentum non sit appellatum
sacrificium. Quis est vñquam tam tepide
Christia-

Blasphema scurritas Lupheri. Christianus, qui ferre possit in tot millia sanctorum, qui vñi sunt illo canone, per quem sacrametum corporis & sanguinis dominici offerunt in sacrificium, istum tam scurrili petulantia scurrantem scurram, vt eos dicat cū Iudeis rursus Christum crucifigere, quorum plerique pro Christo, sanguinem suum non dubitarunt effundere, pro quo Lutherus, nisi talis esset nebulo qui grauaretur effundere vnum scyphum cervisiae, nunquam posset in animum inducere, vt tam stolidam scurrilitatem baccaretur in sanctos, & in sanctorum blasphemis blasphemaret Deum.

Verba Lutheri. Post hæc vrget me canone illo missæ, in quo missa sacrificium nominatur, cuius autoritate ideo me vult teneri, quod eius verbis vñs sim. Nam ista verba, Quotiescunq; feceritis etc. non in euangelio reperiri dicit, sed ista. Hoc facite, in Paulo vero esse alia. Hic vide infidelicem Satanam, vt reptat, vt captat, vt queritat effugias, sed frustra, non effugiet. Canonem ego reieci, & rejicio, quod proorsus aperire contra Euangelion, vocat sacrificia, qua sunt signa Dei, promissionibus adiecta, nobis oblata, à nobis recipienda, non offerenda. Nam quod rex dicit in Euangelio non esse ista verba, Quotiescunq; feceritis, quis puer non videt, grammaticam assertori tanto deesse? quasi vero necesse fuerit euangelistas, per omnes syllabas concordare, & formam illam sacramenti statuere, quam nobis papistæ sic immutabilem & necessariam statuerunt, vt peccati mortaliis rerum faciant, & inferno tradant. qui dictiunculam illam enim, omiserit, scilicet Rhadamantri & Aeaci illi, liberrimarum conscientiarum carnifices, sic delirant. Igitur testibus grammaticis, & communis omnium sensu, dico, idem esse, quod euangelisti de cena dicunt, quantumvis paucis verbis variant, idemque esse. Hoc facite, quod quotiescunq; feceritis, Catusque credo spiritum sanctum singulari consilio, vt Euangelisti & eandem rem paulo alter scriberent, & peccarent peccatum illud irremissibile in formam sacramenti pacificam, quo nos a futura superstitione & tyrannie imperiorum hominum tutos redderet. Neque enim minus vere cosecraryet, qui forma Lucæ Marci, Matthæi, Pauli veteretur, quam qui canonis istius impij, & falsi vtitur.

Perpetuus Lutheri. V E R E vrget te canon missæ, quæ tu uno loco probasti, & vñs es pro te: sed hoc nihil est contrate, qui nihil censeas esse stultius, quæ vt quisquæ exigat abs te, vt verbis tuis debeas stare, cui perpetuus mos est, quicquid dixeris, quæ libet, rursus indicu dicere, sed miror, quid hic loci fuerit tibi garriendi, de Euangelistarū cōcordia, quasi rex eos negasset diuersis verbis idem dicere, aut quasi quisquæ euangelistarū habeat ea verba, quæ tu ad confirmādā tua sumpsistī, de tibi toties improbatō canone. An ita nugando sperasti fucū te facturū lectoribus, ne

sentire possent, quam belle respōdeas? Nam te festiu putas in regē ludere, cui grammaticam deesse, quilibet als puerū videre: deinde tu tatus grammaticus citatis in testimonium grammaticis omnibus, & cōmuni omniū sensu, dicas idem esse. Hoc facite, quod hoc facite, quotiescunq; feceritis. Si tantū disputasses illo loco, sic sensisse Christū, & aliqua loquitū alias, tali genere locutionis, ad quæ propositū ei nō erat quenquam obligare, potuisset res vtcūq; tolerari. Nunc vero, quum dicis ex grammatica, & cōmuni hominum sensu, idem esse, hoc facite, quod hoc facite, quotiescunq; feceritis, ego neminem esse puerū puto tam rudē grāmaticæ, qui non rideat tuam grammaticam, & tibi censeat neq; cōmuni hominū sensus, neq; peculiaris, quicquam esse, sed magis pecunium quam sit in villa pecude, per quem doceamus ex grammatica, & cōmuni sensu sic perpetuo scripturas intelligere. Hoc facite, quotiescunq; feceritis, Eleemosynā date, quotiescunq; canō addederitis. Jeiunate quotiescunq; ieiunaueritis: interpretādū scripturas & ad eundē nimirū modum deducet: ne fursum facias, quotiescunq; non feceris: Deum diligite, quotiescunq; dilexeritis: & nō mœcha beris, quotiescunq; non mœchatus fueris: & cetera simili ratione, & hæc est regula reverendi patris intelligenti scripturas, & ex grammatica, & sensu cōmuni, per quam posset effugere, ne quis probare possit evidenter scripturis, aut villā virtutē præceptā esse, aut vitium villū prohibitum: & tunc facilius poterit sustinere, quod bona opera nihil profunt, nec mala nocent, sed sola fides sufficit ad salutem non ex promissione Christi, sed ex promissione Lutheri.

R E F E L L I T ILLUD ABSVRDISSIMUM Lutheri sophisma, quo sic argutatur,
Sacerdos in missa recipit Eucharistiā,
ergo non potest offerre.

C A P. X V I I

V BI vero ego scripsisse, sacrificium & Verba missam pugnare, cum sacrificium offeratur, missa vero recipiatur, hic audet audax dominus Henricus Lutherū ad Bibliam prouocare, dicens: Vbi est in veteri lege vspiam, villū sacrificiū, quod non simul offeratur, & recipiatur? Plane hic Lutheri iactitat sumnum argumentum corruere, securusq; triumphat glorioſus assertor. Respondeo. Non est hoc meum sumnum argumentum, sed illud, quod supra dominus Henricus pro Thomistica Et hoc si benignitate mihi donauit, scilicet missam esse testamentum & promissionem, hoc inquam, capitale meum argumentum est. Tamen vt triumphatori aliquid suggeram, si dominus Henricus solum Bibliam semel aperuisse, & inþexisse, imo si menissem Psalimi quinquagesimi, quæ puer olim legit sij (si Christus

THOMAS MORVS

(si Christianus est) non iactasset triumphum tam Thomisticum. Siquidem illic legislet holocaustum, quo nullum celebrius & maius sacrificium est in lege. Hoc certe totum solum Deo offerebatur, nihil ex eo recipiebatur.

HIC saltem sentiens Lutherus, infirmam esse istam aciem, quam teatissime potest, dat signum receptui, & ait istud non fuisse fortissimum fundamētum suum; sed illud potius, quod missa sit testamentū, quod ait regē illi pro Tho mistica ciuitate donasse, sed quod omnes vident prius confutatum esse, quā donatū: post ita donatum, vt quo magis id Lutherū donauerit, eo stultiorē Lutherū probauerit, qui stolidē sibi fundamentum sumpserit, quod ei donari sine ullo incommodo potuerit, donatū nihil ei prorsus profuerit. Et tamen adhuc tam stupidus est, vt id non sentiat, sed ita nitatur illius argumenti validissimo robore, vt iam istud, quod idē non possit offerri, quod recipitur, habeat propemodum pro derelictō: nec

Lutherū ipsum in
propemodo
dum suis
diffidere
dicit.

nam sic fuisse argutatus in Babylonica, Sacramentum altaris recipitur a sacerdote, ergo non offertur, sunt perquā similia sophismata, velut eiusdem mali cortui mala oua. Verum fugiens velitatur tamen, ne se fugere fateatur. Nam quum sic fuisse argutatus in Babylonica, Sacramentum altaris recipitur a sacerdote, ergo non offertur Deo: nam idem & recipi & offerri non potest; princeps admiratus sophistificationem, querit, an non omnia sacrificia in lege Mosaica, & offerebantur, & tamen recipiebantur ac manducabantur. Hic mirifice videtur sibi respondere Lutherus, quā profert unum sacrificium, quod totum incendebatur: quasi satis esset ipsis, aliquod unum tale reperiri, ac non potius satis esset regi aduersus Lutherū sophisma, vel aliquod unum fuisse sacrificium, quod & offerebatur & manducabatur. Verum Lutherus, & gregie videlicet tetigit regem: quia rex de omnibus dixit, quum ille doceat excipiendo unum. Tanquam si rex ita quæisset: quis tam impius est, vt negat sacramentū sacra mentū, a sacerdotibus oblatū, prodesse populo? Quis tam absurdus hæreticus, vt putet solam fidem sufficere, & opera bona non exigī?

Quā pulchre Lutherus tagat regē tñclicet. Quis tam stolidus est, vt censeat populū Christianum nullis obligari legibus, & mille quæstiones huiusmodi: Profiliat illico Lutherus, ac suo more, sic derideat principem. Quā oblivious est iste rex, qui tam impium & stolidū assertit esse neminem, vt dicat talia? Ergo ut huic assertori suggeram: si dominus Henricus solum semel aperiuisset, & inspexisset libellos meos, non tam fortiter assertuisset, neminem esse tam impium, neminem esse tam hæreticum, neminem esse tam stolidum, siquidē illic, tam impium ac stolidū hæreticū facile vidisset me.

N E S C I O quid hic pro se reperiatur rex:

ego certe nihil reperio, sed fateri cogor hac parte planè sane victū esse. Nec enim mihi hoc desumpsi, vt si quid parū caute scriptū sit à rege, defenderē: aut per calūniā vellicē, si quid forte veri dicat Lutherus. Imo cupio potius, au horis quemadmodum Lutherū suaserim, vt tā multas, tam stultas, impie suscitatas hæreses, reuocet, atq; recatet, ita plane regi consuluerim, vt imposterum calamo temperet, ac scribat circumspectius, & quoties dicit, nullum sacrificium fuisse oblatum olim, quin idem manducaretur, excipiat holocaustum: Si neget quenquam quicquam creare posse de nihilo, semper excipiat Deum. Si neget ullam virginem esse quæ peperit, excipiat tamen Mariam. Si neget quenquam esse tam impium, aut stolidum, vt hoc aut illud afferat, immanis absurditatis hæreticū, meminerit in talibus, exciperet semper Lutherum.

Quin si rex meus paululū haberet humani sensus, verterem triumpbi questionem in eum, & dicerem. Vbi est in lege ullam sacrificium, quod recipiebatur, & non penitus totum offerebatur? An mihi sacrificium hic faciet, armos, pectuscula, & alia que in usum sacerdotū cedebantur? Aut offerre, rex illusor & equinoctius denuo vocabit, quod per populum & sacerdotes ex agris afferebatur, & applicabatur corā domino? Scilicet idē est offerre & afferre spūd dominum Henricum. Verum quid hoc ad me, quid nugigerulus singat? Mihi fatis est in lege, quicquid offerebatur Deo, totum incendebatur. Quod autem non incendebatur, sed partim sacerdoti, partim populo tribuebatur, non offerebatur, sed de oblationis separabatur & edebatur. Verum quid ista sacra cum prophanicis? Igitur in calice mereiticis Babylonica nullum est sacrificium, quod solum offertur, illa enim sunt Biblia nostra domini vestra bī Henrici, Biblia nostra reserta sunt talibus sacrificijs.

HIC sibi videtur acutus, & mirū se repeisse putat effugij, dum distinguit inter afferre & offerre: atq; id solū disputat esse sacrificium quod incenditur domino: cetera vero, quibus vel sacerdos vescitur, vel hi, pro quibus offertur, negat esse sacrificium: hic regnat, hic ridet, hic subfannat papistas, & velut prophani, arcet ab his tam sacris distinctionibus, quibus distinguit argute inter afferre & offerre. Sed interea miror istum reverendum fratre, qui miratur esse quenquam, qui illum prouocet ad Biblia, non tenere memoria caput secundum Leuitici, ubi ita legimus, Anima quā obtulerit oblationē sacrificij domino, simila erit eius oblatio. Fundetq; super eum oleū, & ponet thus, ac deferet ad filios Aarō sacerdotis. Quorū unus tollet pugillū plenū similæ & olei, ac totū thus, & ponet memoria le super altare, in odore suaissimū domino. Quod autem reliquum fuerit de sacrificio, erit Aaron

Verba
Lutheri.

Hic vos
videmus
in nō læ
tis tene
bīa.

Hiccine erit Aarō & filiorum eius, sanctum sanctorum pater totum offerebatur? de oblationibus domini. Quum autem obtuleris sacrificium coctum in clybano de simila, panes scilicet absq; fermento conspersos oleo, & lagana azima oleo lita, si oblatio tua fuerit de sartagine simila conspersae oleo, & absque fermento, diuides eam minutatim, & fundes super eam oleum. Si autem de craticula fuerit sacrificium, & que simila oleo conspergetur, quam offerens domino, trades in manibus sacerdotis. Qui cum obtulerit eam, tollet memoriāle de sacrificio, & adolebit super altare, in odorem suavitatis domino. Quicquid autem reliquum est, erit Aaron & filiorum eius, sanctum sanctorū de oblationibus domini. Omnis oblatio, quæ offertur domino, absque fermento fiet, nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio domini. Primitias tantum eorum offeretis ac munera: super altare vero non imponentur in odorem suavitatis. Quicquid obtuleris sacrificij, sale condies: nec auferes sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal.

A N N O N hic reuerende pater, manifeste dicit scriptura, id quod cedet in partem sacerdotum, primum fuisse partem oblationis sacrificij, deinde idem vocat reliquum de sacrificio quod, quid aliud est, quam ea partem sacrificij, quæ superest quod etiam appellat sanctum sanctorum de oblationibus domini. An ideo vocat sanctū sanctorum de oblationibus domini, quia (secundum præclarā rationē paternitatis vestrē) nunquam fuit oblatā domino? An paternitas vestra sic intelligit sanctum sanctorū de oblationibus domini, id est, sic separatū ab oblationibus domini, ut nunquam fuerit pars illius oblationis, quæ tota fuit oblatio domini? Paternitas vestra sāpē iactat grāmaticam suam, sed si hāc sit grāmatica vestra, tunc si vultis dicere, quod non estis asinus, vos habetis necessario concedere, quod estis de asinīs, id est, per grammaticam vestram separatus ab asinīs, sed per ceterorū omnium, id est, unus ex asinīs. & hic sensus est communior, & verior. Id ipsum etiam ostendit, quod ita legitur in eiusdem capitī fine. Sin autem obtuleris munus primitiarum frugū tuarum domino, de spicis adhuc virētibus, torrebus eas igni & confringes in morem farris, & sic offeres primitias tuas domino, fundēs super eas oleum & thus imponens, quia oblatio domini est, de qua adolebit sacerdos, in memorīa muneris, partem farris fracti, & olei, ac totū thus. In his verbis videtis pater, quā manifestē scriptura dicit, totum esse oblationem domini: quanquam inde partem duntaxat adolebit sacerdos. Quid illud? Reliquam autem partem non hāc similē, comedet Aaron cum filiis suis absque fermento. Ideo non fermentabitur, quia pars eius in domini offertur incensum. At quare nō posset fermentari, postquam illa pars separata est, & incensa, nisi quia id quoque, quod reli-

quum est, & non adoletur in incensum, tamen offertur domino. Nā & ante fuit præceptum, quod omnis oblatio, quæ offertur domino, absque fermento fiet. Manifestum est ergo, hanc quoque partem, quæ non incenditur, sed manducatur à sacerdotibus, oblationem esse, quæ offertur domino. Eamque ob causam, illam quoque partem māducare iubentur, absq; fermento, quāli alioqui possent fermentare, si sacrificium non efficit, sc̄e quod tu dicas separatum. Vis adhuc Lutherē locū aperiſſimum?

Ista est inquit, lex hostiæ pro peccato. In loco vbi offertur, holocaustū immolabitur coram domino, sanctū sanctorū est sacerdos, qui offert eam, comedet eam: & rursus, sicut pro peccato offertur hostia, ita pro delicto, vtriusque, hostiæ lex erit una. Ad sacerdotem, qui eā obtulerit, pertinet. Et iterū: Omne sacrificium similiæ, quod coquitur in clybano, & quicquid in craticula, vel in sartagine præparatur eius erit sacerdotis, à quo offertur. Hic vides, etiam si pars duntaxat incenditur, tamen ita scriptura testatur, quod totum offertur, & quod à sacerdote manducandum est, ab eo manducari debet, à quo offertur. Et huius rei testimonij, tam plena est scriptura sacra, vt penē pudeat ista proponere, tanquam res egeret probatione, & tamen admiror, si decesserit cætera. Quid dicet vestra fraternitas ad illud sacrificium, de quo scribitur Exodi capite 12. in quo agnus immaculatus masculus immolabatur totus, & totus manducabatur, & dominus doctor Lutherus, docet nos nullum sacrificium manducari solitum apud Iudeos, quia non est idem offerre & afferre. Et hāc est illa sacro-sancta sapientia, quā non possumus capere, nos qui sumus hebetes & prophani papistæ, quam suos docēt perfectos acutisisti & sacrosanctipotistæ.

Hic Lutherē vi-
deas non
tenere
cōsequē-
tiā tuā,
recipitur
ergo nō
offertur.

Redarguit ridiculam arrogantiam Lutheri, qui ridiculum putet, obiici aduersus se autoritatem omnium sanctorum patrum.

CAP. XVIII.

Vltimo dicta patrum inducit pro sacrificio Verba missario statuendo, & videt meam stultitiam, qui solus velim sapere præ omnibus, quod sit stultissimum, etc. Hic dico confirmari hoc non sine meam sententiam, nam hoc est, quod dixi. Thomisticos asinos nihil habere, quod producant, nisi multitudinem hominum, & antiquum usum. Deinde ad proferentem scripturas dicere. Tu es stultissimus omnium. Tu ne solus sapi? Tunc oportet sic esse. Mibi autem stultissimo omnium hoc satis est, quod sapientissimus Henricus nullam scripturam contra me potest producere, nec productas contra se diluere. Deinde cogitur concedere suos patres sapientius errasse, suum antiquum usum nō facere articulū fideli, in quos fidere non licet, nisi Ecclesia illius multitu-

Grāma-
tica Lu-
theri.

Mirū qui non hāc memini-
stis domi-
de Lu-
there.

Quin &
arrogan-
tissimus
omnium
& glori-
osus.
audisci-
mus.

S iiiij multitu-

THOMAS MORVS

multitudinis, cuius ipse defensor est cum indulgentijs.

EN iterum, quām magnifice nunc de scripturis à se productis, tanquam aliquid produxisset ad propositū, aut quasi rex illam vnam, quam detorto collo, secum traxit in uitam, uno verbo non sustulisset sacrilego ac plagiario, & germano sensui restituisset: quasi rex illius absurdā sophismata nō diluisset euidentibus scripturis: ita nunc impudens audet dicere, scripturas contra se productas non esse: quas ipse pro se produxit non esse solutas. Sed illud videlicet absurdum est: quod quum versetur in quæstione, quis nam sit scriptura cuiuspiam proposito sensus, audiāt aliquis dicta sanctorū patrum omnium in idem consentientium preferre dicto vnius fraterculi, & sibi dissentientis hereticī. Nam illud est, quo video sic vri (nec sanè miror) Lutherum, quod re ait, mirū esse ex tot sanctis patribus, ex tot oculis, quot in Ecclesia tam multis seculis, idē legerunt euangelium, nullū fuisse vñquam tam perspicacē, ut rem tam apertam, quām hanc videri vult Lutherus, potuerit deprehendere. Neminē ergo, qui sapiat, credeturū esse Luthero, nisi primum doceat, aut aliud Euangeliū legiſte ſe, quām sancti illi patres legerunt, aut illud idem vel legiſſe diligentius, vel intellexiſſe melius, aut sibi denique maiorem esse curam fidei, quām vlli vñquam hæc tenus mortalium fuerit. Hæc verba regis absurdā videlicet sunt Luthero. Ad quæ non miror, ſi cupiat obſurdescere. Nam certè, quantumvis ille ſibi perfriuerit frōtem, fieri tamen haud potest, quin ita mordax veritas, homini mendaci male perfriat auriculas etiam quantumvis alſininas. Nam quid hic habes Luthere, quod dicas? Producitur ab alterutro vestrū scriptura, quam vterque agnoscit pro ſacra, ſed de ſenſu non conuenit inter vos, quid hic fieri quis iudicabit, vter vestrū ve riorem afferat illius scripturæ ſenſum. Vter nunc perit æquius? Tu petis tibi credi, rex vultus patribus. Quid affers cauſæ, cur hos recuſes iudices? Iliſ difficultis est iudicatu, talibus iudicibus opus est: ſin facilis, non eſt alij facilior, quām fuit illis. Quid illos ab hoc iudicio reiſis, qui maximē debent recipi? Nam ex his, qui hodie viuunt, alij boni ſunt, alij mali. Malitiſ tibi propter vitia fauent. Boni propter eadem tibi ſunt infensi. Sic vtrosque ab hoc iudicio diuersus affectus ſubmouet. Antiqui patres odiſſe te non poterāt, qui tot ætatiibus ante defaneti ſunt, quām quicquam ſuſpicari poſſet, quod te merdam talem cacodæmon aliquis, aliquando foret excacaturus in terram. An non, hoc iudicium eſt conſcientia tuæ tuo ipsius iudicio damnatiſſimæ, quod recuſes tales iudices? At idem prius obieciſti, ſicut appellas, papiftis, quod illi poſtulent ſibi ſolis credi, quū tu credi poſtules apertissimis Dei scripturis. Primum te quæſo vir prudentiſſime, quibus ſibi ſolis poſtulant credi papiftæ videlicet ſolis Italij, Hispanij, Germanij, Anglij, & denique ſolis om-

nibus, non modo qui viuunt hodie, ſed & qui- cunque boni, à Christi morte viixerunt? Tam Vide lec- absurdi ſunt, vt poſtulent credi ſolis omnibus. tor: quod At tu credi poſtulas apertissimis Dei scriptu- Luther⁹ riſ: ſed quomodo, precor, apertū vocas, quod poſtula- iniquum in tot ſeculis, nemo tam oculatorum virorum poſtula- tū voget. potuit cernere? Deinde quum iam controver- ſum ſit, in vtrā partem aperte ſint illę ſcrip- turæ, in tuam ne, an in diuerſam, quū pro tua parte neminem afferas tuę ſententię vel pa- tronum vel teſtem, quum Ecclesia contrate proferat publicum christianorum omnium conſenſum, atque antiquorum patrum dictis probet, idem etiam per tot ſecula omnes ſen- ſiſſe fideles? quis absurdum censet, niſi tu (qui omnium es absurdissimus) ſi malint omnes ſibi ſolis omnibus fidere, quam vni dumtaxat infideli tibi? Atque hæc quum tam aperta ſint, Hoc no- vt ea vel cæcū aperte cernat, nec ſuum caſum putas ab- Lutherus (quo turpiſſime deiectus eſt) aut ſurdū Lu- there? ſentire poſſit, aut tegere, tamen (ſicut ebrj fo- lent) vigilans ſomniat delyria, & magnifice ſibi decernit triumphum.

Hic, inquit, ſedeo. Hic ſto. Hic maneo. Hic glorior. Verba Lutheri.
Hic triumpho. Hic inſulto papiftis, Thomiftis, Hen- Non eſt opus in- riciftis, ſophiftis, & omnibus portis inferi. Neque ciuitate, nam hæ portati- euroſi contra me ſtent mille Auguſtim, & mille Cy- priani.

N V N C tibi Luthere videris, te gēſiſſe strenuē: quām vero magna res ſit, ad iſtu mo- dum furiosum furere, & (quod deploratis hæ- reticis accedit miſerrimum, poſtquam in pro- fundum deſperationis deſiderint) iam cuncta prorsus humana & diuina contemnere. Ut- iam miſelle ſuper te non vrgeret os ſuum pu- teus. Tum te videres miſer, & deplorares infe- licem fortunam tuam, ac ſermonē verso clau- mares, Heu miſer huc cecidi, huc detrudor, hic iaceo, hic derideor, hic crucior, hic trucidor in profundo Baratri, hic ſuper me clauerūt por- tas ſuas omnes inferi, hinc in illa tremenda die, me prodiuent dæmones ad iudicium: heu mi- ferum me, quām miſeradū ſpectaculum. Ibi tunc inſultabunt mihi, quibus ego nunc in- ſulto, papiftæ, Thomiftæ, Henriciftæ, Auguſti- ni, Cypriani, & omnes ſuperi. Tunc me con- temptum à Christo, quem ego prius in Eccle- ſia ſua ſanctiſque contemperam, rurſus redu- cent cacodæmones, & portas rurſus occludēt inferi. Ibi jacens pauper cum damnato diuite, cruciatus flamma multis fruſtra gemiſibus im- plorabo millies, vt vnuſ Auguſtinus, aut vnuſ Cyprianus, quorum prius demens millies, mil- le cōtempſi, vel vno digitulo in aquam tineto, lingua mihi maledicam, & blaſphemare por- nas ardore dantem, refrigeret: atque hæc vt vera Luthere futura ſunt, niſi reſipueris, ita Deum precor, vt mente reddita reſipifcas mi- fer, ac falſa facias.

Turpiſſimum eſt tanto regi tantum librum ſcri- Verba
bere, & hoc caput meu, nempe quod miſa ſit teſi- Lutheri-
mentum.

Audax
mēdaciū
& mani-
festum
Lutheri.

Reſpon-
dit ſe vt
pote do-
ctum e-
litus.

iliſ difficultis eſt iudicatu, talibus iudicibus opus eſt: ſin facilis, non eſt alij facilior, quām fuit illis. Quid illos ab hoc iudicio reiſis, qui maximē debent recipi? Nam ex his, qui hodie viuunt, alij boni ſunt, alij mali. Malitiſ tibi propter vitia fauent. Boni propter eadem tibi ſunt infensi. Sic vtrosque ab hoc iudicio diuersus affectus ſubmouet. Antiqui patres odiſſe te non poterāt, qui tot ætatiibus ante defaneti ſunt, quām quicquam ſuſpicari poſſet, quod te merdam talem cacodæmon aliquis, aliquando foret excacaturus in terram. An non, hoc iudicium eſt conſcientia tuæ tuo ipsius iudicio damnatiſſimæ, quod recuſes tales iudices? At idem prius obieciſti, ſicut appellas, papiftis, quod illi poſtulent ſibi ſolis credi, quū tu credi poſtules apertissimis Dei scripturis. Primum te quæſo vir prudentiſſime, quibus ſibi ſolis poſtulant credi papiftæ videlicet ſolis Italij, Hispanij, Germanij, Anglij, & denique ſolis om-

mentum, nolle tagere. Nec est repertus, qui vnguami ausus sit tangere. Quotquot huc appropiant, fugiunt per septem vias retrorsum, qui magno impetu & clamore triumphali, per unam viam irruerunt. Miserum est, quam vellet hic nocere, quam grane sit hoc spectum in oculis eorum. Sed nullus prudentius se se hic gesit, rege Henrico, qui Lutherum vastatur, protestatur se hoc robur non tacturum. Sed nec habeo nec ago gratias tanta benevolentie, imo male valeat ira, & furor eius, si nocere potest, et non facit.

Ecce iam decimo lector, istam ridiculam gloriam, quod neque rex, neque quisquam ausus sit illud insanum Lutheri caput tangere, sed tam terribile & furiale spectrum sic horruerint omnes, ut quicunque per unam viam ingressi sunt, per septem fugerint retrorsum. O terribilem furiam. Imaginatur (opinor) se nunc apud inferos esse Cerberum, & suis se cathanis iactantem, umbras illic rictu & latratu territare. Sed

Lutheri cerbereū caput à Rege cōminutū. Rex, quem Lutherus ait prudenter esse protēstatum, se caput illud insanum non tacturum, ita tamen illud uno iētu cōtudit, ut profus in frusta disciderit. Tum reliquani corpus ita cōcussit, ut nulla paralysis ullum corpus magis posset soluere.

Verba Lutheri. Ergo qd sibi vult qui bene egerunt, etc. Euorem verō eius, quo inuebitur in me, quod docuerim fidem sine operibus optimam preparatiōnem ad sacramentum, & christianos non oportere legibus astringi ad percipiendum, contemno. Sunt enim verba hominis, qui putet bonitas apud Deum legibus fieri bonos, minus sciens, quid sit fides, & opera, et quid leges operentur malorum in conscientiis, quam insensatus iste stipes. Non enim papistaruū est hac nosse, sed (vt Petrus & Iudas dicunt) ignorata tantum blasphemare. Conscientis enim nō legibus, sed sola gratia consulitur, legibus, præsentim humanis, miserrime conficiuntur.

Hic in media furia Lutherus, lucido saltem gaudet interuallo, dum locū hunc salebrosum transilit per contemptum. Nam facilius est ei rationes principis contempnere, quam sua deliramenta defendere. Siquidem Christianos omnes, omnibus legibus solutos esse, nec ullis quenquam legibus obligari posse, & quoniam conscientiis gratia consulitur, ideo leges abrogandas esse, ne quis gratiae negligens, saltē cohibetur à scelere, & velut ouis errabunda pastorali baculo retrudatur in viā, ista certe tam admiranda paradoxa, nūquam intellexit princeps, sed nec Apostolus Ecclesię papisticę Paulus, qui legem esse bonam dicit & iustitiae vinculum. Sed nec illud vnguam Rex (opinor) quiuit intelligere, quod optimum sit ad sacramentum accedere, bonis operibus quam maximè fieri potest vacuum. Nam sicut Ecclesia confessionem præmitit, vt recepturus quisq; veniat liber à vitijs. Ita Lutherus confessione contempta, reseruatis vitijs, cauet, ne quis veniat segnior impeditus virtutibus, & solam fi-

dem prædicat sine bonis operibus sufficere. Sed hæc sacro sancta mysteria, non est papistarum nosse, immo nec hominū, nec angelorum, nec ipsi setiam Christi, nisi forte nūc tandem didicit à Lutherō. Nam olim certe nesciuit, quum per os Apostoli Iacobi dixit, Fides sine operibus mortua est, & suo ipius ore pronunciavit, Qui bene fecerunt, ibunt in vitam æternam, qui vero male, in igne æternum. Quam obrem candide lector, qui iam tandem docet, tam stupenda dogmata, non est ille certe stupidus & insensatus stipes, sed homo sensus eximij, planeque dignus, cuius tam sensatum capit sentiat insensatos stipites.

Nūquid
hic Lu-
thero exi-
git bona
opera?

REFELLIT STOLIDAM LUTHERI
calumniam, qua Regis argumentum quod-
dam deprauat, ut videatur sincere.

CAPVT XIX.

*S*ED in fine huius loci, operæ preium est videre quam anxie laboret, ut traditiones bo- Verba minum necessarias statuat aduersus meam Lutheri. sententiam, qua statui extra scripturas nihil es- se statuendum, aut si statuitur, liberum & non necessarium habendum, cum simus domini etiam sabbati per Christum liberatores. Arguit itaque Rex. Primo sic. Si nihil seruandum est, nisi quod scripturis proditum est, quum scriptum non sit, sacra- mentum esse à Christo sumptum sequetur, nec sa- cerdotes posse sacramentum sumere. Hac Thomisitica hypothesi fretus, sic reduci syllogismum contra me. Sacerdotes sumunt sacramentum necessario, & hoc non habet euangelion, ergo & alia extra euan- gelion sunt obseruanda necessario. Hoc Thomisitus Rex valde bene probat traditiones p̄r traditiones, ne- gatum per negatum, talibus enim non alijs proba- tionibus nisi debet assertio sacramentorum, & to- ta Henricalis Ecclesia.

Miror,
cur tibi
familarem, que vocatur petitio principij. Nam quod sus sit di-
necessarium sit, sub peccato mortali sumi à sacerdo-
tibus sacramētum, Rex primum probare debuit. Ego

tib⁹ sacramētum, Rex primum probare debuit. Ego
enim liberum esse dico sumi & non sumi à sacer-
dotibus. Necessarium autem est per traditiones ho-
minum et usum multorum. Quare Thomisitus Rex

negat per negatum, talibus enim non alijs proba-
tionibus nisi debet assertio sacramentorum, & to-
ta Henricalis Ecclesia.

PROFECTO Lector, Lutherus esset hoc loco non inamoenus nebulo, si Regis ratio fuisset redargitioni tam commoda, quam Lutherus eam fingit in suum cōmodum. Nam quæ iam respondet, non sunt irridicula, sed omnino nihil ad rem. Nam (vt Horatius ait) nunc non erat his locus: id quod tu facile videbis lector, quia verba Regis audieris, ad huc enim modum se habent.

NVNC veniamus ad exemplum Chri- Verba sti, quo nos arbitratur Lutherus vehementer Regis, opprimi, propter ea quod Christus in ecœna sa- cramento non usus est pro sacrificio, nec ob- tulit pati,

T H O M A S M O R V S

culit patri. Ex quo probare conatur, quod mis-
sa, quæ respôdere debet exemplo Christi, quo
fuit instituta, non potest esse sacrificium, nec
oblatio. Si Lutherus tam rigide nos reuocet
ad exemplum cœnæ dominicæ, ut nihil sacer-
dotes permittat facere, quod ibi Christus feci-
se non legitur, sacramentum, quod cōsacrant,
nunquam recipient. Suum enim corpus Christus in Euangeliō non legitur receperisse. Nam
quod doctores aliquot, eum receperisse tradunt,
& quod idem canit Ecclesia, nihil potest pro
Lutherò facere: quū illi neq; doctores omnes,
neq; totius Ecclesie fides, villam faciat fidem:
neque credendum censeat quicquam (nam ita
scribit in sacramento Ordinis) nisi firmatum
scripturis, & ijsdem etiā claris, cuiusmodi certè
scripturas, non opinor, inueniet, quod suum
corpus in cœna receperit Christus. Ex quo se-
quetur (vt dixi) nec sacerdotes debere, quod
consecrant, ipsi recipere, si tam rigide nos ob-
stringat Lutherus, ad exemplum cœnæ domini-
nicæ. Quod si ideo cōcedat recipiēdum sacer-
dotibus, quia receperūt Apostoli: & eos con-
tentat id iussos facere, quod tunc Apostoli
fecerunt, non quod Christus: hac ratione
nunquam cōsacrabant sacerdotes. Consecra-
bat enim Christus non Apostoli.

V I D E S hic lector, quod Lutherus argu-
mentabatur ab exemplo Christi: sacerdotem
offerre non posse corpus Christi, propterea
quod Christus, cuius exemplo missa debet res-
pondere, corpus suum in cœna non obtulit.
Rex (vt audisti) respondit: quod si Lutherus
nihil permittet, sacerdotem in missa facere,
quod Christus, ex Euangeliō, fecisse non pro-
batur in cœna, non licebit sacerdoti recipere
corpus Christi, quod ipse consecravit: quia in
cœna non legitur Christus receperisse, qui con-
secreauit. Quod si Lutherus diceret ideo sacer-
dotes recipere, quia iussi sint id facere, quod
Apostoli tum fecerunt, nō id quod Christus:
gumētū Lutheri. Christus consecrabat, non Apostoli. Vbi
est igitur iste syllogismus, quem Lutherus ait
Regem contra se colligere. Nihil est pror-
fus apud Regem tale: nec erat apud Regem
tali syllogismo locus, quum nō hoc ageretur,
quod Lutherus agi finxit: an sacerdos necessa-
rio recipere, sed quod ei recipere fas nō esset,
ā semetipso consecratum corpus Christi, si Lu-
theri valeret ratio, quæ ideo prohibebat, ne
offerret sacerdos, quia non obtulit Christus,
quæ Lutheri ratio etiam prohibet, ne recipi-
at sacerdos, quia non recepit Christus.
Vbi nunc ergo reperit illud argumentum Lu-
therus, quod Regem scribit facere? An nō ma-
nifestum est, ipsum ex se finxisse, nimirum vt
haberet aliquid, in quod lepide posset ludere?
In nunc, & nega Lutherum esse lepidum & fa-
cetum scurriram. Jam & id, quod sequitur, est
altera pars eiusdem festiuæ dicacitatis.

Verba
Lutheri. Secundo, inquit sic, Christus sacramentum conse-

cravit, non Apostoli, ergo non licebit Apostolis aut
sacerdotibus consecrare, quia non licet aliud statue-
re aut facere, quam scriptura habet. Quod si, miser
ille Lutherus, hic velit effugere, & dicere. Christus
mandauit Apostolis consecrare, vbi dicit, Hoc facite,
praeoccupat impropitius meus dominus Henricus, di-
cens, Hoc esse dictum de recipiendo, non de cōsacrando, Christe seruator, quā inaudita cœcitas, & amen-
tia est in istis hominibus.

C H R I S T E seruator, quantus nugator
& calumniator est pater potator. Nam neque
sic potest effugere per id quod Christus iussit
Apostolos consecrare. Nam hoc iubendo, ius-
sit eos tantum facere, quod ipse fecerat. At hoc
erat cōsacrare tantum quod alijs darent. Nam
Lutherus, qui nihil recipit, nisi scripturas eu-
dentes, probare nō potest, quod Christus suū
corpus receperit, ergo adhuc nihil probat Lu-
therus, nisi quod ex sua ratione tantum conse-
crabit sacerdos, non recipiet, quod consecra-
bit. At Apostoli, dices, prius iussi manducabāt.
Verum dicas, sed non quod ipsi consecrabant,
ergo nullo modo potes exire Labyrinthum
hunc, quin, si restringas sacerdotes ad exem-
plum cœnæ dominicæ, sacerdos non recipiet
sacramentum, quod ipse consecrat. Nam hoc
nemo fecit in cœna: sed sicut nemo sua manu
Colle-
baptizatur, nemo sua manu absolvitur, ita ne-
mo sacerdos recipiet sacramentum, quod ipse
exēplo
consecravit. Et sic adhuc procedit argumen-
tum Regis, penetrans nebulam, quam nebulo
conatur offundere.

I A M quod ait Regem præoccupare hoc
verbum, Hoc facite, dictum esse de recipiēdo,
non de consecrādo, vere præoccupat istud pa-
ter potator, mentiendo. Neq; enim dixit istud
vīsquā Rex: quod quum ita sit, flaccet plane re-
uerendi patris illa faceta scurrilitas, qua sic in-
terrogat ineptus Regē. Domine Henrice, qua
grāmatica didicit dominatio vestra? quis vo-
cabularius vobis dixit: Hoc facite, id esse, quod
Accipite. Et deinde respondet ipse pro Rege.
Respondebit, inquit, oportet sic esse: quia no-
mina sunt ad placitum.

P R O F E C T O domine Luthere, quā-
do nihil serio disseritis, sed tantū tāstulte ludi-
tis, & cū aliorū calūnia inuētū vestrū propriū
deridetis, nomē vestrū ex Lutherō fiet Lude-
rus: quia oportet sic esse, idq; nō per Aristote-
lē, per quē nomina imponūtur ad placitū, sed
esse illi
secundū Cratilum Platonis, de recta nōminū
ratione: aut (quem video magis familiarē vo-
bis) secundū Albertum, de modis significandi,
qui scripsit etiam vobis illum tractatulum, de
secretis mulierum. Nam sicut apud illum, lapis
est quasi ledens pedem, sic vos Luderus eritis,
qui ludens herus. Sed in hoc demiror stul-
titiae vestrē mirabilem dotem, quod nunquam
fere prodit, nisi duplex. Alij fuisset satis, sto-
lidum sic risum captasse, ex eo dicto Regis,
Rex quod nunquam dixerat. At vobis nō fuit
satis,

Mimesis
verbōrum
Lutheri.

In suis sa-
les D. do-
ctoris
Martini.

Quis
aut hōe
esse illi
patrum
nomen
forte fa-
tis indi-
cum, vt
Hippolit
tū & ciui-
modi.

satis, nisi id dictum rideretis, quod etiam si quis diceret, ridiculus esset, non qui diceret, sed qui rideret. Nam queso vos domine, qua grammatica didicit dominatio vestra? quis vocabularius vobis dixit, eum non recte loqui? qui, querenti quid fecerit, respondeat, manducaui, aut bibi. Imo ut planè video istum risum te captaesse stolidi, vide Apostolum apertè referentem verbū illud, Hoc facite, ad receptionem. Sic enim recitat. Accipite & manducate, hoc est corpus meū, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter calicem, postquam coenauit, dicens. Hic calix nouum testamentū est, in meo sanguine. Hoc facite, quotiescunque biberitis, in meam commemorationem. Quotiescunque enim etc.

VI D apertius, quam hæc verba, Hoc facite, referri per Apostolum ad receptionem? de quo tamen Rex, quantum ego video, ne verbum quidem dixit, sed dominus Luderus, illudit Apostolum, Irascerit ei credo, quia timet, ne preclaræ diuisionis suæ, quæ sequitur, præoccupare videatur Apostolus, & tollere partē alterā. Ita enim pergit pater Luderus ludere.

Verba Lutheri. Sed iam dimisis iſis porcis, dicamus, Christus sumendi vsum in ituit, quando dixit, Accipite & manducate, vt verba ipsa apertissima testantur, non quidem Henricis iſis & truncis, sed quibus suis pueros & fatuis. At consecrandi officium instituit, dum dicit, Hoc facite. Facere enim, est hoc totum imitari, quod ipſe tunc fecit.

HIC reuerendus pater, dimisis porcis paſtis, vertit se ad alinos Lutheristas, videlicet electos discipulos suos, dicens: Sed nūc dimisis porcis dicamus: quasi dicat, non sunt margaritæ meæ proīciendæ ante porcos: sed vos, quos elegi, quos luto laui, quos purgauis stercore, quos hæresibus inflavi, quos sanctificauis schismate: vobis inquam, datum est nosse mysteria mea. Et iam incipit eis exponere scripturam, & vitans morem Thomisticum & scholasticum, sequitur simplicitatem euangelicam, & Christi verba partitum in duo, docens Christum duo docere, vsum sumendi, & officium consecrandi. Primum ibi, Accipite & manducate. Secundum ibi, Hoc facite, etc. Circa quæ (secundum doctrinam reuerendi patris) notandum, quod Christus instituit omnibus, vsum istius sacramenti, in memoriam sui, vt quilibet secum statueret, vtrum vellet vti, an negligere: & ideo Christus dixit. Hoc facite in commemorationem meā, id est, elige vel facere vel non facere: in cuius cōfirmationem, Christus, quum dixisset, Hoc facite, protinus adiecit in memoriam mei, quasi diceret, permitto vobis liberum, vtrum velitis esse memores, an immemores mei, sicut & liberū permitto mihi, vtrū velim esse memor, an immemor vestri. Et hæc doctrinam vbique docuit reuerendus pater, in Babylonica, in Assertionibus, in isto libello contra regem, iterum atque iterum inculcans,

& regi obijcēs, etiam extra propositum, nempe nihil tale dicenti.

ERGO postquam ita dilucide docuit suos discipulos, illico spaciatur in campo suo. Nam peregrinatur animus illi, quandiu rationes agitur: at quum peruentum est ad coniunctio, tum demum reddit domum.

Quid dicam, inquit, iſis sacrilegis portentis, qui Verba talibus argumentis indicant, quā ex impotentissima inuidia sic scriperunt, vt nihil ineptius & insulsius singi posset. Si enim hoc argumentum stolidi Regis valet, in nulla re licebit Christum imitari. Finge enim Christum non insituisse, consecrassē sacramentum, quod impossibile est, tamen exemplum consecrandi ostendit, & scribi voluit, nisi rex noster id contendant, nos neque orare, neq; benefacere, neq; pati oportere, quia nihil de nostris orationibus, operibus & passionibus scriptum est, Vincit me tedium plane, Regis stolidissimi immensa stoliditas.

STRENVE profecto cōiiciatus es, sed in caput tuum omnia. Nam id, quod infectaris, ipse dixisti, non Rex. Quæso te, vbi dixit Rex, nos tam rigide obligari, ad exemplum Christi in cœna? Imo tota ratio eius militat aduersus stultitiam tuam, qua tu volebas omnes tam rigide obstringere ad exēplum Christi, vt quia Christus illuc non obtulit corpus suum patri, ideo nec sacerdos nūc possit offerre. Rex contra probavit, & ostendit ex hoc stulto cōmento tuo, quanta sequerentur absurdia. Nam eo modo sequitur, vt sacerdos aut cōsecrare non debeat, aut non debeat manducare, quod ipse consecrabit. Præterea docuit, vel te satente, licere aquam vino miscere, quod nō quadrat ad exemplum cœnæ dominicæ. Et tu nunc scemata iactas in eum, tanquam nimis nos strigentem ad exemplum cœnæ dominicæ, quom id solus facias ipse. Et interim omnes tibi portenta sumus & porci.

PROB AT LVTHERO CERTVM
esse non posse quomodo sit consecrandū cor-
pus Christi, nisi per fidem Ecclesie.

Luther
in alio ri-
det, quod
is in se
admittit.

CAPYT XX.

SED quoniam tibi Luthe re nos papistæ porci sumus, quid si quispiā ex porcis his ingrediatur asinum gregem vestrum, & tibi, tuo gregi mysteria tua rudēti, obgroniāt hoc pacto. Saluete gress asinorum, tuque adeō salve Luthe re, magister & dux asinini gregis, asine maximē. Audio te iamdudū multarūdissime rudentem de missa.

SE ID hic, te quæso, magister asine, quoniam solus sapis in missa, quoniam ea vidisti, quæ (si vera iactas) vidit ante te nemo, qui reperisti missam nō esse sacrificium, & qui sacrificium vocat, damnasti canonem, qui cum canone falso, vt vocas, & erroneo falsitatis & erroris

T H O M A S M O R V S

erroris damnasti Christianos sacerdotes omnes, quicunque ferè à Christo passo missam celebrarunt, qui nihil credis Dei Spiritui sancto, qui Christi regit Ecclesiam, qui ecclesiam facis omnino nullam, si illa non sit, cuius canō missam appellat oblationem & sacrificium, qui omnia vis esse libera, quæ probari nō possunt eadē scriptura, quam ipsam, quem libet, vel dubiam fingis esse, vel ad evidentem torques absurditatem, nec de evidētia eius, velis cuiusquam stare iudicio, ne totius orbis quidem, sed solius tuo, ut scripturam evidentem esse, nihil aliud sit, quām evidentē abs te dici, quę te tante missator, quid tu nobis probare potes de missa, si quis interim prætereat authoritatē Ecclesiæ, & tuis te petat artibus?

Dic mihi, quomodo scire potes, aut quid sit missa, aut quomodo celebrāda, aut quibus omnino verbis peragatur consecratio? Doces missam esse verba Christi, cum signo visibili, & addis. Verba illa Christi sunt ista. Cœnantibus verò eis, etc. Primū quām scitē istud, quod verba Christi vocas, quæ sunt Euangelistæ, cuius generis si quid dixisset Rex, qui tot stultorum genera ibi finxisti stolidæ, vbi nulla fuit stultitia nisi tua, quot & quales stultos lepide finxisses hic, vbi tam vera daretur occasio? Sed omissa ista stultitia tua, quero, qua scriptura probas illa verba euangelij, esse de substantia missæ? Sed hic memini, respondebis non esse. Nihil enim referre, cuius Euangelistæ verbis peragatur. Hac de re tecum non contendam, sed interim tamē memineris, ne (quod in Rege facis) post hac singas esse concessam: nam hoc ego integrum mihi seruari volo, qui probare non dubitem, potius ex canone, quam omnibus euangelistarum libris esse consecrandum. Sed interim istud quero, qua scriptura probas esse de substantia missæ, vt vllum legatur Euangeliū? Nam si non est, falsa esset tua finitio quam missam esse definis promissionem, & Euangeliū verba cum sensibili signo adiuncto. Sin contendis esse de substantia missæ, vt aliquod in missa legatur euangelium, quum nihil valere dieas, præter evidentem scripturam: proba nobis per evidentem scripturam, quod hoc sit de substantia missæ, vt aliquod in missa legatur Euangelium. Docet nos doctor Martinus doctrinam Christi, circa missam, & rem dilucide diuidit, dices Christum instituisse vsum sumendi illic, Accipite & manducate, & officium cœlebrandi illic, quum dicit: Hoc facite. Ergo si ad officium consecrantis pertinet, in missa legere Euangelium, continetur in illis verbis, quibus Christus tradidit illud officium.

At illa verba nobis exponit clarissime doctor Martinus. Facere (inquit) est hoc totū imitari, quod ille fecit. Ergo præsidere debet aliquis, qui panem accipiat, benedicat, ac frangat, donecque discipulis. At interim nihil hic video scripturæ, quæ velevidenter, vel obscure iubeat Euagelium legi, quo tu Luthere vis con-

tineri promissionem, quę cum adiuncto sacramento constitutat missam. Nam quum dicit, Hoc facite, quod ego facio, non iussit euangeliū vllum recitari: ipse enim nullū recitabat.

V I D E S hic Luthere missator egregie, qui veterem missam reiecit, reperire te nusquam posse quicquam, vnde nobis istam tuam nouam defendas.

A N dices, necessaria ratione recitandum Euangelium, quia nisi per aliqua verba illius Euangelij, non fieret à sacerdote consecratio? Ego illud fateor esse verum, quia sic me docet Ecclesia, quia sic Christus docet Ecclesiam. At tu, qui nihil facis Ecclesiam, qui Christū blasphemas, qui docet Ecclesiam, qui te protestaris nihil habere pro certo, præter evidētis scripturas, nunquam facies evidens ex scriptura,

præsertim si quis tuo tibi more respōdet, quod per nulla Euangelij verba fieret consecratio. Nam vt interiu omittam, quod possem illud verbum, Hoc facite, referre ad receptionem, idque ex authoritate Apostoli: posito tamen

lā videtas
Luthere
tuā mis-
sam con-
fessari
nō posse.

(vt tu rem peritior Apostolo tenedia bipenni diuīsisti) referatur illud ad officium cœlebrandi: quid habes tamen illic, quod probet consecrationem per agi virtute quorumcunq; verborum illius Euagelij? An ista videlicet, Hoc est corpus meum? Quo pacto probas istud? Praeceptum ibi non legis, vt illa verba dicantur, sicut in Euangeliō recitantur, per modum narrantis historiam: Si vis ibi facere, quod ille facit, tum sicut iubet Christus, cum dicit, Hoc facite, debet sacerdos in missa non per modum recitantis historiam, sed admonentis & affirmantis, dicere, hoc est corpus Christi, sicut ipse non narrauit, sed admonuit, & affirmauit, quum dixit. Hoc est corpus meum. Quid hic dices, si contemnis Ecclesiam? Quando facies hanc scripturam evidentem pro missa vt probes, necesse esse, illud Euangeliū in missa legi? Atque hæc possem defendere cōtra te, etiā si probasses, Christum in illis verbis, Hoc est corpus meum, peregrisse cœlebrationem. Nunc verò ne hoc quidem potes probare tu. Nam si dicas, illico post illa verba fuisse corpus eius, mihi licet dicere fuisse, priusquam frägeret, sicut Apostolus dicit: Panis, quem frangimus, participatio corporis est. Nam quum ita recitant Euagelistæ: Accepit panem, benedixit, ac fregit, & dedit discipulis, dicens: Hoc est corpus meum, qua scriptura vel ratione posses refellere, si contenderem in illa benedictione peregrisse mutationem, & iam existens suum corpus, fregisse & tradidisse, & id, quod res erat, dixisse: Hoc est corpus meum: quippe quod corpus fuerit antequā illa verba proferre cœpisset. Hæc aduersus te facile possem defendere. Facile possem tueri, sine vlo proflus verbo euangeliū, posse consecrari solo proposito & benedictione. Imo tolle, quod tu conaris, autoritatem Spiritus sancti, gubernantis Ecclesiam, & faciam, quod ante dixi, vt sudes satis, priusquam

Scit enī
neminē
pro se
sentētiā
laturum.

Perpetrā
definiri
missam à
domino
Martino.

sacramenta relinquas, Baptismum & Eucharistiam, cur alterutrum eorum ex finitione tua, sacramentum sit, potius quam illa lotio, qua Christus lauit Apostolorum pedes? Nam & illic etiam erat signum sensibile lotionis, sicut in baptismi, & adeo necessaria promissio, ut recessanti Petro minaretur: Nisi te lauero, non habebis partem mecum. Deinde sicut in cena dixit, Hoc facite: ita hic quoque dixit, accurate, proposito ipsius exemplo, debetis & vos alter alterius lauare pedes. Quid posses hic dicere: si quis tibi, qui tantum ponis duo, contendet ex scriptura tibi sumendum tertium, cui competit definitio tua, promissio videlicet gratiae, cum sensibili signo, qua scriptura posses istud euitare? nec hoc posses repellere, nec missam ipsam statuere. Nam postquam mihi licet, contra vocabularia tua, ex autoritate Pauli, verbum illud, Hoc facite, referre ad receptionem: iam tu, quum volo, detruderis ab altera parte diuisionis tuae, qua doces in illo verbo, tradi consecrationis officium, & absurdum esse, si quis illud referat ad receptionem: Et iam pro autoritate consecrandi retrudam te, ut quæras quidlibet. Quod si concedam illa verba referri ad officium consecrandi, nihil tam magis efficeris, ut probare possis evidente scriptura, quib[us] modis, aut verbis, missa peragenda sit. Neque hæc periinde dico, quasi res ita sit, sed quod tu nunquam possis refellere, quin ita sit, si quis tuo more tecum disputet. Nos vero qui certum esse scimus, Christum per Apostolos suos Ecclesiæ tradidisse sacramenta sua: certi sumus de numero, de forma, de ritu: nec essemus incerti, etiam si nullum unquam Euangelium scriptum esset. Sic enim tradidit Paulus Corinthiis, sicut accepérat à domino. Atque istud per sermonem tradiderat, ante scriptam Epistolam, ex nullis Euangelistarum codicibus. Neque cuiquam dubium est, etiam missam celebratam esse millies, antequam scripsit Matthæus. Hæc ex prima traditione perpetuo more, seruata est. Hanc spiritus Christi seruat, in Ecclesia. In illa inquit ipsa Ecclesia, quæ docet, quodnam verum sit Euangelium. Ab hac Ecclesia, tibi discenda est missa, si recte missam voles dicere. Alioquin dubius & incertus circumferris, omni voto doctrinæ, & omnia perdes in dubio, quod plane solum paras, nec aliud molaris omnino, quam ut missam, & sacramentum, & omnia sacra, velut incerta tandem omnes missa faciant.

OSTENDIT PVLCHRE, QVOMODO
 Lutherus irretitus cōfessione propria, frustra iam
 conatur elabi, variè versans verbum Augu-
 stini, & argutans inepte interius iu-
 dicandi dogmata, & ius
 condendi iura.

VARE ad summum principium perfidae, Verba
 eius calamus vertamus, quod est verbum Lutheri.
 Augustini. Euāgeliū non crederē, nisi me Ec-
 clesia authoritas cōmoueret, hoc verbū sacrilegi eo
 torquent & depravant, ut Ecclesia, hoc est meretrici
 Romane (cui præter titulū nibil est ecclesiasticum,
 aut Christianum) tribuant ius, leges condendi. Huic
 addit dominus Henricus, ut eiusmodi verbi authori-
 tate, etiā me urget per propria verba, vbi dixi, apud
 Ecclesiam esse ius iudicandi quelibet dogmata. Ego
 nulla re video huic rudissimo capituli Regis opus esse,
 quam vocabulario Gēma, vel Bretilquo, ut voca-
 bula cū pueris inciperet discere, nisi id ex mera Tho-
 mistarum nequitia facit, ut omnia vocabula, omnia
 significare cogat, ut etiam hic ius iudicandi idem sit,
 quod ius statuendi vel condendi leges. Breuter, si
 Augustinus, etiam rotundis verbis asserisset, ius esse
 alicui in Ecclesia leges condendi, quis est Augusti-
 nus? Quis nos coget illi credere? Quia autoritate
 eius verbum est articulus fidei? Fatoꝝ, receptum est
 eius verbum, sed non satis tutum neque firmum. Di-
 uino editio probandum est ius legis condenda, non
 humano. Nunc autem Augustini verbum nō simpli-
 citer vitiant. Ille enim loquitur de Ecclesia per or-
 bem diffusa, cuius est de dogmatibus iudicare. Illi hoc
 tribuunt pape, quem ipsimet constemur membrum
 diaboli sapientia esse, & errare. Nec solum ei iudican-
 di, verum etiā & condendi ius copiam faciunt. Pro-
 inde opus est, ut rudibus ipsis sophistis, hic declare-
 mus, quid interficit, inter ius iudicandi seu cognoscendi,
 & inter ius condendi seu imperandi. De doctrina cog-
 noscere & iudicare, pertinet ad omnes & singulos
 Christianos, et ita pertinet, ut anathema sit, qui hoc
 ius statuit iniūctis & varijs sententijs. Matth. 6. At-
 tendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vesti-
 mentis oīum. Hoc verbum certè dicit ad populum,
 aduersus doctores, & mandat eis, ut falsa dogmata
 eorum vitent. At quomodo vitare possunt, nisi cognos-
 cantur? quomodo cognoscere, nisi tuis habeant iudi-
 candi? Nunc autem non solum ius, sed præceptū iudi-
 candi statuit, ut haec sola authoritas, satis esse queat
 aduersus omnium pontificum, omnium patrum, om-
 nium consiliorum, omnium scholarum sententias. Quia
 ius iudicandi, solus episcopus, & ministri tribuerunt,
 & impie ac sacrilege populo, id est, Ecclesia regina
 rapuerunt. Stat enim Christus, dicens: Attendite à feram
 falsis prophetis. Huic subscriptant ferme omnes om-
 nium prophetarū syllabæ. Quid enim agunt prophete-
 ta, nisi quid populū monēt, ne falsis prophetis credat?
 At quid est, hoc monere, nisi iudicandi & cognoscendi
 ius, penes populum esse declarare, & confirmare, adver-
 sus ipsū suis operis monesacere, & excitare, adver-
 sus omnes omnium suorum sacerdotum, & docto-
 rum doctrinam? Quare hic contulimus, quoth s Mo-
 ses, Iosue, David, omnēsq[ue] prophetæ, in veteri lege po-
 pulum à falsis prophetis vocant, & monent, tories,
 clamant,

THOMAS MORVS

clamat, mandant, confirmant, excitant, ius cognoscendi & iudicandi omnium omnia dogmata. At hoc infinitis locis faciunt. Habet hic Henricus nosfer, aut ullus impurus Thomista, quod iis obgan-
Minimè verò, nā tuum os
hiat ad-
huc.
Redeamus ad nouam legem. Christus, Ioan. 10. dicens:
Oves meæ vocem meam audiunt. Vocem verò alienorum non audiunt, sed fugiunt ab eis. Nonne hic
oues facit iudices, et ius cognitionis transfert ad au-
ditores? Et Paulus, cum 1. Corinth 4. dicit: Vtus dicat, ceteri iudicent. Quod si, sedenti reuelatum fuerit, prior taceat. Nonne & hi: iudicium, penes au-
ditorem esse vult? Sic quicquid Christus, Matth. 24.
& vbiq; de falsis doctoribus, quicquid Petrus &
Paulus de falsis Apostolis, magistris, & Iohannes de
probando spiritibus præcipiunt, eo pertinet. vt iudi-
candi, probandi, damnandi authoritas, apud popu-
lum sit, idq; iustissime.

IN HOC passu pulcherrimo dominus
doctor duo facit. Primo, respödet ad id, quod
nusquam dictum est. Secundo, respondet id,
quod ultissimum est. Circa primum notan-
dum est, quod dominus Luderus suo more co-
natur ludere lectorē, vt credat totam Eccle-
siam Christianam, priusquam doceretur à do-
mino doctore, non recte intellexisse illud di-
ctum beati Augustini. Non crederem Euangeliō, nisi Ecclesiæ authoritas me commoue-
ret. Non enim Ecclesiam intellexisse sic, quod
nisi doceretur per Ecclesiam catholicam, ne-
cisset Augustinus, quodnam Euangeliū es-
set Euangeliū verum, sed potuisset aliquod
pseudoeuangeliū habere pro vero, & verū re-
pudiare pro falso: sed illud Augustini dictum
haec tenus Ecclesiā intellexisse hoc pacto, quod
beatus Augustinus, etiam comperto, quod es-
set Euangeliū verum, etiam si Deus id ore
ad os fuisset ei testatus, tamen nollet credere
euangeliō, nisi iussus à Papa. Et iste est vnu-
error, quem dominus doctor Luderus in Ec-
clesia deprehēdit. Alius error est: quod ex isto
dicto Augustini, pōfices Romani sumperferūt
sibi authoritatem cōdendi ius, quum illud di-
ctum Augustini tantum pertineat ad potesta-
tem cognoscendi, & iudicādi dogmata, & ea-
dem iudicāda per populum: nec aliud beatus
Augustinus senserit. At Ecclesia nunc tot an-
nis sic intellexit, scilicet quasi sensisset Augusti-
nus de potestate cōdendi iura: & ex illo dicto
male intellexit, potestatem sibi sumpsit Ecclē-
sia cōdendi iura. Et in hac re lector, facile vi-
debis doctorem Luderū dicere verum. Nam
nunquam videbis aliquod concilium, in quo
aliqua iura cōdita sunt, quin super illud dictū
Augustini posuerit fundamentum potestatis
sue: & maxime videbis hoc in illis concilijs, in
quibus iura condita sunt, ante Augustinum
natū, & præsertim in cōcilio Apollorū,
in quo conditi sunt Apostolorum canones, &
in cōcilio, quod Apostoli celebrarunt Hiero-

solymis, vbi statuerunt pro tempore, de qui-
busdam legalibus obseruantij. Tertius error
est: quod Rex Angliæ male intellexit illū tex-
tum Augustini, & glossam doctoris Martini,
qui cōfessus est, Ecclesiam hoc habere à Deo,
vt possit discernere verbum Dei à verbis ho-
minū: ex qua Lutheri glossa, Rex obiecit Lu-
thero, quod Ecclesia nō habet hoc à Deo, nī
quia Deus non vult pati Ecclesiam suam, in
rebus necessarij errare, cum periculo. Ex quo
conclusit Rex, confitendum Lutherō, quod
Ecclesia hoc etiam habeat à Deo, vt verū scri-
pturæ sensum, possit à falso discernere, quo-
niam alioqui frustra discerneret veras scriptu-
ras, si non posset discernere verū sensum, à fal-
so. Et præterea concedendum esse Lutherō,
ex suo dicto, quod ecclesia hoc habeat à Deo,
vt discernat traditiones Dei, à traditionibus
hominū: & falsa dogmata discernere possit à
veris, quia in his non minore periculo fallere-
tur, q; in recipienda scriptura humana, loco di-
uine. Atq; ex his consequi, vt Ecclesia nō pos-
sit errare in sacramētis, & necessarij articulis
fidei, sed possit dānare Lutheri falsa dogmata,
& fallas interpretationes scripture. Hoc argu-
mentū Regis, visum est patri Ludero tam ab-
surdū, quod non voluit recitare, quia non va-
luit refutare, sed tacitè cōfessus omnia, dimis-
so Rege, reuertitur ad Papā & distinguit po-
testatē cognoscendi, à potestate cōdendi: tan-
tum rhetoriciat suo more, hoc est, more me-
retricū, lenonū, potatorū, aurigarū, scurrarū:
& rursus citat vocabularia: nam illa sunt ei-
vice Dei cuiuspiam, ex machina propitiij, quo-
ties aliter explicare se non potest, & abfoluere
suam tragediam. Rursus ergo, velut ex vo-
cabulario, docet dominus doctor, quid interfit
inter ius iudicandi & ius condendi: tamen in-
terim fatetur Ecclesiam, sicut habet à Deo ius
discernendi scripturas, sic & dijudicandi dog-
mata. Videamus igitur, quid lucifecerit do-
minus Luderus ex hac distinctione. Differa-
mus paulisper, illam partem, qua queratur, an
ullus pōfex, vlla synodus, ullus princeps, ul-
lus populus, ullū habeat ius cōdendi iura. Ac-
cipiamus iterim, quod dat Luderus. Habeat
Ecclesia ius discernendi scripturas & dogma-
ta. In hoc saltem, mane Luthere. Iam reueren-
de doctor sic arguo vobis cum fauore. Eccle-
sia habet ius iudicandi dogmata per vos, sed
Ecclesia damnavit dogmata vestra, ergo per
vos dogmata vestra vere dāmnata sunt, quia
in scripturis & dogmatibus, fatemini Eccle-
siam hoc habere à Deo, vt non possit errare.
Hic non dubito, quin vt soletis, irascamini &
iurgetis: sed rogo vos domino doctor, respon-
date ad argumētum. An prouocabitis ad vo-
cabularium, & dicetis, Ecclesiam, quæ dam-
navit vos, esse Ecclesiam papilicam: & hæc
Ecclesia, quæ habet ius iudicandi dogmata, est
Ecclesia catholica, per totum orbem diffusa?
Ad istam responsonem, tacito interea iure
pontificis,

Irridet
Luther.

Tertius
error à
Lutherō
castigat.

Quid in-
tersit in-
ter ius iu-
dicādi &
condēdi
doctori
Lutherō.

Luther dñatur ab his, pnes quo saterur es se iudicā di autho ritatem.

pontificis, ego sic argumentum redintegro: quod in nullo actū multitudinis, requiritur, quod omnes ad vnum cōsentiant, sed ista Ecclesia, quam vos appellatis papisticā, quae damnat vbiq; vestra dogmata, est multo maxima pars orbis Christiani, ergo adhuc per vos dogmata vestra mala sunt, quia damnata sunt per Ecclesiam catholicam, quae in talibus male iudicare non potest. Prēterea ad eandem Ecclesiam pertinet iudicare, quae sint falsa dogmata, ad quam iudicare pertinet, quae sint veræ scripturæ. Sed eadem Ecclesia, quae docet & iudicat, quae sunt veræ scripturæ, illa inquam eadem Ecclesia docet & iudicat, falsa esse dogmata vestra. Ergo omni modo dogmata vestra damnata sunt.

QVID rursus dicitis domine doctor: quod effugium præstat vobis vester vocabularius? Mirabile certè. Nam inuenit ius iudicandi dogmata, non pertinere ad pontificem: non ad sacerdotes: non ad synodum, & concilia: sed per hanc autoritatem Christi: Attende à falsis prophetis, probat autoritatē tributā populo, aduersus omnes sanctos pontifices, omnia concilia, & omnes sanctos patres, quasi aliā fidem docuerint sancti patres: aliam crediderit fidelis populus. Docet nos igitur dominus doctōr, idem esse attendite à falsis prophetis, quod attendite à sanctis patribus: & dicit ex vocabularijs, idem significare falsum prophetam, & sanctū patrē. Igitur, postquam vno atque altero loco, ex scriptura sacra sic allegato, probauit dilucide, quibus oportuit iudicibus iudicium dogmatum non ad clerum pertinere, sed ad populum. Tandē sic gloriosus viator insultat. Habet hic Hēricus noster, aut vllus impurus Thomista, quod istic obganiat? Nonne obstruximus os loquentium iniqua? Non certè domine, nondum obstruxisti os omnium loquentium iniqua, quia adhuc os vestrum non obstruxisti, quod loquitur ini- quissima.

S E D agite domine doctor, nolo vobis- cum contendere, tantum quero, quid profecisti, quum à clero prouocasti ad populum? certè ex famo fugitiis in flammarum. Nam sicut nullus est clerus in aliqua Ecclesia, per totum orbem diffusa, qui nō damnat dogmata vestra de ordine, & missa, sic nullus est vsquā populus, neque Christianus, neque quem vos lōge pluris aestimatis Turcicus, qui non dānat dogmata vestra de iure condendi iura. Quamobrem quum omnis vndiq; populus, ad quē (per vos) pertinet ius iudicandi dogmata, iudicat hoc vestrū dogma, quod nullus habet ius condendi ius, non solum esse impium, sed etiam stolidum: adhuc non effugitis, quin hoc dogma recte sit damnatum, & vere sit impium, & vere stolidū. Tunc reduco sic syllogismum contra vos domine doctor. Illi, quos vos dicitis habere ius iudicandi dogmata iudicant omnes vnanimiter, illud dogma vestrum, quo do-

cetis, nulli ius esse condendi ius, impium esse Lutherū dogma & stultum, ergo per confessionem al- terius partis, quod Ecclesia potestatem habet iudicandi dogmata, Probata est altera quoque pars illa, quam negastis, quod eadem Ecclesia ius habet condendi iura: quia quae potestatem habet iudicandi dogmata, iudicat falsum esse & stolidum dogma quod vos docetis, illā ius non habere condendi iura. Nam si vllum ius est vlli, certè ius est Ecclesiæ super Ecclesiam, sicut cuiq; potestas est super seipsum. At vestra negat prudentia, nō solum Ecclesiam Romanam habere ius condendi iura, sed etiam illam Ecclesiam, quam cōceditis habere ius iudican- di dogma, id est Ecclesiæ (vt dicitis) toto orbe diffusum. Et sic videtis prudētissime pater, vos tam perite distinguere, vt vestræ distinctionis, altera pars, alteram perimat.

O STENDIT LUTHERI SENTEN-
tiā, omnium absurdissimā, qua docetur
vnuſquisq; ſibi ipſi credere, contra au-
thoritatem ceterorum omnium.

CAP V T XXII.

*N*AM vnuſquisq; ſuo periculo recte aut fal- Verba
ſe credit, ideoq; enīq; pro ſe curandū eſt, vt Lutheri.
recte credit, vt etiā cōmuniſ ſenſus, & ſa-
lutiſ neceſſitas, vrgeat neceſſario iudiciū doctrina pē-
nes audiōrē eſſe. Alioqui fruſtra dicitur, Omnia pro-
bate, quod bonū eſt tenete. Et iterum, Spiritualis om-
nia iudicat, & à nemine iudicatur. At quilibet chri-
ſianus eſt spiritualis, ſpiritu Chriſti. Omnia veſtra
ſunt (inquit) ſiue Apollo, ſiue Paulus, ſiue Cephas, id
eft, de omnium dictis & factis iudicandi ius habetis.

*N V N C audis lector, admirabilem ſapien-
tiam. Fortassis addubitati prius, an reuerēdus
pater eſſet ſemifatuus: nunc nō dubitabis am-
plius, quin fit plusquam ſequifuriosus. Autho-
ritatem iudicandi dogmata, primum ſuſtulit
pontifici: videri potuſſet transferre ad concilium. Tranſtulit à concilijs, putaffes ad cleri
totius multitudinem. Tranſtulit prorsus à cle-
ro, transferre videbatur ad populum. Nunc
transfert à populo, & defert ad quemlibet.
Hunc tu ſanum putas? Atqui nunc (ſentio) ſa-
pit certe maxime. Rē eſt altioris cōſiliij, quām
putabā. Nam Catilina, ſi potuſſet vti prouo-
catione tali, ſaluſ eſſet. Si dānatus à patribus,
prouocaret ad populum, dānatus à populo
prouocaret ad quemlibet, nec valuiſſet om-
nium iusta dānatio, quandiu in populo re-
periretur ſimilis illi quispiam, qui dānatum
absolueret. Atqui hac prouocatione ſe prote-
git Luderus. Olim pontifici permifit iudicanda, quae ſcripsit de indulgentijs: & ſtātim p̄r-
timens ſibi, ſicut fugit impius nemine perfe-
quente, primum ex dimidio cōcepit appellare,
tollens ei potestatem de iure diuino. Paulò
poſt prouocauit in totum, teſtatus eius Pon-
tificis*

THOMAS MORVS

tificis potestatem iure prorsus nullo fulciri, sed tamen prouocavit ad concilium, ibi saltē falsus, esse iudicandi ius: & tamen cautus adiecit, non simpliciter proximū, sed proximum, quod in Spiritu sancto foret congregandum. Idque Deprehē tam à rege Luthe ri callidi tatem.

Hoc de-
mū pacto
habeat
Luther
ius iudi-
candi.

eo fecit consilio (sicut bene deprehendit princeps) vt in quoconque concilio damnaretur, ibi negaret esse spiritum homo (vt Rex lepide scribit) nimirum spiritualis, qui nusquam fateatur esse Spiritum sanctum, nisi in sinu suo. Verum adhuc fatebatur, aliquod saltem cōcilium esse, quod per Spiritum sanctū iudicaret dogmata. Sed nunc omnia rursus damnat concilia, etiam Nicenum. Quod, homo nunquā sibi contrarius, & simul damnat, & fatetur optimum. Igitur à concilio prouocat ad populum. Ibi multis verbis disputauit residere, quā, tam sc̄e aliunde alio transtulit, potestatem iudicandi dogmata. At quum populum quoque, vel maxime sentiat eius damnare dogmata, nec vnius cuiusquam nationis populum, sed omnem omnium gētium toto orbe diffusum, eo rem deducit denique, vt iudicandi potestatem relinquat apud quemlibet vnum. Sperat enim nihil dici tam absurdum posse, vt non vnum saltem aliquem, alicunde reperiāt assen-forem. Illū igitur si quem forte tam stolidum possit inuenire, ne totius orbis consensu va- cillet, armat impudentia, & furore præmunit. Tollit omnem scrupulum, iubet vnumquāq; sibi fidere. Nam alioqui (inquit) frustra dicere- tur, omnia probate: quod bonum est tenete. Et ideo videlicet, quid bonū sit, quid malum, in dogmatibus aduersus vniuersos, vnuſquisq; sibi credat ipsi. Quid ni? Nam spiritualis (in- quiret) iudicat omnia, & à nemine iudicatur. At quilibet (inquit) Christianus est spiritualis, à spiritu Christi. Nā omnia vestra sunt (inquit) siue Apollo, siue Paulus, siue Cephas, id est, de omnibus dictis, & factis iudicandi ius ha- betis.

V I S V S sum mihi profecto, Luderū stul- titiam bene tangere, quum ista Apostoli, Omnia vestra sunt, ostendisse afferri, ab isto sto- lidissimè: quum ex eius argumēto sequeretur, nos iudices esse, non solum Papæ, sed etiā Pe- tri & Pauli. At nū video, nihil tam absurdum singi posse, quod non possis efficere, vt ille pro absurdo non habeat, sed & absurdiora proferat, & dicat esse meram sapientiam. Nam ante fecerat iudices Petri & Pauli totū populū. Nunc verò iudicem Petri facit & Pauli, è populo singulum quenque. Sic igitur arguit nūc doct̄or Luderus. Omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Cephas, & sic de singulis, id est, de omnibus dictis habetis ius iudicandi. Et hoc dicitur non vniuersis, sed singulis, sicut & illud: spiritualis omnia iudicat, & à nemine iudicatur. At quilibet Christianus est spiritualis, ergo quilibet Christianus habet ius iudicandi, hoc est sentiendi, quicquid videtur sibi, de doct̄ri- na Petri, & Pauli, & Marci, & Matthæi, &

Ioannis, & Lucæ, & Apostolorum, & Christianorum omnium. Nam ista ratio non magis facit, nec Lutherus eam magis obijcit aduersus doctores, scholas, & concilia, quād aduersus Petrum & Paulum, quorum in hoc no- mina citat, vt & eorum quoque doctrinā, iudi- cio cuiusq; subiectat, tanq; idem sentiente Pa- lo, quū scripsit, Omnia vestra sunt, siue Apol- lo, siue Paulus, siue Cephas. Et ista Lutheri ra- tio, qua nihil est absurdius, tā valida tamen vi- detur Luthero, vt inde sibi sumpserit authori- tate doctor Luderus iudicandi, quod Epistola Iacobi Apostoli, nihil habeat dignum Aposto- lico spiritu. Sed ad quē finem afferit hanc ratio- nem doct̄or Luderus, nempe vt quoniā vnuſ- quisq; (vt ait) suo periculo rectē aut false cre- dit, atque ob id cuiq; pro se curandum est, vt rectē credit: ideo non curet quisquam pontifi- cem, aut cōcilia, aut Ecclesiam, aut sanctos pa- tres, aut populū, aut Petrum, aut Paulum, sed de vniuersis audacter iudicet quilibet: & quia suo periculo credit, ideo sine periculo sibi cre- dat aduersus orbem totum, iuxta consilium il- lud Sapientis. Fili ne innitaris prudentiæ tuæ, & ne sapiens videri velis in oculis tuis.

V I D E S hic lector, istius absurdissimi vi- ri manifestas insanias. Vides ipsius verba, tibi quanto se hic se- cus ges- sit quād Luther. bona fide numerata. nihil à nobis, aut recitado curatum, aut interpretatione detortum. Satis scio, si nos eius verba summatim essemus complexi, subituram fuisse nonnullis suspicionem: quasi quæ is rectē scripsisset, essent depravata narrando, & ipsius telis in eum pugnatum es- set, qui nihil sincere recēset. At ego quum sci- rem nemini futurum credibile, quenq; tam ab- surda cogitasse (ne stultia hominis cuiq; lin- querē dubiā) statui eius ipsius verba recitare, & sua manu illi notā furoris inurere. Quam- obrem quo minus adhuc dubites illum nihil cogitare sapientius, sed vere velle quenq; suo stare iudicio: audi, quid dicat paulo post.

At hic dicent, si singulorum est ius iudicandi & Verba probandi, quis erit modus, si iudices dissenserint, & vnuſquisque secundum suum caput iudicarit, quare necesse est vnum esse, cuius iudicio stent ceteri con- tenti, vt salua sit vnitas Ecclesie. Respondeo. Hoc cauillū nullus rectius decet, quād Thomistæ. Quo- ro enim & ego, quis hodie modus est, vbi omnes iu- dicio vnius papæ stant? vbi hic est vnitas salua? An hoc est vnitatem esse salutem, externo papa nomine vniri? Vbi manet vnitas cordium? Quis est certus in conscientia sua, papam rectē iudicare? At nisi certi- tudo sit, nulla est vnitas. Ideo sub papa est quidē pō- pa externe vnitatis, sed intus non nisi confusissima Babylon, vt nec lapis super lapidem sit, nec cor cum corde sentiat. Vt videas, quam fæcile medeatur rebus spiritualibus, humana temeritas suis statutis. Alia igitur via vnitas Ecclesie querenda est.

V I D E S quād sollicitè hoc agat Luderus, vt nemo

vt nemo timeat fidere sibi ipsi. Nam & pro cauillo habet, quod omnia sic essent incerta: & tot diuersitates in fide, quot capita forent in populo. Et velut simili cauillo deridet: si quis in fidei rebus pontifici malit acquiescere, quam fluctuare, & omni voto doctrinæ circumferri, Id videli est poti-
fici im-
pingens,
quod i-
-se facit.

aut soli prorsus inniti sibi. Et loquitur tamquam pontifex alia doceat fidem, quam ea, quæ populo Christiano publica est: imo negat esse ullam fidem, in qua consentiunt Christiani, qui parent pontifici. Sed sic mentitur esse alij aliam, vt nec cor cum corde sentiat: & hæc vanitatis iniquitatem, cor eius congregavit sibi, vt dum persuadeat omnibus nihil vñquam esse certi, sed vnumquenque suo periculo credere, perducere posset vnumquenque metu sui periculi, vt nihil faciens autoritatem totius Ecclesiæ, nihil faciens sanctos patres, & doctores & veteres omnes interpres, interpretetur ē suo quisque sensu scripturam sacram: & sibi, quam libeat, fidem formet nouā. Nam quum

Ratio iudicij ferendæ de vetere ex sententia Lutheri. Petri quoq., & Pauli iudicem fecit quenq; Lutherus, cōscendant quisq; tribunal in corde suo, & vtrumq; iudicet. Hic bene dicit Paulus, hic male. Hic probe Petrus docet, hic docet perperam. Hic rectè cōsulunt Ecclesiæ, sicuti suadent credere: hic Thomisticæ, sicuti iubet nefacere. Iacobus verò, quum sit Apostolus, nihil habet omnino spiritus apostolici, quem non pudet scribere: Fides sine operibus mortua est. Vnus duntaxat est, cuius nemo iudex est, qui quicquid dicit, certum est: id doctor Luderus est, qui certus est, sua dogmata se habere de cœlo, de cuius aduentu Propheta prædictit, dicens: Tertius ē cœlo cecidit Cato. Et item alias. Iam noua progenies, cœlo demittitur alto. Et idem Propheta prophetauit, quo demittendus sit, quum ait: Facilis descensus Auerni. Nam ille textus, de doctore Ludo loquitur ad literam.

Verba Lutheri. Alia igitur via, Ecclesiæ vnitas querenda est. Hæc est, quam Christus ponit Ioan. 6. Erunt omnes docibiles Dei, Omnis qui audiuit à patre meo, venit ad me, ille inquam internus spiritus solus, vñanimis habitare facit in domo. Hic docet, idem sapere, idem iudicare, idem cognoscere, idem probare, idem docere, idem confiteri, idem sequi. Vbi ille non fuerit, impossibile est, vt vnitas sit. Et si qua fuerit, externa & ficta est. Quare & Deo nihil cura est, vt impii homines vnum vel non vnum sint, qui vnitate spiritus inanes sunt. Suis filijs ad externam vnitatem sufficit, vnum baptismus, & vnum panis, tanquam communes caræcteres & symbola, per quæ sidei sue, & spiritus vnitatem profitentur & exercent. Papistica Ecclesia suam vnitatem in vnitate externi sui idoli papa locat, interne autem, confusionis erroribus dispersa in omnes voluntates Satane.

N V N C in mentem mihi lector venit illud Euágelium quo dæmones ex ore furiosi, Christū inuiti, tortiq; cōfessi sunt: Iesu Christe

fili David, quid ante tempus venisti torquere nos? Nam hic plane dæmoni, qui Lutherum possidet, veritas extorsit inuitio responsum id, quo totam Lutheri fæctam funditus euerit.

Etenim hoc ipsum est Luther, quod tibi toutes ad aures inclamauimus, & nolivisti audire, sanctum Dei spiritum Ecclesiæ suæ intus inspirare veritatem. Illum: internum spiritum, omnes reddere docibiles Dei, illum solum facere, vt habitent vñanimis in domo. Illum docere,

Lutherū contede-
re id iam
quod ma-
xime ei
aduer-
sum sit.

vt idem sapient, idem iudicent, idem cognoscant, idem probent, idem cōsiteantur, idem sequantur, idem doceant. Illum internum spiritum solum esse, qui faciat, vt habitent vñanimis in domo, vt qui extra domū sunt, non sint vñanimis, sed per hæreses & sectas dissidenteant. Hi sunt

Lutherū

Hæc Ecclesia Catholica, quam tu appellas papistica, quam tu sic dissentire mentiris, vt cor nū

cum corde non sentiat, ita per hunc internum Dei spiritum cōsentit in articulis fidei, vt vñanimiter infidelitatis tuae dogmata condénet.

Tota ecclesia, per totum orbem diffusa matrimoniū habet pro sacramento: ordinem habet pro sacramento: penitentiam habet pro sacramento: & quid opus est commemorare singula? Hæc vñanimiter & nunc sentit Ecclesia, & per tot sentit secula. Quod si tu ac

tuus grex aliud creditis, nihilominus Ecclesia vñanimis est in domo. Nam purgavit, ac depuravit, quum te purulentam vomicam lancinavit, atque eiecit ē corpore. Fateris nūc, vbi Dei spiritus est, ibi consensum esse. Illum intus docere, quæ vera sint. Profer ergo Ecclesiæ, quæ consentit tecum: dic, quibus in terris, Ecclesia sit vere malignantium: vbi populus, aut tam impius vñquā sit, aut stolidus, vt cōtra spiritum Dei, qui per tot secula docuit Christianos omnes, idē cōtra te credere, nunc tandem cōredit ho-

Catalo-
mini furioso tibi, ordinem non esse sacramen-
tū: qui spretis Apostoli minis fuscipiat eucha-
ristiam, quam maximē potest peccatorū titilla-

tione turbata conscientia, solum fidem suffice-re, bonis operibus non opus esse, Apostolum, qui neget illud, nihil sapere spiritus apostolici, Christianum quenquam legibus obligari non posse, & mille absurdissimas impietas eiusmodi. Potes ne ullam ecclesiam nominare, cui tam stulta persuaderis, quæ sibi fas esse censeat recalitrare magistris, & vtile credat esse, viuere sine legibus! Sat scio nullum populum potes. Ergo quum Dei spiritum fatearis esse, qui populum faciat vñanimem in domo: & eadem de rebus necessariis sentiētem, velis nolis, tibi fatendum est, illam Ecclesiam esse catholicam & Dei domum, in qua per tot secula censerunt omnes vñanimiter, aduersus insen-satam sententiā tuam, & tibi Dei spiritū prorsus deesse, qui detrusus ē domo toti dissentis ecclesiæ, in quæ cōtra te totus per orbē populus, tot seculis operante Deo consentit. Tecū con-sentit nullus. Quid dico populus? imo demitor, sic tecū sentiat quisquā vñus homo. Nam

T iij hoc

THOMAS MORVS

Hoc non est infre-
quēs tu-
thero, vt
à se dif-
fentiat.

hoc certo scio, tecum non consentis i; se. Nam
primum confessus es, Ecclesiam hoc habere à
Deo, vt falli non possit, in discernendis Dei
verbis, à verbis hominum. Deinde adactus ra-
tionibus Regis, fassus es Ecclesiā idem ius ha-
bere, in diiudicandis dogmatibus. Quid ergo
sibi vult, quod postea dicas, vnumquenq; suo
periculo credere? quasi Deus optimus, quenq;
perplexū redderet, nec aperiret exitum. Qua-
so te, si verum est, quod ante dixisti, quo suo
periculo credit, qui toti credit ecclesie, de quo
piam articulo fidei consentienti? quum Eccle-
siā fatearis hoc habere à Deo, vt in diiudi-
candis dogmatibus, falli nō possit, quippe quæ
per te quoq; ne cōsentire quidem posset in ar-
ticulum fidei, nisi intus illo docēte spiritu, qui
facit habitare vnanimes in domo.

E C C E Luthere, quibus ambagibus insa-
nienti tibi, tandem inuito veritas extorta est,
qua fateris ignarus, eas, in quibus Ecclesia to-
ta tot consensit seculis, quas tot libellis hac-
tus insectatus es, tanquam traditiones homi-
num, nunc, inquam, subito fateris ignarus esse
traditiones Dei, sine cuius occulto flatu, tam
latè fūsus Dei populus, in vnum conspirare
non posset: quum ille solus sit, qui quod fate-
ris, habitare faciat vnanimes in domo. Et inde,
quam hæc exciderint, ignaro. Nam protinus
perinde ac si nihil horū prorsus audiles vnq;
quæ iam ipse dixisti, dicas illico talia, vt istis, quæ
dixisti modo, non aliter pugnent, ac pugnant
cum luce tenebræ.

Verba
Lutheri.

Tu nunc vide, cuius spiritus fuerint sacrilega il-
la, & abominanda concilia, qua aduersus tantā to-
tius scriptura fulmina, apertissimāq; sententias au-
sa sunt, sibi Pontificib⁹ arrogare ius iudicandi, &
cognoscendi, insuper et imperādi, & condendi. Absq;
dubio Satana iste fuerunt cogitationes, quibus in
orbem inundauit operationes erroris, & abomina-
tionem in loco sancto statuit securissima tyrannide,
postquam populo crepta est autoritas iudicandi,
qua pauore cogarentur falsi doctores, & patescat
via per stolidam populi superstitionis amque obedi-
entiam & patientiam vniuersis erroribus & abomi-
nationibus irruendi.

Imo po-
tius ex
omni syl-
ua cōge-
rēda lig-
na, ad cre-
mādum
Lutheri.

NON tibi videtur lector, per istud os im-
pium, inferæ spirare furæ? Nam quæso te Lu-
there per istos, qui te exagitant infernos dæ-
mones, quum tui similes pestes, cacodæmon
aliquis immittat in dominicum gregem, dum
res excutitur, censes totū Christianū populū
ex toto orbe, velut ad comitia Consulū con-
uocandum simul in campum Martium, & vi-
ritim exquirenda suffragia? Quæ arrogantia
est, si de gregis periculo potissimum tractent
pastores? Quibus nam id negocium potius cu-
piat delegatum populus, quam episcopis, ad
quos maxime spectat, esse de populi salute sol-
licitos? Si, quod tu sepe iactas, Deū adesse con-
cedis in medio eorum, vbiq; sunt duo, vel

tres congregati in ipsius nomine; ibi negabi⁹
esse, vbi in eius nomine, maximis de causis finit
congregati tam multi? Recordare rursus eo-
rum, quæ dixisti proxime, Deum esse, qui in
Ecclesia sua cōsensum operatur. Ex omni par-
te Ecclesie late per orbem diffusæ, congregati
sunt ad concilium: & quod paulò post nec ip-
se negas, viri optimi pleriq; ac sanctissimi con-
senserū inter se, redierū quisq; domū: cōsen-
sit in eadem fere totū per orbē fūsus populus.
At per quem consentit populus Christianus?
an nō fassus es id per illū fieri intus docentem
Deum, qui habitare facit vnanimes in domo?
Ergo quod ante fassus es esse Dei, debaccharis
fuisse cogitationes Satanae, quibus patesceret
via per stolidam populi superstitionis amque obe-
diētiam vniuersis abominationibus irruendi.

V I D E S nunc Le&torn Lutheri cōstantiā:
vides mala, quæ nasci repperit ex optimorum
patrum in Dei nomine congregato concilio.
Sed quomodo malis istis occurramus, hoc ante
docuit, quum dixit: Vnumquenq; suo periculo
recte aut falso credere. Igitur si statuatur
vt quisq; credat, quicquid velit: iam vera in-
uenta est via, qua nullus error possit irrepere.

Et vt hic mei Henrici & sophistarum recorder, Verba
qui à longitudine temporum & multitudine homi-
num pendent cum sua fide, Primum negare non po-
test, huius rapti iuris tyrannidem ultra mille annos
durasse. Nam in ipso concilio Niceno omnī optimo,
iam tum incipiebat leges condere, & ius istud sibi
vendicare. Atque ab eo tempore hactenus inualuit,
vt nihil receptius sit, nec firmius aliquid multitudi-
ne hominum & diuturnitate probari posst, quam
hoc ius. adeo vt nemo id non putet bodie sanum, re-
ctum, ac diuinum esse. At hic vides sacrilegium &
impietatem esse aduersus euidentissimas & inuictas
scripturas Dei. Quare si tantus error & tale sacri-
legium, tantā longitudine temporis, tantā multitu-
dine hominum, vel consentiente, vel seducta, vel pro-
bante regnauit aduersus veritatem Dei, semel volo
hic omnibus sophistis & papisis capitale eorū ar-
gumentum de longitudine & multitudine ad pul-
uerem vsq; contritum, & os obstrūctum, vt videat,
cur Deus nolit nos vlti creature quantumvis longe-
et multæ et magna credi, sed soli suo infallibili verbo.

V E L istud quis non sentiat insanū esse,
qui scripsit, nisi sit insanus, qui legit? Nam &
Nicenum concilium fatetur optimum: & ta-
mē illud ait initium fuisse omnium malorum,
& incepisse iam ipsos optimos & sanctissimos
viros sacrilegium & impietatem, aduersus eu-
identissimas & inuictas scripturas Dei, quod fa-
cere nō potuerint, nisi aut stultissimi aut pes-
simi. Nam si euidentissimæ scripturae sunt, cæ-
cisimi fuerunt, si non viderunt: si viderunt,
impij, qui contēperunt. Et tātum sacrilegium
& impietatem improperat homo sacrilegus
& impius tanto numero virorum talium,
quos

quos ipse quoque fatetur optimos, ut semel sancta sanctis patribus impietatis penas dare ostendat, & manifesto furore plecti, qui tam stolidi pugnatio cogitur ore sacrilego delirare quam ne mo posset, non agitatus furijs. Ut illud omittam, quod ibi quoque mentitur, quum ait, In concilio Niceno primum cœpisse condic leges, quum satis constet apostolos, & concilio communiter, & seorsum singulos condidisse leges sicut & Rex obiecit, ad quæ nihil omnino Lutherus responderet.

Verba Lutheri.
Habemus itaque absque omni controvrsia, ius de doctrina cognoscendi, & iudicandi, seu probandi esse penes nos, non penes concilia, pontifices, patres, doctores. At hinc non sequitur esse simul penes nos ius condendi leges. Nam hoc solius Dei est. Nostrum est legem & verbum eius cognoscere, probare, iudicare, & secernere ab omnibus alijs legibus, sed nequam condere aut mandare. Neque enim sequitur ex verbo Christi. Attendite a falsis prophetis, ergo vestrum est prophetare, imo ut Petrus ait, Nunquam voluntate humana est allata prophetia, & nulla interpretatione scriptura fit ex proprijs, sed inspiratione spiritus sancti, locuti sunt sancti Dei homines. Ita non sequitur. Oves meæ vocem meam audiunt, ergo oves vocem meam condent vel facient, imo contrarium sequitur. Vocem meam ego condoo, oves autem conditam agnoscunt, probant, & sequuntur.

HIC video, magnum ius esse non penes concilia, pontifices, patres, doctores, sed penes vos, quos quæso vos? Ego putabam Martinum Luderum esse reuerendum patrem, esse doctorē, nūc vos negatis vtrūq;. Esse quidē dicitis illud ius cognoscendi, non penes patres, neq; doctores, sed penes vos. Quos ergo vos? non vos patres, sed fratres: vos nō doctores, sed indoctos. Bene dicitis profecto domine. Tunc ego video per vos, quod patres & doctores habuerūt doctrinā penes te: sed vos qui estis indoctus frater habetis penes vos, non doctrinam, sed ius iudicandi doctrinam sine doctrina. Nam doctrinam non cognoscitis, sed habetis ius cognoscendi.

SED nullus habet (vt dicitis) ius cōdendi leges. Nam hoc solius Dei est: & sic nō solum reges, & populi cōdentes leges, sed & Apostoli, qui fecerunt idem, eodem spiritu, more Luciferi sibi vñparun potestatem Dei. Sed tamen mitior est in Babylonica reuerēdi frater. Nam ibi dicit, neminem posse ponere vñ syllabam super Christianum quenquam, sine ipsius consensu, sed cum eius assensu posse. Atq; ita per illam regulam reuerēdi fratri potest saltem condi lex, quæ tantisper valeat, donec aliquis alias veniat in regionem, qui nunquam consensit in legem, id quod vñque fere sit intra biduum. Nunc vero nulla cōdi potest omnino, ut plane se doceat in retam seria Luderus incepte ludere. Igitur postquam

tam mirabili sapientia se gessit Luderus in hac materia, magnifice statim concludit.

VQuare videmus hic, omnes pontifices, omnia concilia, omnes scholas, qui aliud in Ecclesia sonant, quam verbum Dei solius, esse lupos, Satanæ ministros, et falsos prophetas. Simul intelligimus insignem Henrici nostri, & omnium Thomistarū foliū atem, qui os suum impudens in cœlum ponunt, & dicere audent, in hoc sacrilego libello. Etiam si sacramentum ordinis non esset in scripturis institutum, tamen penes ecclesiam esse ius instituendi eius. Et quam stulte verbum Augustini, quod de euāgeliō per Ecclesiam toto orbe cognito & probato loquitur, aptarit ad ius traditionum, arbitrio impiorum hominum statuendarum. Iste est modus intelligenti dicta patrum, & scripture. Hi sunt, qui scribunt assertions sacramentorum. Horum multitudine, & diuturnitas est potestas faciēdi articulos fidei, tam stupidis & hebetis, ut inter cognoscere & imperare nihil discernant.

IAM decies declarauimus verbum Dei, tam illud esse, quod Deus absque scripto suæ dicit ecclesiae, quam quod scriptura comprehensum est. Sed quando manifestum est, Lutherum loqui tatum de verbo Dei scripto: manifestum est, quod metitur plane minister iste Satanæ, qui clamat omnes ministros esse Satanæ, quicunque sonant aliud in ecclesia, quam verbum Dei scriptum, in scripture sacra. Nam hac ratione minister iste Satanæ ministrum Satanæ pronunciat apostolum, qui dixit: Seruate, quæ precepī vobis, sive per sermonem, sive per epistolam, qui multa & docuit, & instituit, non ex verbo Dei scripto, sed ex non scripta traditione Dei. Nam & illud ipsum de Eucharistiae sacramento. Paulus nō ex verbo Dei scripto, sed ex non scripta Dei traditione tradidit Corinthijs. Quin & euangelista pronunciat, ista ratione ministrum esse Satanæ, qui non solum docuit verbum Dei non scriptum, sed etiam scripsit ipse, omnia Dei verba, neque scripta esse, neque scribi posse. Quamobrem quum euangelista scribat, nec omnia scripta esse, nec scribi posse: tibi nec Ludere scripture querenda est, quæ prober, quicquid ex dictis, factis, institutis Christi, non potuere scriptores comprehendere, velut erychthoniū quempiam deformem ac mortuos partum, eternis esse tenebris damnatum, & eum ministrum Satanæ, qui eorū omnium quicquam sonet in ecclesia, quæ scripture quidē nō sunt quæ tamē fecit, quæ tamē docuit Iesus, & à patre missus spiritus. Tu nunc Luther, qui nihil admittis, nisi scripturas, protinus scripturas, quibus ve- titum probes talia quenquam scribere.

AT si quis (inquis) talia scribat, quæ pro Dei verbis afferat, atque affirmet, ille Satanæ minister est.

INTERIM extorsimus isti ministro
T iiiij Satanæ

Quoties
hoc dictū
tibi vis
Lutheret?

Is pferet
sua do-
ctrinam.

THOMAS MORVS

Satanæ, non esse protinus ministrum Satanæ, qui præter Dei solum verbum scriptum, hoc est præter solum scripturæ verbum, aliud sonet in ecclesia.

AT vt non sit (inquiet) minister Satanæ, qui loquitur aliud Dei verbū, præter id quod in scriptura sacra scriptum est, tamen est minister Satanæ, qui non solum sit locutus, aut scriperit, sed & asseruerit.

AT hic quoque mentitur iste minister Satanæ. Nā si fas est scribere Christi verbū, quod dictum est, certe fas est & affirmare, quod verum est. Tandem hoc paulatim detrudetur iste minister Satanæ, vt discedens ab eo, quod dixerat prius, nunc eum dumtaxat asserat esse ministrum Satanæ, quicunque alios cogat ad credendum ullum Dei verbum, quod nō habetur in scriptura canonica. Respondeat ergo nobis iste minister Satanæ : Si quicquam ex illis, quæ quidem scripta non sunt, quæ tamen fecit, docuit, tradidit Iesus : quid si ex his (inquam) aliquid aliquis referat Lutheru, & relatu iubeat credere : sed referatis, de quo certus sit eum, qui referat, errare quicquam, aut falli in ea re discernenda non posse. Vtrum peccaret ille, qui iuberet credere, an Luderus, si recuset credere? non dubito, quin hic fatetur se teneri, vt credat revelationem tam certam.

Quoties vincitur Lutherus sua confessione. At Luderus ipse fatetur, Ecclesiam falli non posse in iudicando verbo Dei, ergo Ecclesiæ narranti quicquam eorum, quæ fecit, quæ docuit, quæ tradidit Iesus, credere tenetur Luderus. Ipse Satan apud inferos, non tenetur sua cathena fortius, quam hac cathena strinxitur eiusdem Satanæ minister Luderus. Nam si dicat se, quum fatetur Ecclesiam habere à Deo, vt possit Dei verba discernere à verbis hominum, hoc sensisse dumtaxat de verbo scripto, non etiam de eo dictum, quod esset quidem, aut factum, aut dictum à Deo, sed tamen non scriptum in scriptura canonica, iam ante detrusus est ab illo præsidio, postquam rationibus Regis adactus, fatetur Ecclesiam habere hoc quoque, vt possit dijudicare non solum scripturam, sed etiam quælibet dogmata. Neque enim idem censet scripturas esse, quod dogmata, præsertim hominem frequens apud vocabularios. Quod si id fassus non esset, tamen quantumvis impudens fuerit, necessario fatebitur, nisi nobis probet, quod Deus qui potuit ecclesiam docere, quis verum scriberet, non posset eam docere, quis verum diceat, aut Deo demum id fuisse curæ ne falleretur Ecclesia mendacibus chartis, voluisse vero, vt falleretur mendacibus linguis.

NVNC ergo vides lector, quod iste minister Satanæ, qui scribit omnes esse ministros Satanæ, quicunq; in ecclesia loquuntur aliud, quam solum verbum Dei, solus exemplo magistris sui Satanæ, solus (inquam) torquet, inuertit, & blasphemat verbum Dei.

Quā in omnem partē se veritatem Froteus.

Vincitur Lutherus sua confessione

Quomodo Luterus à Regge coast

Solue Lu
tere hoc
dilema

REFELLIT APERTISSIMAM LVth
theri sycophantiam, qua Regem metitur di-
cere ecclesiam habere ius instituendi
sacramenti Ordinis.

CAP. XXIII.

Simul intelligimus insignem Henrici nostri & Verba
Sommium Thomistarum soliditatem, qui os suū Lutheri.
impudens in cœlum ponunt, & dicere audent Quanto
in hoc sacrilego libello, etiam si sacramentum ordi- impudē-
nus non esset in scripturis institutum, tamen penes tor tu
Ecclesiam esse ius instituendi eius, & quam fulte qui quod
verbum Augustini, quod de euangelio per Ecclesiam Deus in-
toto orbe cognito & probato loquitur, aptarit ad ius stituit
traditionum arbitrio impiorum hominum statuen- maledi-
darum. Iste est modus tutelligendi dicta patrum & scripturas. Hi sunt qui scribunt assertiones sa- etis in se
cramentorum. Horum multitudo & diuinauitas est Tu ita
potestas faciendi articulos fidei tam stupidi & he- discernis
betes, ut inter cognoscere & imperare nihil de- vt omnia
cognos- impones
cas nihil

DE verbo Augustini, quam recte scribat Lutherus, opinor esse dictum satis. Nunc de eo dicendum, quod rex scripsit penes Ecclesiæ esse ius instituendi sacramenti. Legi lector atq; relegi totū Regis librum, vt viderē, quo modo, quibus verbis istud diceret, quod Ecclesia posset instituere sacramentum Ordinis, etiā si institutū non esset à Deo, certe nō inuenio id aperte dictum per asseverationem, sed tantum repetendo, quæ probauerat, dicit obiter quiddā, non tamē prouersus idē, quod ei Lutherus imputat, sed ex quo reor eum arripuisse ansam, quæ illud, vt solet colligat. Nam verba Regisista sunt.

NVNC quoniam probauimus ex ipsius Verba Lutheri fundamento, sacramenta, quæ credit Regis ecclesia, non aliunde quam à Deo potuisse constitui, etiam si nihil inde prouersus in scriptura legeretur; videamus tamen, an scriptura tā nullam omnino mentionem faciat huius sacramenti.

EN lector candide, quibus verbis Rex in Sacramento ordinis dicit Ecclesiam potuisse instituere sacramentū Ordinis, etiam si non fuisset institutum à Deo. Sic intelligit verba regis Lutheri sapientia, sic recenset Lutheri sinceritas. Sic orbis iudicium reuerēdi patris virgineus reueretur pudor. Hic est, cuius verbo, contra sanctos patres, & verbum Dei stare debet mundus: & quia dicit ipse se certum esse dogmata sua se habere de cœlo: ideo scilicet certi sunt omnes, quod frater mendacissimus non potest mentiri.

TAXAT LEPIDE LUTHERI
gloriosum triumphum de missa.

CAP. XXIV.

Reuerta-

Verba Lutheri.
Quanta est Lutheri
callidi criticiam, sed verbum & signum gratiae diuine, quia
bus erga nos visitur pro fide in eum erigenda, & firmata. Videmusque, quam sit infatuatus Satan, ut
quo diutius & magis in nos surat & scribat, eo
hendat insulsius & ineptius delyret. Nam iste liber regis, ut
omnium, qui contra me scripti sunt, fere est latinissimus, ita est certe omnium ineptissimus & stolidissimus, ut pene nostris Lypensibus scriptoribus, eum tri-
buierim, qui sic solent argutari, quando arguantur
optime.

Noua ratio triūphandi Lutheri
Vturpata

Quam mirabilis rerū nouator est, D. Martinus, postquam fecit nobis nouam religionē, & nouam fidem, nunc nouo more triumphat ante victoriam. Solebat ægre triumphum impetrare, qui saepe vicisset. Sed is decies iam triūphat, quia ter decies vicit est. Verum idcirco minus est istud mirandum, quia veteres ab alijs impetrabant. Iudicamus vero triumphum suum sibi decernit, ipse. Sed quid non facile triumphet de tā fatuo libello, quam fuit libellus ille principis, qui ut omnium, qui contra Luderū scripti sunt fere fuit latinissimus, ita fuit omnium, si credimus Lutherō, stultissimus. Quid nō? Nā & ideo id, quod ipse fatetur, illis maxime placuit, qui maxime cupiunt scilicet, quicquid aduersus illum scribunt, maxime esse stolidū: & ideo etiam D. Luderus tam vehementer irascitur, quia illum librum facile potest per ludū iocumque refellere, ut pote cuius stultitia Lutheri sapientiam deprehendit, & impietas eius ostendit, & publice traduxit stolidæ solertia consilia, quibus sibi visus est callide viā ingressus, qua Christi sacramēta omnia, omnē fidem religionemq; subuerteret.

Verba Lutheri.
Istiusmodi.

Triumphata vero missa, puto nos totum Papā triumphare. Nam super missam ceu rupem nititur totus papatus cum suis monasterijs, episcopatijs, collegijs, altaribus, ministerijs, & doctrinis, atque adeo cum toto ventre suo. Quia omnia ruere necesse est ruente missa eorum sacrilega, & abominanda. Sic Christus per me caput abominationes in loco sancto stantes reuelare, & destruere eum, cuius aduentus fuit per operationem Satana in prodigijs, & signis mendacibus. O miserum illum defensorem ecclesie papistice. O miseram Ecclesiam, que frustra indulgentias suas pro tanto libello profudit. Nisi quod digna merces redditā est tam defensori, quam libello. Quales enim sunt indulgentiae, talis est Ecclesia, talis defensor, talis & libellus.

Lutheri
fatuo
gloriatio

Tanquam dicaret, postquam nunc in celum concendi, subiectus alii anseris, possum iam quolibet radijs prodeambulare solaribus, & ex alto tanquam formicas despicere papas omnes, & omnes episcopos, collegia, monasteria, sacerdotes, equites, duces, principes, omnia subiecti pedibus meis, postquam ad aquilonem

posui solium meum, & factus sum similis altissimo. Sic Satan abominationem statuit in loco sancto, dum abominandum fraterculū suscitat in Ecclesia Dei, dum sacrilegum ac detestabilem nebulonem furiosis inflat furij, qui sacramentorum ignauus hostis, tumore vano pugnet aduersus eum, cuius aduentus fuit cum humilitate, qui post veniet cum potentia, quā spiritu oris sui in puluerem diffablit istum, superbiae & diffidentiae filium, qui iam gloriatur stolidus in malicia, & sibi videtur potes in iniuitate, dum secum dicit insipies in corde suo, non est Deus.

Tantum
non hoc
dicit Lu-
therus.

O miserum aduersarium sacramentorum, quem tunc sacramentorum gratia destituet. O miserum illusorem characterum, quem tunc baptismi character & character ordinis, velut inusta stigmata traducet transfigam, tradetque supplicio. O miserum irritorem ecclesiæ catholicae, quæ tunc vicissim miser in tuo ridebit interitu. Tunc illusor indulgentiae, heu quibus suspirijs optabis indulgentiam, quum negata venia recipies meritam iniuitatis mercedem in æternis ignibus, qui diabolo & angelis eius tui similibus preparati sunt.

REFUTANTVR LVTHERI nugamenta aduersus Sacramen- tum Ordinis.

C A P . X X V .

HACEC mibi pro defensione primi sacramenti satis fint. In quo afferendo maximè labarauit assertor dominus Henricus, ut qui nō ignorauit in hoc esse fidem summam salutis papistici regni. Cætera cogor differre obrutus multis alijs occupationibus, tum maxime transferenda Biblia, necessaria scilicet opera. Ne Satanae studia ipse proferem nimio.

Verba
Lutheri.

Certe
operas
quatum
vales.

Hactenus satis laboratum sit. D. Ludero, pro impugnatione primi sacramenti. Iam lassatus in via iniuitatis, cætera cogitur differre, totus obrutus in transferenda Biblia, necessaria scilicet opera, ut Satanae studia prosperet nimo, dum scripturam sacram sic vertat, ut invertat sensum, ac faciat fucum illiteratæ plebeculæ, quæ ad hæretici versionem examinet hæreses, ad quas probandas plumbea illa regulam inflexa sit de industria.

Satanas per hos insulso libellos me impedit co-
gitat, sed nihil efficiet. Neque magni operis fuerit sto-
lidos Thomistas, in reliquis sex sacramentis confu-
tare.

Verba
Lutheri.

Satanas excoxituit suo militi causam, quā pretendent fugæ. Nam ad se eum vocat, alio misurus militatum: ubi magis ei necessariam nauet operam, si quid præstare possit in euentendo Biblio. Nam quod in sacramentis tentauit apud mentis conipotes, videt conatū frustra. Interea solvens obsidionem, minatur eo redditu-

THOMAS MORVS

rediturum se, postquam euerterit biblion: neq; magni operis fore, reliqua sex expugnare Sacra menta, victori tanto, qui in eo, quod primū oppugnauit, operam luserit, & reiectus cū dedecore vixtus turpisimē fusus fugatusque decesserit.

Verba Lutheri. Nihil proferunt response dignum per tota sex sacramenta preter illud vnum, quod de sacramento Ordinis adducit Paulum, scilicet ad Titon, iubem, vt per Ecclesias ordinet presbyteros. Hoc loco enim vult institutum Ordinis sacramentum.

Hoc erat facilius quā cōfūtare ea. NVNC doctor Luderus non habet ocium ludendi, currit enim celeriter amissis copijs, & insequentes timens, trepidus, velut canis, ē Nilo bibit & fugit. Reliqua præterit omnia, velut contemptum, quæ tu quum ex ipso regis libello legeris, videbis facile, cur prætereat. Interim arripit illud Apostoli ad Titum. Nam regem sentire dicit, quod ibi sacramētum Ordinis fuit institutum.

Nū cōsiderat Luther' que loquitur HIC tuam lector imploro fidem, aduersus istius nebulonis stolidissimam perfidiam. Quoties quā aperte dicit, & inculcat rex, imo quoties quam aperte probat, nullum sacramētum aut institutum esse, aut institui posse nisi à Deo: quam euidenter id ipsum iterum atque iterum nominatum repetit in sacramento Ordinis? & nunc ait iste nebulos stolidissimus regem dicere, sacramētum Ordinis institutum esse ab Apostolo. At in sacramento Vnctionis extremæ, quum iste scurra blasphemus aduersus Apostolum Iacobum, diceret se non crediturum Apostolo de sacramento Vnctionis extremæ, quippe qui non haberet ius instituti sacramenti, hoc est promittendi gratiam cū signo visibili. Rex ita respōdet, Apostolū tradiisse populo, quod ipse acceperat à Christo.

Vides lector hic quā nihil pro fa no dicat Luther'. Sicut & apostolus Paulus tradidit Corinthijs, quod acceperat à Christo. Neutrum dicit instituisse. Quod si rex dixisset, id quod iste mētitur ab eo dictum, nempe quod sacramētum Ordinis institutum fuit à Paulo, quare nō hic rursus idem elatratuit in Paulum: quod illic rabidus elatratuit in Iacobum, se non crediturum Paulo, de sacramento Ordinis, etiam si esset Apostolus? Nam nullum Apostolum habere potestatem condendi sacramētum, id est promittendi gratiam cum signo visibili. Cur hic dissimulat istud nebulos, si Rex illud scriptis, quum illic se cohibere non potuit à blasphemia, ubi scriptis aduersus alios, quorū nescio, an id quisquam scripsit? Quomodo potuit Rex sentire, sacramētum ordinis institutum ab apostolo, quum toties aperte dicat, apostolos institutos esse sacerdotes à Christo? & tamen hoc eum dicere dicit pater Luderus qui toties mentitur se nunquam mentiri. Nū vides lector solers stratagema fugientis Luderis, quo fumum offundat, qui fugam tegat.

Lutheri tergueratio. Verba Lutheri. Sed non videt larua Thomistica, quid vel ego dicam,

dīcam, vel ipse met respondeat. Ego ordinem negavi sacramētum esse, id est promissionem & signum gratia adiectum, quale est baptismus & panis, non negavi, imo afferui esse vocationem et institutionem ministri & concionatoris, siue hoc siat, autoritate viuis Apostoli, vel pontificis sola, vel populi eligentis & consentientis simul nihil refert. Quanquam rectius siat populo eligente & consentiente, quomo do Apostoli Actuum 6. septem dracones instituerunt. Nam vt Paulus Titon iubet presbyteros ordinare, non tamen sequitur, solum Titon sua autoritate id fecisse, sed exemplo apostolorum, per suffragia populi eos instituisse, at quo pugnabunt verba Pauli cum exemplo apostolorum, Quæ vero de impositio ne manuum ad Ordinis sacramētum trahit, vi hinc mos est, tor dent pueri nihil ad Ordinis sacramētum pertine re, sed more suo papistico, sic è scripturis facit quod cunq; visiblē fuerit. Impositio manuum tunc erat quæ scriptura donatio visibilis spiritus sancti.

Vere nō vides larua Ludere, quid vel dicas ipse vel respōdeat princeps: neq; enim rex probauit tibi sacramētum Ordinis, esse tātum vocationem & institutionem ministri, & obcinatoris, sed tam vere sacramētum esse quam baptismus est, aut Eucharistia, idq; secundum tuam ipsius finitionem, hoc est vere conferre gratiam, cum signo sensibili. Sed neq; tu Ludere dixisti simpliciter promissionem gratiæ, cum adiecto signo sensibili sacramētum esse sicut nū te videri vis dixisse. Imo negasti plane promissionē vllam gratiæ factam à Christo cum adiecto visibili signo, sacramētum esse, nisi eadem promissio cum suo signo comprehensa legatur euidente scriptura. Hac in re tibi restitit rex. Hac in re te mentitum probauit euidente scriptura. Nam & omnia probauit à Christo instituta, verbo & facto, profus absq; there dis scriptura: nec omnia, quæ fecit Christus, esse ce, quid comprehensa scripturis: id vero probauit rex euidentissimis scripturis. At nec Ecclesiam in talibus errare posse fallīve, quatinus ad sacramēta spectat, id non euidentibus tantū scripturis probauit, sed euidentibus etiam rationibus, & ex tua confessione iacto fundamento, te pertraxit illuc, vt tibi necesse fuerit, etiā fati cætera, quæcumque tam obstinate negaueras. Et tamen ex abundanti probauit tibi in sacramento Ordinis, gratiam illam cum signo visibili patere quoque ex scripturis ipsis, ex quibus diuersa tibi loca protulit, apertiora quoque ex eodem apostolo, quam sit ille locus ad Titum: cuiusmodi sunt vñus aut alter ad Timotheum. Atq; ita hac in re rursus patet tua nescio imprudentior an stultior sycophatia, & stolidissimum effugium tuum, quo finis, quod impositio manuum tunc fuit donatio visibilis spiritus sancti, non collatio gratiæ: quasi non multis manū imposuerint laicis, dum eos ordinauerunt in clericos, quibus iam ante donatus fuerat in signo sensibili spiritus sanctus,

Quis ap tius Lu ther?

hic Lu ther dis ce, quid regi tecū non cōueniat.

Cōmētū Lutheri de impo sitione manū.

sanctus, aut quasi spiritus sanctus, adueniens in sensibili signo Christianis nullam secum gratiam conferat.

S E D & istud aequum stolidum est effugium: quum apostoli verba, quibus perspicuum est, ordinem fuisse collatum per episcopos, sic declinas, ut id fatearis quidem, ceterum non probari ex eo, quod episcopus ordinavit, ordinasse solum sine suffragijs populi, ne verba Pauli pugnarent cum exemplo apostolorum, instituentium diaconos, scilicet quia quum tales in cleru essent electuri, quibus dispensatio crederetur reru temporaliu, noluerunt ut si suu iure, ut absq; populo deputarent ipsorum loco, vietu cuiq; diuifuros diaconos, quia magis extra suspicionem fore videbant populo, quos ipse diuifores praetulisset: ideo scilicet pugnare cu hoc exemplo Paulus, si volebat Titu ut in prefigiendo presbytero spiritualium rerum ministro, conferret sacramentum Ordinis sine suffragijs populi, in eo loco, ubi cuiusq; merita nota essent ipsi, qui consecratur erat episcopo. Nam interdum, ubi id minus erat notu, permittebant episcopi populo, ut nominaret, quem censeret optimu: quae res magis erat commendatio quaedam virtutis, & probatae vitae

Dicitur
Lutheri
interpretatio de
exculo
apostolo
rum.

Vides Lu
tere, qua
nihil pro
dient co
mentum
tuum.
testimoniu, quam ius electionis. Sed hic dicit, nihil tua referre, siue ordinetur sacerdos au
thoritate unius apostoli, vel pontificis sola, si
ue populi eligentis & consentientis simul. Ec
ce, quomodo turpiter retro fugis. Nunquid in Babylonica scripsisti manifeste, nullo modo episcopum sine populo, posse sua sola autho
ritate facere sacerdotes: nec opus esse ordinati
onibus aut consecrationibus, vsq; adeo, ut hec
tua tibi verba Rex obiecerit?

Verba
Lutheri.
ex Baby.
*Si sacerdotes cogerentur admittere omnes aqua
liter sacerdotes esse, quotquot baptizati sumus, sicut
resera sumus, illisq; solum ministerium, nostro tamē
consensu, datum permisum nullum eis super nos ius
imperij, nisi quantum nos sponte nostra admittemus.*

H I S verbis aperte negas pontificem solu posse facere sacerdotem, nisi consensu vestro. Nam te quoq; eximis prorsus ordini sacerdotali, atq; ad numeros laicis, idq; in paucis verbis facis aperte septies, ut plane facias perspicuum te tibi sacerdotem non esse amplius. Nempe quia te ordinavit episcopus abliq; consensu laicorum, & adhibuit consecrationem, quam tu velut superstitionem execraris. Nam & ita scribis paulo post.

Verba
Lutheri.
*Negari non potest, Ecclesiæ olim à senioribus
fuisse rectas absque istis ordinationibus & consecra
tionibus, propter etatem & longum rerum usum, in
hoc electis.*

E C C E, quā aperte scripsisti dudu, Episcopū sine populo non posse sacerdotē facere, et ordinationibus aut consecrationibus opus non

esse. At nunc manifeste vietus, utrumq; fatearis falsum. Sed tamen addis, nihil tua referre: quā dicas. Tam impudens nebulo sum, ut mea nihil referat, quā aperte conuincar infaniae. Nam & istud quoque, quod in Babylonica scripsisti, & nunc repetis, ordinem esse tātum officium concionandi, Rex & ratione tibi sustulit, & euidentibus plane scripturis, ē quibus vnum locum ait, alterum vñum est com
memorare, ut videat lector, quā belle Luder
rus ludat in re tā sancta & seria. Sic enim scribit princeps.

O R D I N E M Lutherus negat sacramē- Verba
tum esse: & ritum tantum esse dicit eligendi Regis.

concionatoris. Nam qui non concionantur, nihil minus ait esse, quā sacerdotes: nec aliter sacerdotes esse, quā homo pīctus est homo: cōtra Paulū Apostolū, qui ad Timotheū scribens ait. Qui bene p̄sūnt presbyteri, duplīci honore digni sunt, maxime qui laborat in verbo & doctrina. Apostolus hic manifeste docet, quā p̄cipue duplīci honore digni sunt, qui quā presbyteri sunt, laborat in verbo & doctrina, tamen & qui hoc non faciūt, non solū esse presbyteros, sed & bene p̄esse posse, & duplīcem quoque honorem promerer. Alioqui non dixisset, maxime qui laborant in verbo & doctrina: sed solū iij, q; laborat in verbo & doctrina. Præterea ne possit dicere Lu
derus, id quod dicit, officium sacerdotis erga populum, nihil esse nisi p̄dicare. Nam missas inquit, cauere, nihil est aliud quām communica se ipsum, hoc inquam (vt appareat) quām falsum sit, rursus audiamus apostolum. Omnis inquit, pontifex, ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quāe sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. An non apostolus aperte declarat, etiā p̄tificis officium istud, ut pro hominibus offerat sacrificium Deo? Quod quām scribat, quām Hebrei, tamen Christianis, quos nolit iudaizare, datum est loqui de Pontifici legis vtriusq;: atq; ideo, bis Lutherum suo premere testimonio. Nā & missam docet esse sacrificiū, & offerri pro populo, quā ecclesia nullū offereat aliud, & docet offerendi officiū, p̄cipue partē esse muneris pontificij. Et certe nisi falsum esset, quod dicit Lutherus, facile videtis consequi, ut quām nemo nisi sacerdos possit consecrare corpus dominij, si ē tot sacerdotum nullibus, qui concionari nesciunt, nullus vere sacerdos est, sed tantum vocatur equi
uoce, quemadmodum homo pīctus vocatur Ex opinione Lu
theri ple
rosq; oēs
Christia
nos esse
idolola
tias.

missam
& sacrifici
ciū & ob
lationē
esse.

C V R hæc omisit Lutherus, quibus tā aper
te probat Rex, ad sacerdotis officiū p̄cipue
pertinere ut in missa pro populo sacrificet:
quā cōtentat iste nec in missa fieri sacrificium,
nec sacerdotium quicquam esse, nec pon
tificium,

Quoties
Luther
vis tibi
soluit?

THOMAS MORVS

Propriū
officiū
sacerdo-
tis.

Verba
Regis
Paul' de
sacerdo-
tio.

Apostol.
Paul' de
sacerdo-
tio.

Quomo-
do fieri
sacerdo-
tes olim.

Sacerdo-
tiū nec
noua rē
esse nec
ignotam
ecclesīæ.

tificium, nisi dumtaxat ritum eligendi concionatoris: nec istud pudet effrontem blaterare, quum clare videat, solos ab initio vsq; sacerdotes consecrati, concionatos vero nonnunquā qui non fuerint sacerdotes, id quod in Actis Apostolorum constat, fecisse beatum Stephanum non sacerdotem, sed diaconum, vt manifestum sit, maximie proprium sacerdotis officium, in eo situm esse, vt pro populo conficeret. Sed adijeciam ex libello Regis locum alium.

S I Laicus quisque æqualem habet potestatem cum sacerdote, in quocunque sacramento, & ordo sacerdotij nihil est: cur ita scribit Apostolus Timotheo? Noli negligere gratia, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterij. Et alibi ad eundem? Admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ in te est, per impositionem manuum mearum. Iterum. Nemini, inquit, cito manus imposueris, neq; communices peccatis alienis. Denique hunc in modum Apostolus scribit ad Titum. Huius rei gratia, reliqui te Cretæ, vt ea, quæ desunt, corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego dispositi tibi. Habes nunc lector semel sub oculis Apostoli pauca loca, & non multa verba: quibus inter se collatis, facile potes reprehendere falsa fictaque esse omnia, quibus tam in ordinate Lutherus debacchatur in ordinem. Nam

quos dicit populi consenserit, Paulus ostendit fieri ab Episcopo, quem in hoc ait se reliquise Cretæ, vt oppidatim presbyteros constitueret, nec tamen temere, sed sicut ipse praefens disposuerat. Vides impositionis manibus fieri sacerdotem. Et ne dubitari possit, simul conferri gratiam, vides illam manuum impositione collatam. Resuscita, inquit, gratiam; quæ data est tibi per impositionem manuum mearum. Et illud quoque. Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterij. In ijs te exerce. Miror igitur non pudere Lutherum, quum negat sacramentum ordinis, haud ignorans in manibus omnium versari verba Pauli: quæ doceant, non nisi à sacerdote fieri sacerdotem, nec sine consecratione fieri, in qua & signum adhibetur corporeum, & tantum spiritualis infundatur gratia, vt is, qui consecratur non solum accipiat ipse spiritum sanctum, sed etiam ut testatum conferendi alijs. Nouū vero qui potest esse, de quo sribit apostolus? Quonodo ignoratum Ecclesiæ, quod in omnibus Christi legitur, & nunquam nō legebatur Ecclesijs? Quibus ex rebus, manifestum est tam multis, quæ tanta cum confidentia, pro compertissimis Lutherus eblaterauit in ordinem, ne vnam quidem syllabam fuisse verā, per malitiam ficta falsaq; omnia.

V E L ex his particulis vides lector, quam scitè tractet Luderus sacramentū ordinis, qui quæcunque non valet soluere, tacito præ-

rit omnia. Sed tum videlicet, tractabit accuratius, postquam redierit ab eiusculo biblio. Cu- Lutherū
pio mediussidius idem vt tractet denuo. Nam ea quæ sic tractauit hactenus, vt mihi spem indubiam tractat in peius e- prebeat, quo rem tractarit sepius, eo fore, vt medare. multo tractet insanius.

REFELLIT EA, QVAE LV-
therus iterum timide tangit, &
stolidē de matrimonio.

CAP. XXVI.

ET quid dicam? nomen sacramenti quidē Verba
intelligere voluit, quod euidenter ostendit, Lutheri.
quum locum Pauli Ephes.5. tractat de ma-
trimonio, quem Paulus de Christo et Ecclesia ponit,
dicens: Sacramentum hoc magnum est, ego vero di-
co in Christo & Ecclesia.

I M O Luderus ludere maluit quād in- Luderus
telligere, quæ rex in illum scripsit locum: nisi Luderū
quod verius puto, maluit suo more dissimula- agit.
re stolidē, tanquam ipso rem prætereunte si-
lentio, nemo locum posset è regis libello lege-
re. Quem locum lector quum legeris, ibi de-
mum senties eam rem, sic esse tractatam à Re-
ge, vt non sit mirum, nihil reperire Luderum,
quod hic respōdeat. Atq; ideo præteriisse, qua-
si nihil esset dictum.

Neque enim scriptura patitur, vt matrimonium Verba
sacramentum dicatur, quum sacramentum vñ to- Lutheri.
tius scripture significet, rem secretam & absconditam, quam sola fide consequi possit. Matrimonium autem adeo non est res abscondita, aut fide percep-
ta, vt nisi palam ob oculos fiat, matrimonium esse
non possit, cum sit copula maris & feminæ externæ
& publica professione & conuersatione confirmata.
Sed nihil mirum, Thomistæ asinos sic delirare,
apud quos nihil neque sani neque recti Deus esse
voluit.

Q V I D hic dicam lector? Ego me plane fateor hic insanire maxime, si non hic Lude- Sacra-
rus insaniat. Sacramentum, inquit, significat mentum rem secretam & absconditam, sed matrimo- quid sit
nium non est res abscondita, ergo matrimoniu Lutheri.
non est sacramentum. Domine doctor, per ve-
stram fidem, imo per infidelitatem vestram,
per quam regulam tenet ista consequentia:
quum in præmissis mutatur copula à signifi-
care ad esse, nisi vocabularij vestri vobis dicūt
quod hæc duo verba, Sum & significo, idem
significant. Alioqui si valet illud argumentum
similiter valet & hoc. Omnis homo sedet, sed
Luderus non currit. Ergo Luderus non est
homo. Domine doctor, quo peregrinatur ani-
mus vester, quum sic delipitis? an hæreticos?
Deus percellit insaniam? Sacramentum significat
rem secretam & abditam, esto. Matrimonium
non est res secreta nec abdita: quid tum po-
stea? Nec

stea? Nec sacramentum dicas esse rem abditam sed significare rem abditam. Dic igitur eodem modo, Matrimonium non significare rem secretam, nec abditam, & ex eo conclude, non esse sacramentum: sed tunc mentiris in minore. Nam sicut baptismus corporis, significat ablutionem animæ, sic matrimonium significat coniugium, inter Christum & Ecclesiam. quæ res est, opinor, abdita & secreta, licet sacramentum, id est eius signum, sit sensibile, sicut ablutionem animæ est res abdita & secreta, licet eius sacramentum, id est signum sacram, signum sit sensibile. Dicite, quæso Domine docto, nunquid hoc saltē loco vos fatemini tam stolidē plane scribere, vt nullus asinus vel Lute potuerit stolidius rudere?

ri desin

Matrimoniū **ele sacra** **mentū**
Verba **Lutheri.** *Quanquam ego hoc vulgato ysui dedi, vt Sacra-
menta vocent, que porius signa visibilia sunt.
Tantum negauī, in scripturis Sacra-
menta vo-
cari.*

Stupida **Lutheri** **oblitio.**
DE VS bone, quantus stupor est in isto stipite, qui in hac vna breui periodo, bis insani? primum, ait ista, quæ vocantur sacramenta, potius esse signa visibilia. At cū iam proximo prius versu dixisset sacramentum significat rem arcanam, & absconditam, quero, de quo sacramento dixit illud? De baptismo ne dixit, & Eucharistia? Sic opinor. Nam illa sola fatetur esse sacramenta. At de re significata, non loquitur, vt pote de ablutione animæ. Nam illa non significat rem abditam, sed est ipsa res abdita. Sacramētū igitur, de quo loquitur, quod significat rem abditam, est in baptismo ablution corporis, in Eucharistia species panis & vini. Quæso te nunc Ludere, an non & illa sunt signa visibilia? tam hercle sunt, quam matrimonium. Quid ergo tibi vis insanissime, quū velut per somnium stertis, ea quæ tu negas esse sacramenta, potius esse signa visibilia: quū nihil potius sint signa visibilia, quam ea ipsa, quæ tu concedis esse sacramenta? Non dubito quin Luderus quum legerit hæc, dolitum sit homini, quod semisomnis scripsiterit tam de lyra somnia: sudabit satis, & omnem vertet la pidē, si qua reperire possit aliquid, quo tantam saltē palliet recordiam. Gestio profecto videre, quem pannum purpure tanto prætexat viceri. An (vt est impudens) simulat se tatum definire sacramēti vocabulum, quum dicit, sacramentum vsu scripturæ significare rem abditam, & sic locutum esse, tanquam diceret, homo semper significat quiddam rationale. Et ita sacramentum vsu scripturæ semper significat rem absconditam, sed matrimonium non est res abscondita, matrimonium igitur nō est illud, quod vsu scripturæ vocatur sacramentum. Si fingat Luderus istud, ita se tuebitur, quomodo si quis sic declinet istum, callidus, ut capite repellat à brachio. Quid enim finget illo commento stolidius? Nam vt verum est,

nullum esse sacramentum, quod non aliquo sensibili signo designet rem secretam, ita verum est, nullum illorum signorum significare perpetuo rem secretam, sed eorum vocabula communiter significare dūtaxat illas ipsas res, quæ sunt aliquando signa rerum sacrarū. Nam & ablution, quatenus sacramētū, significat rē abditā, nempe lotionē animæ, tamen communiter id non significat, nec eius vocabulū communiter designat sacramentum. Quid est enim communiter ablution, aut baptismus? aliud ne quā quælibet lauatio corporis? Quamobrem si se putet hac stropha Luderus elapsurū, plane labetur in latrinam. Nam si sic nobis argutetur dominus docto, sacramentum scripturarū omnium vsu, significat rem secretam, atque abditam, sed matrimonium non est res secreta nec abdita, ergo matrimonium non potest esse sacramentum: opponam domino doctori argumentum isti simillimum, hoc pāto. Sacramentum vsu scripturarum omnium significat rem secretam atque abditam, sed ablution vel baptismus non est res abdita: & species panis & vini non est res abdita: Imo quia dominus docto irridet speciē, neque panis, neque vini sunt res abditæ, ergo neque baptismus, neque species panis & vini, neque panis & vini, possunt esse sacramenta. Inueniat mihi dominus docto, solutionē huius argumenti mei, & simul inueniet solutionē sui. Defendat se dominus docto, qui hactenus verbo salte cōfessus est, illa duo esse sacramenta. Certe nisi volet illa duo tollere quod plane conabitur aliquando, imo re ipsa iam diu fecit, fateri cogetur ista rationē suam nihil habere rationis. Quin fateri cogetur ex ipsius assumpto Ex Lutē matrimonium verum sacramentum appellandi assūdum esse, potius quā baptismum ipsum. Nam p̄tmatrī ablution neque rē abditam significat, nisi quā tenus sacramentū est: neque semper sacramētū fuit, neque nunc semper est. Matrimonium autem ab initio fuit sacramentum signum rei sacratissimæ.

Nec minus insanū est istud, quod ait te nihil aliud quā negasse, quod matrimonium, & cetera sacramenta quæ dānas, sacramenta vocētur in scripturis. Siccine Ludere ludis tandem? nihil ne negas amplius? paulo antē negasti, le se cā, quod sint sacramenta: nunc nihil negas, nisi stiget, quod vocentur sacramenta in scripturis. Soluta est igitur ista lis, & tota causa celsisti, nisi q̄ contendat illa sacramenta omnia vocabulo sacramenti vocari in scriptura sacra. Sed quæso te, quis vñquam tibi mouit illam item? Quis id cōtendit vñquam? Olim negasti veteres Ecclesiæ patres, ordinem vocasse sacramentum. Rex te vetutissimorum testimonio probauit esse mentitum. Nunc velut rem magnam profers, quod saltē scriptura ea non vocat sacramenta. Hui quam validum iecisti telū. Profer obsecro scripturā sacrā, quæ baptismū vocet sacramētū vocabulo. Profer, quæ sic vocet V. Euchari.

Qualiter
Luther
se tueatur

THOMAS MORYS

Eucharistiā. Inuenies opinor, in scriptura nūlum sacramentum, vocabulo sacramenti nominatum, præter istud vñū, quod stolidē nūc oppugnas, matrimoniu. Audit̄ in vñquā quēquam lector, in re tam sancta & seria, tam impudenter stolidēq; nugantem?

SCITE ET IOCVNDE TRACTAT
ea, que Lutherus velut summam rerum sicut
rūliter aggesit in fine.

CAP. XXVII.

Verba
Lutheri.

Summa rerum hæc est. Totus liber Henrici nūtūrū hominum verbis & vñs seculorum, nullus Dei verbis, neq; vñs spiritus, vt ipsem fateri cogitur. Contra, summa eārum rerū est, verba hominum & vñs seculorum, vt tolerari & teneri possint, si ubi non pugnant scripturis sanctis, tame articulos fidei, & necessariam obseruantiam non facere. Si itaq; rex Henricus coniunctis omnī Thomistārū, papistārū, demonū, & hominum viribus & studijs poterit ostendere necessariam humanorū verborum obseruantiam, vñctus est Lutherus suo ipsius iudicio & confessione. Nam tum demum articulos fidei habebō, quicquid vel Thomistā iussi. Si non poterit, vñctus est Lutherus. Quid enim aliud voluit? Neq; enim si mille millies libros scriperint contra me, aliud à me postulare poterunt.

Summa
libri Lu-
therani.

Summa
libri Re-
gis.

Quā ini-
Lutheri. Quid enim aliud vult? Nam qui cō-
quis sem-
tra illum scribunt, etiā si mille millies libros
perfuerit scribant, nihil aliud ab illo postulaturi sunt,
Luther. quā vt audiat, quid ei dictum sit, & meminerit
quid ipse dixerit, quorum haec tenus ab eo neu-
trum quisquam impetrare potuit.

Verba
Lutheri. Neq; enim ego quero, quid Ambrosius, Augusti-
nus, concilia, & vñs seculorum dicant. Non (inquit)
disputo, quid à quoquam dictum, vel nō dictum, scrip-
tum vel non scriptum sit, sed an hoc dictum & scrip-
tum necessarium sit seruatu, an sit articulus fidei,
an liget conscientiam.

Nemo est (opinor) qui ideo tibi vel Ambro-
sium opponat, vel Augustinum, vel sanctorū

quenquam, vel concilia, vel synodos, quia nesciat, quam arroganter & stolidē cōfēnas omnes præ te, sed quia munire populum salutari student antidoto, cōtra furiale venenū tuum.

Nam quum videant contra tuam sententiam, stare pro sacramentis ecclesiæ, non vnum aliquem veterum, sed vniuersos, dubitare non possunt, illam fuisse publicam fidem Ecclesiæ Catholicæ, quæcunq; vñquam fuit in terris ecclie vere catholicæ. Quam tua confessione probauit rex in sacramentis falli, atq; errare nō posse. Præterea, quā tu fatearis ibi adesse Chri-

stū vñbīcūq; sint duo vel tres congregati in no-
mine eius, facile sentit populus, nihil tibi mé-
tis esse, quum illinc disputas abfuisse Chri-
stum, vbi congregati sunt in nomine Christi

ducēti vel trecenti, ijdemq; ex eruditissimis,
atq; vñdecunq; sanctissimis. Quamobrem satis
intelligit populus, ecclesiam catholicam, etiā si
non facit articulos fidei, probare tamen & do-
cere veros articulos fidei, sicut probat et docet
quodnam sit euangeliū, etiā si non faciat euā-
geliū. Non igitur dicit quisquam, verba totius
ecclesiæ esse à qualia verbo Dei, sed Ecclesiam
docere, quod sacramenta sibi tradita sunt per
verbum Dei, in quo discernendo, tu quoque

Ludere fallis es, eam falliri non posse. Atq; ita
semper tua confessione constringeris, pre-
sumtum quum tibi probatum sit, non hodie tantū
hoc sentire ecclesiæ, quam tu vocas papisticam
qua tamē reuera est ecclesia catholicæ, sed idē
sensisse semper, quæcunque vñquam in terris
fuit ecclesia vere catholicæ. Quā res patet &
conciliorum decretis & sanctissimorum con-
sensu patrum, locis ac temporibus tam diuer-
sis, idem tamen constanter sentiētum, vt quā
illis vñiuersis vñus dissentias, nihil aliud facias
quam stultitiam tuam impiam atq; impuden-
tem traducas.

Nec fuit opus mihi Hērico rege magistro, qui me Verba
hec doceret, qui adeo pulchre ea nouerim, vt etiam Luther.
impugnarim, vt miranda sit stultitia Satana, que Verū 218
scriptus me impugnet, que ipse impugno, & perpetuo
scriptis enim
principium petit.

I MO opus est tibi, Henrico rege magi-
stro, qui te ista dedoceat, quæ rex te tuus do-
cuit Satanás, qui vere Rex est super oēs filios
superbiae, qui te sic infatuat, vt perpetuo te-
met insciens impugnes ipse, nec vñquā tibi cō-
stes, sed aliud itans, aliud sedens sentias. Nam
quod ais, eos qui tibi sanctos patres opponunt,
& concilia, perpetuo principiū petere, tu per-
petuo surdes, quia tibi non liber audire. Nā
si villa vñquā ecclesia vere Christiana fuit,
illa certe fuit, cuius fidem testantur scripta san-
ctorum patrum, eam fuisse, quam tu nunc im-
pugnas. Quamobrem quām tute fatearis Ec-
clesiam in dijudicando Dei verbo falli non
posse, & tamen dicis eandem, quæ tam diu-
dicauit sacramenta per Dei verbum initio
tradita, falsam esse, perspicuum etiā pueris est,

&c. to

& te mentiri falso, & tecū pugnare turpissime.

Quid regi cum Lutherō cōueniat quid nō. Quomo. do rex pri-
cipium.

Lutheri
in dispu-
tando
mos.

Præterea quqm de scripturæ sensu surgit quæstio, quum tibi cū rege conuenit, quæ sit scriptura: sed in eo dissentit abs te, quod ait te male interpretari scripturam: nec eam id significare, quod tu cōtendis: hic vero videtur tibi ridicule principium petere, si pro sua sententia suffragatorē alleget vetustissimū quenq., ac sanctissimū, ex antiquis patribus, qui nec illius gratiā potuerūt aucupari, nec odisse te, propte rea quod tot seculis ante mortui sunt, q̄ te terrimā pestē, in terras Orcus euomeret. Qui sic principiū petit, quā ridicule ridetur abs te? nō hercle minus ridicule, quā si quis demonstraturus conclusionem Geometricam, primū abs te petat vt cōcedas dimidiū minus esse suo toto, deinde, quū tu aut tam stolidus sis, vt id nō sentias, aut tā impudens, vt prudens neges: ille tētuae relinquens stultitiae, nihil minus pergit illud sibi postulatū sumere, atq; ex eo deducat reliquū. Iam si tu recurras denuo, ac mille nugeris ineptijs, illū nihil demonstrasse, sed vitiosissime principium petere, & ex eō rem deducere, quod tu initio negaueris, atque ibi sardonio risu, rictum caninum distendas, & iactes eū p̄bare negatū per negatū, quid aliud faceres, quam quod facis nunc, vt te tam stolido risu, pro stolido ridendum proponas.

Verba Lutheri.
Imo ille
pro Dei
sermone
tu proli-
cētia sce-
tus, & misera-
bilis defensor captiuitatis Babylō-
lerum.

V T semper audit egrē Luderus, quicquid ei non est commodum. Nam quoties eum docuit princeps, ab Ecclesiæ parte libertatem esse, & omnia tuta. Contra vero, ab ipsis parte captiuitatem & periculum summum, atque istud probauit, etiam iacto fundamento ab ipsis Luderis confessione. Sed si quis illud illi rursus inclamet ad aures, non magis audierit ebrius Lutherus, quam Fūsus ebrius olim, dū Ilionem obdormit catenis mille ducentis, Mater te appello clamantibus. Verum dormiat ille, vel (quod solet) altum stertat vigilans. Tibitamen lector, locum recenzebo rursus ex libello principis, quem quum audieris, dubitate non poteris ex vtra parte stet captiuitatis periculum.

A T Lutherus ipse fatetur, nihil esse periculi, si quis hac in re sentiat, quod tota iam sentit Ecclesia. At contra, tota Ecclesia cēset hęreticum esse eum, qui sentiat cum Lutherō. Non debet ergo Lutherus animare quenq., cui bene cupit, vt secum sentiat, cuius sententiam tota condemnat ecclesia. Sed debet his suis amar, vt accedant illis, quos

ipse quoque iudicat in nullo versari periculo. Hoc Lu-
Falsa est ergo ista Lutheri via, contra publicā there, si
fidem, non huiusmodi temporis, sed etiā æta- lapis, sua
tum omnium. Nec liberat captiuitate creden- de ijs,
tes ei, sed educens ē libertate fidei, hoc est loco quo cha
sancto (quod Lutherus ipse fatetur) captiuat ros habes
in errorem, ducēs in præcipitiū, & vias iniicias,
incertas, dubias, eoque plenas periculi: & qui amat periculum perit in illo.

In fine si quem offendit mea in regem asper- Verba
tas, hoc sibi refonsum habeat. Cum insensatis mon- Lutheri.
stris me hoc libro agere, qui omnia mea optima &
modesta scripta, tum humillimam meam submissio- At præ-
nem contempserunt, & magis ex mea modestia in- ter te ne-
duruerunt. Deinde a virulentia, & mendacijs ab- ista tuā
flui, quibus liber regis resertissimus est. Nec mag- modestia
num est, si ego regem terre contemno & mordeo, Hoc tu
quando ipse nihil veritus est, regem cœli in suis ser- Luther
monibus blasphemare, & virulentissimis mendacijs
prophanare.

E X tot mendacijs, ex tot blasphemis, vñū saltem proferre Luderus exempli loco debuerat, maxime ne quis vere illud imputet ei, quod ille falso prius imputauit principi. Quem mentitur, nullum Lutheranæ repugnantæ locum indicasse, quum indicarit plus decem.

Cæterum illa proferat Luderus, quum vacabit. Sed interim Luderis mendacissimas in

Deū blasphemias, efficit princeps, ne quis omnino nesciat, nisi qui non legerit, aut sit talis omnino, qui aquam non reperiatur in pelago.

Nam & aperte (id quod Rex ostendit) omnes talis erat
blasphemat sanctos, quicunq; scripturam sacrā Lutheri
scriptis illustrarunt suis. Blasphemat Aposto- temper
lum Iacobum. Blasphemat apostolum Paulū. lenitas.

Christi blasphemat Ecclesiam. Blasphemat sa-
cramenta Christi, quæ tanquam hominum in-

uenta cōtemnit. Blasphemat ipsum Christū, cuius sacramentum primum & cæterorum ia-

nuum, non aliud fere facit, quam securam in facinus omne licentiam. Blasphemat spiritum

sanctum, cuius doctrinam totam velut men-

darem, quoad potest, priuat fide, quamcunq;

docuit sine scriptura. Totam denique blasphe-

mat trinitatem, in cuius inflexiblem volunta-

tem, refert ineuitabilem scelerum omnium

necessitatem.

Iam illud, quam ridiculum, quod excusat se,

ne videatur scilicet nimis inclementer morde-

re principem. Ego profecto non dubito, regē

illi facile morsus omnes cōdonaturū. Quippe

qui verū videat illud esse Senecæ: Raro mor-

det canis, qui latrat. Latrabit profecto Luthe-

rus æquiparat Cerberum, morsu vix culicem.

Verum quid nil latret strenue, vir videlicet op-

timus & modestissimus, quando cum insenfa-

tis (vt ait) agit monstris, que non sentiant

eius omnia scripta esse ipsius vnius preconio

optima, & modestissima, id est, hæresibus &

blasphemis tam inflata, quā nullū vñquā vtrē

quisquā inflauit vento. Quæ mōstra indurue-

Luther
latrator
magis
qua mos
dax.

THOMAS MORVS

qualis sit
 Lutheri
 submis-
 sio.
 Depictus
 ex suis
 virtutib.
 Luther.
 runt, etiam ex illius humillima submissione,
 qua sic se submisit fraterculus vicario Christi,
 quomodo Iudei se submiserunt Christo, qui
 datus alapis flexerunt genua, clamantes per lu-
 dibrium, Ave rex Iudaeorum. Verum a menda-
 cijs & virulentia, prorsus abstinuisse se testatur
 ipse, cui nihil est aliud in calamo, quam calum-
 niæ, mendacia, sycophantiae; cui nihil est aliud
 in animo, quam virus, tumor, inuidia. Qui nihil
 in capite concepit præter stultitias, furores,
 amentias. Qui nihil habet in ore, præter latri-
 nas, merdas, stercore. Quibus fœdius & spur-
 cius, quam vllus vñq scurrat, quorūne-
 mo repertus est vñquam, prærer istum, iā sto-
 lidus plagepatida, vt sibi sterlus in os conijec-
 ret, quod alij spueret in sinu. Quamobré qui
 sit huiusmodi, nihil miror si nunc indignus
 habeatur, quo cū quisquā disputet. Certe quā-
 doquidē totum se deuouit inferis, & obdura-
 uit in schismate, nec vñquam decreuit hæreses
 recantare, statuere tamen secum debet aliquā
 saltem, vt habeat ciuilis honestatis rationem? Hoc etiā
 eius lau-
 tistæ, quam vilis in heretico scurræ. Quod si
 quando volet, si disceptabit serio, si mendacia
 sua recantet, ac sycophatias si abegerit stulti-
 tias, furores & haec tenus nimium familiares fu-
 rias, si merdas suas resorbeat, & sua relingat
 stercore, quibus tam fœde linguam suam, ca-
 lamumq; conspurcat: non deerunt, qui de re
 graui gravioriter, quod decet, differant. Verum si
 ad istum, quo cepit, modum scurrari perget, &
 furere, si grassari calumnia, nugari stultitia, in-
 fanire dementia, scurrilitate ludere: nec aliud
 in ore gestare, quam sentinas, cloacas, latrinas,
 merdas, stercore, faciant quod volent alij, nos
 ex tempore capiemus consiliū, velimus ne sic
 bacchantē ex eius tractare virtutibus, & colo-
 ribus suis depingere, an furiosum fraterculum
 & latrinarium nebulonem, cum suis furijs &
 furoribus, cū suis merdis & stercoribus, cacan-
 tem cacatumq; relinquere.

PERORATIO OPERIS, IN QVA MVLTA PIE, INGENIOSE, ET DOCTE, NEC MILES nus amane tractantur.

Cū Cre-
 tesi Cre-
 tizandū,
 vt est in
 prouer-
 bio.
 Fama Lu-
 theri fu-
 tura.
 IHIL vereor optime
 lector, quin æquitas tua
 facile condonet mihi,
 quod hoc in libro toties
 ea leges, quæ tuus op-
 nor auersetur pudor. Mi-
 hi profecto nihil potuit
 accidisse molestius, quam eo necessitatibus adigi,
 vt quicquam honestis auribus ingererem, quod
 verbis dishonestis offenderet. Sed nullū
 vitadi fuit effugii, nisi decreuissim (quod p-
 quā obnixe contendera) Lutheri scurrilé li-
 brū prorsus nō attingere. Alioqui si respon-
 dendū omnino fuit homini ad intendēdas ca-
 lumnias excubanti, nec omitti quicquā de-
 cuit, quod ille scripsisset, nec mutari verba li-
 cuit, quū rerū nihil subfasset: nec honeste re-
 citari valuit, quod inhonesto scriptum esset.
 Postremo, qui fieri potest, vt q. scurriles eius
 sycophantias refellere suscipiam, nebulonis
 impuri verbis impurissimis pure putoq; re-
 spondeā: Nam is eo modo rē tractat, vt pla-
 ne se declarat meditari secū, immortalitatis
 quoddā genus absurdissimū, eaq; iā ceepisse
 perfui, & totus esse, versari, viuere in huius-
 modi sensu & titillatione gloriole, q. futurū
 presumat post aliquot adhuc etatū myriadas
 vt recordentur & loquantur homines, fuisse
 olim aliquando apud seculum prius nebulo-
 né quēdā, cui nomē Luthero fuerit, qui quū
 cacodæmones impietate vicisset, vt dignis

emblematis ornaret suam sectā, picas garru-
 litate, lenones improbitate, prostibula obsco-
 nitate, scurras omnes scurrilitate superarit.
 Qui id studuerit, curarit, effecerit, vt velut
 philosophorū sectę ex ipsis habet vocabula:
 & Gnato meditatus sit parasiti itidē, vt Gna-
 tonici vocentur, sic absurdissimū genus ha-
 reticorū impietatis, scelerū, spurcitięq; collu-
 ties, appellantur Lutherani. Nā queso te le-
 tor, quod vñquā genus hereticorū tā absur-
 dū fuit, vt cōparetur isti? Quod vñū nihil nō
 renouat earū hæresum, quas suis quāq; tépo-
 ribus christianus orbis olim dānauit, oppres-
 fit, extinxit: quarū oīm cineres iste fax infer-
 ni denuo semel accendit. Qui quū ipso facto
 prætendat pietatem, vt doctissimorum vi-
 rorum libellos præteream, qui hanc perso-
 nam, fuctiūq; ab ore improbo reuulsere, si ré
 ipsam spectes, arborem lector facile ex eius
 fructu cognosces. Nam si memoria tecū re-
 uolueris, ab ipsis Christianismi cunabulis, ve-
 teres ecclesiæ proceres, videbis lector vt qe-
 quā ab illis sanctissime cultum est, ita ab Lu-
 therani istis maxime haberí cōceptui. Quid
 olim tanta veneratione celebratū est, quā sa-
 crosanctū sacrificiū miss? Quid ab ipsis por-
 cis ita feedatū est, & conculcatū, & paulomi-
 nus abolitū? Nam quod vñū adhuc in quoq;
 templo sacrū seruant, (quod ipsum suis im-
 pietatibus polluūt atq; prophanat) qui neq;
 sacrificiū esse cōtentāt, neq; populo quicquā
 prodesse

Lutheri
 in mis-
 tumelia

Lutheri
de preci-
bus opi-
nio.

Isti ho-
mines
malūt in
peiorē
partem.
peccare.

Lutheri-
ni simi-
les Tur-
carū fa-
ctioni.

prodesse prædicent: an non viam sibi struūt, qua propediē etiam ipsum vnum, quod reliquerunt, sacrum eliminēt? Iam preces quāti faciant, vides, qui non solum eiecerūt horarias, sed illas etiam vniuersas, quas iā inde ab initio in defunctorum subsidium perpetuo decātauit ecclesia. Qua in re, quis nō abominetur immanitatē tantam? Nam si (quod illi falso cōtendunt) maxime foret ambiguū, vtrum preces viuorū defunctis cōducērent, tamen quā inuidia fuerit pios affectus exercere, & periclitari preces, in quibus, vt dubius es, an fortasse prodesse, ita certus es, q, nocere nō posses: quid olim religiosius habitū est ieuius? quid exāctius obseruatum quadragesima? Nunc isti tandem homines spiritu perfecti, ne diem à die dijudicare videātur, omnē diē dedicant bacchanalibus. Quis nescit olim, quo in precio fuerit continētia? quām ſeuere mandata fides cōiugalis, quām probata veteribus viduarū castitas, quā aſidue, q, accuratē laudata virginitas? Atq; hæc omnia autore ipso Christo. Nunc Antichristus iste pudicitia fere prorsus omnē ſuſtulit. Sacerdotes, monachi, Deo dicataꝝ virgines, aūspice diabolo, in ecclesia malignatiū legitiſtū nomine coniugū magna cū pōpa de monū, nepharias célébrauit nuptias, & ſedus fidēq; q, vel homini paſtā, nemo nifi malus violat, violare nō metuunt paſtam Deo, ſecuri videlicet nuptias indulgent Luthero, qui numerosas ſimul vxores etiā (quā ſolam vocat digamiā verā) incipit oſtēare. Propediem haud dubie confirmatur, vbi virorū cuneis ſatis ſe munierit aduersus mulierum turmas. Interim vero, quo gratificetur & illis, quā multis, quā faciles aperit exitus in Babylonica, quibus liceat à matitis abſedere, ſi qui ſoluendo non fuerint in cōiugali debito nifi maritus ipſe tā equis ſit, vt cōdūcat alio cunde vicarium, qui ſua vice fidéliter ſoluat vxori. Atq; hæc, quā non impia modo ſunt, ſed tam inepta quoq; vt videri poſſint a me deprauata per iocſi, videbis lector in Babylonica, ſic ab illo cōfirmata ſerio, vt ſatis mirari nō poſſis, vſquā inuenire quenquā quē nō impene pudeat appellari diſcipulū, tā abſurdi prorsus inſaniq; magistri. Sed magnus in malum ſtimulus eſt ſpes libertatis & licētiaꝝ, quā quū altera manu protenditur, altera intētatur metus, nā neq; quicq; eſt Lutheranis violētius, quid miri eſt, ſi ijsdē artibꝝ promouet ſe ſecta Lutheri, quibus inualuit, atq; inualeſcit indies, nō abſimiliſt iſti ſecta Turcarū? ſi nō & Turcas ipſos iſtorū vincit impie- tas. Nam hoc plane conſtat, nusquā tāta cū

contumelia vexatas eſſe sanctorum imagi- Cōtume-
nes, quanta vexantur indies ſceleratissimis liꝝ Lute-
digitiſt iſtorum nebulonum, qui non veren- ranorū
tut eas nō modo e ſanctissimis ſedibus di- in diuos
uellere diuulfas abiecetas, pterere, ſed
ipſos.

& protritis quoq; & conculeatis, per omne ludibriū & contumeliaꝝ genus iuſtare. Atq; hæc Lutherus aspicit latuſ in diuorum effi- gies patrari (quorum honores & cultus om- nes tollendos eſſe censet e medio, ceu nocē- tissima ſcādala) quū interīm circumferri atq; adorari gaudeat venerabilem ſcilicet imagi- nem ſuam. Sed quoniam diuīs omnibus im-

Pietas
pietatē ſuam conſcius videt inuiſam, eorum Lutheri.

viciſim omnīu venerationi atq; honoribus inuidet. Deiparam virginem venerantur & Turce, cuius nec nomen ferre ferunt Lutherani. Nam qui ferre queant honores Mariæ, quādo Christi quoq; crucifixi ſanctissimam imaginē, ſceleratissimi ſcurrē cōſpergūt obſcenissimis exurendorū corporū ſuorū ex- crementis? Hi ſunt iſtius ſecte ſpiritales fru- etus. Huc rādē creuit Lutherana pietas. Cu- ius hereticoſ ſceleribus, vniuersis vna patro- cinate impieatas, qua ſe videri volūt, & di- putat necessario tales eſſe, tanq; in quodlibet facinus impellat homines, certa & destinata volūtas Dei. Dubitas, dubitas inclita Germa- nia, qui talia ferunt ſpiritalia, qualia ſint ali- quando mēſſuri carnalia? Quid nūc, vt au- dio, male ſe proferunt cardui, et incipit Deus ostendere, quo paſto probet iſtam ſectā, quū ſacerdotes, qui ducunt uxores, non alijs cō- iungi ſinunt, quam ſcoris publicis. Et quos le- gitimo coniugio vetuit copulari quondā, ni- fi purissimis virginibus, horū nūc inceſtas & ſceleratas nuptias non patitur coaſcere,

nifi eū ſpurcissimis proſtitulis. Quid quod paſsim ſponsos tales miſera primū traductos infamia, dein morbis, inopia, & egelate per- ditos, paulo poſt ad latrocinia dilabētes, pub-lico deum punit ſupplicio? Atq; utiā in- tra ſecem iſtam ſiſtat vtilio: ſed illa (nifi pro- pere eatur obuiā) vagabitur aliquanto lon- gius. Nam vt deſcendentem Clerū non illibē- ter aspiciunt pleriq; principum, nimirū hiā- tes in deſicientium poſſeſſiones, quas velut ex derelicto ſperāt inuafuros ſeſe, & Roma- no pontifici gaudēt obedietiā ſubtrahi, dum ſpem concipiunt fore, vt ipſi omnia diſponat diuidant, & diſiſpent inter ſe domi, ita non eſt, quod dubitent, quin eo reſpiciat populus vt principum viciſim iugum excuriant, & poſſeſſionibus exuat ſuis, quod quū aliquā- do patrarit ebr̄ius ſanguine principum & nobilium crōre luxurians, ne plebei quidē

Puritas
& sancti-
tas Lute-
ranorū

THOMAS MORVS

magistratus patiens ex Lutheri dogmate calcatis legibus, anarchos & ex lex, sine freno, sine mente lasciuens, in se se demū conuertet manus, et velut terrigenē illi fratres, mutuo se confodiet. Christū precor, vanus vates siam, si autem, si resipiscunt homines, & nascētibus malis occurrent. Alioqui vereor, ne siam, quod nolim, verus. Sed ista videtur Germania.

Ego ad Lutheri librum redeo, qui quum talis sit, qualē vides, id est mera farrago verborum scurrilium, venia lector meum dignaberis, sicuti non satis tersum videris, quē illius sordes infecerint. Quod si longior interdum videar, equitas tua consideret, quum & illius recensēnda verba fuerint, & adiungenda, quā scripsit princeps, necnon aliquid adiiciendum de meo, quo palam fieret Lutheri calumnia, non potuisse cōtingere, quin res aliquātum cresceret, vt illud interim taceam, quod iudiciorum omnium consuetudine plures clypſedras impetrat, qui respondet. Quod si minus rei seriaz scituque dignaz reperire te, quam pro libelli quantitate censes, ne id quidem iure potes imputare mihi, cui nec extra librum eius euagari licuit, nec aliud illinc afferre, quam quod ibi fuit.

Et tamen interiecta mihi quādā spero, quā sic Lutheri fundamenta subruant, vt simul necesse sit impia viri dogmata, stolidē superstructa, corrue : illud certe non dubito, nihil ē regis libro vellicati ē Lutherō, in quo non aperte reuicerim impudentē Lutheri sycophantiā. Deniq; vt non talē confiteor ē libellum meum, qualis orbi legendus edi postulet, ita nec talem ēsse confido, quem iure beat ille contemnere, quisquis Lutheri nugas dignatur legere. Nam si quis eius nenias fuerit aspernat, illi nec opus est, nec opto, tempus hoc in libro conterat. Imo nihil mihi magis in votis est, quam vt illam aliquando diem videam, qua & has nugas meas, & illius omnes insanas hæreses, mortales omnes abijciant: vt obruto pessimarū rerum studio, sepultis iurgiorum stimulis & contentionum oblitterata memoria, illucescat animis serenum fidei lumen: redeat syn-
cera pietas, & vere christiana concor-
dia: quam aliquando precor, vt
reddat, ac restituat terra,
qui in terram venit
pacem datus
ē cœlo.

FINIS.

EXPOSITI-

